Caſtro in conſilio. 19. colum. 4. ſentit Innocẽ. in
capitulo: nec innitaris. de cõſtitu. ¶ Quòd opin.
doctoris excuſet, Anto. Frã. in additio. ad Abb.
in capitu. finem litibus. de dolo & contuma. in
additione, quæ eſt in numero. 23. putat hoc eſſe
verum, maximè ſi eſt opini. Iulian. Andre. quia
ipſe fuit lumen iuris canonici, vt voluit Bald. in
capitul. olim. de re iudi. vel ſi eſſet opinio gloſſ.
aut Innoc. vt Ioan. de Imol. in capit. cùm cõtin
gat. de iure iurand. 5. charta. De quo vi. Iaſ. in. l.
properandum. §. ſint autem alterutra. C. de iu-
dic. columna. 3. verſiculo, tantum in hac mate-
ria. numero. 16. cum ſequentibus. vbi latiſsimè.
¶ Supradicta regula, quòd cõmunis opi. eſt ſe-
23 quenda, fallit in arbitro, † qui poteſt iudicare
ſuo ſenſu, ſecundùm Ioan. Andr. in. d. c. 1. de cõ-
ſtitu. & gloſſ. fi. ibi per. l. qualem. ff. de arbitris.
Quòd eſt verum, niſi in ſententia arbitri eſſet ex
preſſus error iuris. per id, quod notatur in. l. a-
pud Celſum. §. Item quæritur. ff. de doli exce-
ptione. ſecundùm Imol. in. d. capit. 1. vel niſi ex
preſſe fuiſſet dictum in compromiſſo, quòd iu
dicaret de iure. ſecundùm Bar. in. l. diem prefer
ri. §. ſtari. ff. de arbi. & per Feli. in cap. cum dile-
cta. de reſcrip. vel niſi ſit arbiter iuris, qui debet
pronuntiare ſecundùm iura, ex quo poteſt ap-
pellari ab eius ſententia. vt Bart. in. l. ſi. C. de iu
dic. & Ancharr. in capitu. ab arbitris. de offic. de
24 lega. ¶ Sed ego conſulo † iudicibus ordinarijs,
& delegatis, vt quando in iudicando occurrit ca
ſus dubius, aut contrariæ opiniones, ſequantur
conſilium Abb. in dict. cap. 1. de conſtitu. verſi.
& vt habeas perfectè. quod per te vide. num. 14.
25 ¶ Attamen iudex in primis aduertat † ad vires
ingenij ſui: quia magiſtratus virum oſtendit, vt
ethicorum text. commen. 9. & AEgidius de re-
gimi. principi. libr. 3. par. 1. capitul. 13. & fuit ori-
ginale dictum Pictaci, vt refert Margarita Poe-
tarum in dictis Laertij. vt ſit idoneus ad litis de-
ciſionem ſecundùm humanam fragilitatem. vt
in. l. ſi quid venditor. ff. de ædilitio edicto. & Fe
lin. in capitul. per tuas. de ſimo. nam in puncto
ſubtili recuſari poteſt. vt Iaſ. in. l. apertiſsimi. C.
de iudi. & ſi dubitet, conferat ſe cum peritiori-
bus, vt Panorm. in capitul. 1. vlti. notabi. de con
ſangui. & affinit. ¶ Ioann. Porchus in. l. imperi-
26 tia. ff. de regul. iuris. enumerat ſex † requiſita in
iudice, ſcilicet debet habere peritiam, bonitatẽ,
conſtantiam, diligentiam, eloquentiam, & pru
dentiam, & ſemper debet habere iuſtitiam ante
oculos. vt Bal. in quæſt. quæ incipit, Accuſatus
de vi. turb. colum. pe. Et veritas, & æquitas ſunt
duo lapides angulares, quos debet ſeruare iu-
dex. vt Bal. in cap. qui cõtra. de probat. Et in iu-
dicando conetur totis viribus ſe intricare inter
medullas negotij, & aperiat oculos intellectus
ad finem dirigere: qui oculi, non debent eſſe pro
vna die, nec pro vna concluſione, ſed talis iudex
totum proceſſum debet conſiderare quòd prin
cipium cum fine, & finis in ſuum principium.
recto procedat ordine, vt ſit alpha, & o. princi-
pium, & finis, id eſt quòd concluſio, & conclu-


ſum:

ſum conuertantur ſicut diffinitio & diffinitum
& ex perſona actoris, metiatur actionem: & ex
perſona rei, metiatur exceptionem. vt Bald. in
l. emilius. in repet. 10. col. ff. de minori. ¶ Quia
27 debet iudex cogitare, quòd ſi malè iudicat, †
plus perdit, quàm pars, quã iniquè condemnat:
quia pars aliquid ſolùm de facultatibus ſuis per
dit, ſed iudex honorem perdit, & animam: quia
tenetur ad dãna, & intereſſe vtriq; parti. vt Al-
beri. in dictiona. ſuo in verſic. iude. c. roſarium.
in. 1. par. ſermo. 25. litera. 5. incipiente, Tertiò. 1.
parte. & ſic eſt deterius, quàm fœnerari. nam fœ
nerator reſtituendo quod accepit, poteſt ſpera-
re miſericordiam à Deo: ſed iudex corruptus
pro decem ducatis, non poterit abſolui, niſi re-
ſtituat damna, & intereſſe, quæ aſcendent fortè
ad mille. Tenet Sylua nuptia. in. d. 5. libr. folio.
232. colum. 3. & ſic quòd fideliter agere & exer-
cere debet officium, vt in noſtro text. cauetur.
28 ¶ Sed quæritur, an iudex negligens, † punia-
tur ſicut ſi iudicat contra conſcientiam? dic, ꝙ iu
dex negligens in adminiſtranda iuſtitia, tene-
tur actione in factum quaſi ex maleficio. Bart.
in. l. fi. ff. de vari. & extraordi. cog. verſi. quæro.
& ibi ponit caſus, in quibus iudex dicitur negli
gens. Angel. in. l. dies cautioni. §. in eum. ponit
alios quatuor. & in. §. duas ergo. eiꝰ. l. ff. de dãno
infecto. ¶ Qui ſunt, ſi eſt negligens facere fieri
cautionem, aut aliquid, quòd ipſe facere poteſt,
& cognitio, actio in factũ, & miſsio in poſſeſsio
nem. * Et negligentia *en latin tanto quiere dezir en
romance, como quando home dexa de fazer lo que deue
e puede non parando en ello mientes*, vt. in. l. 8. titu. 16.
partit. 1. * ¶ An extra iſtos caſus teneatur ſemper
actione in factum ad verum intereſſe partis, iu-
dex qui negligens fuit? tene quòd ſic, vt tenet
Alexand. in. d. §. in eum. Quia cum talis iudex
propter negligentiam poſsit accuſari criminali-
ter, vt in authentica vt differt iudi. poſt princi-
piũ. ergo debet competere etiam ciuilis actio in
factũ ad intereſſe partis. vt ĩ. l. ne quicquã. & ibi
glo. pe. ff. pro ſocio. & in. l. qui nomine. ff. de fal
ſis. non autem tenebitur ex tit. poſito. Inſtit. de
obliga. quæ ex quaſi delicto naſ. in princi. & in
dict. l. fin. quia illa iura prouident in iudice per
imperitiam malè iudicante, ſcilicet, quòd tenea
tur quantum religioni alterius iudicantis æquũ
videbitur ſecundum docto. in dicta. l. fin. Et vi.
Bald. in capitulo. quoniam contra. de proba. 8.
column. verſic. quæro an iudex. vbi tenet, quòd
ex qualibet culpa iudex facit litem ſuam, licet
hoc committatur arbitrio iudicis. gloſſ. tamen
in capitul. hoc etiam. 2. quæſtion. 6. & in. l. non
quicquid. §. 1. ff. de iudic. tenet, quòd imò iudex
negligens teneatur ex illo titulo. de obligatio.
quæ ex quaſi delict. naſcuntur. in princip. Et
Iaſ. ſequitur iſtas gloſſ. in. §. præterea. inſtitu. de
actio. 3. columm. numero. 11. & 12. cum ſequenti-
bus. vbi alia iura allegat, & dicit, quòd iudex ne
gligens adminiſtrare iuſtitiam, etiam facit litẽ
ſuam, ſicut faciendo, & ſic malè iudicando fir-
mat Angel. ſingulariter in authentica ſcenicas
non ſolùm. ad finem. 5. columna. Et iſtam opin.
tenet Paris de Put. in tract. ſyndicat ver. iudex
vt non arguatur, folio. 176. num. 9. Et eſt gloſ. in
l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo. in ver
ſicul. de iudice. vbi ait, quòd iudex negligens, te
netur ex illo titul. de oblig. quæ ex quaſi delic.
naſ. & gloſ. in. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pa
ctis. in gloſſ. final. & in. l. ſi quando. C. de teſta.
¶ Sed Ioannes de Imola, in dict. l. dies cautioni.
§. in eum. ff. de damno infecto. dicit, quòd non
eſt verum, quòd ex iſto titulo teneatur. & ſtat
cum opinion. Bartol. quòd ſolùm teneatur ad
actionem in factum. & idem videtur tenere gloſ
ſa in capitulo quoniam contra. de probatio. in
gloſſa penultima. & idem tenet Bartol. in. l. pri
ma. C. quomodo, & quando iudic. in. §. cùm au
tem. & in. l. mancipia. C. de ſeruis fugi. & tenet
Montal. in. l. 24. titulo. 22. par. 3. vbi tenet, quòd
ex negligentia non poterit iudex criminaliter
condemnari, ciuiliter autem ſic, ad intereſſe par
tis: quia negligentia in magiſtratu, eſt lata cul-
pa per. d. §. in eum. Et certè illa glo. in dict. cap.
quoniam contra. in verbo, negligentiam. eſt ſin
gula. vbi expreſſè tenet, quòd ſi culpa, vel negli
gentia iudic. pars aliqua damnum incurrat, iu-
dex totum reſarciet: & ſic, quòd iudex, qui ne-
gligit iuſtitiam facere, litem ſuam facit: vt in ca-
pitulo dominus noſter. 23. quæſtion. 2. Et ſic ex
preſſè illa gloſſ. tenet negligentiam in iudice,
culpæ æquiparari, & rectè loquitur: & idem ha
betur in dict. capitu. cùm æterni. de re iudi. in. 6.
& in dict. §. præterea, quod non ſolùm habet lo
cum in iudice corporis, ſed etiã in iudice animę.
vt eſt tex. & ibi notatur in capitul. ex iniuncto.
de hæreti. & eſt textus mirabilis, & terribilis in
ſuis verbis, in capit. fin. de celebra. miſſa. & facit
gloſſ. in capitulo. officium. de offi. archipresby.
in verbo, ſine confeſsione. vbi tenet, quòd ſi cul
pa, vel negligentia presbyteri moriatur infir-
mus ſine confeſsione, reus erit animæ illius. vt
in capitulo, ſi presbyter. & capit. cognouimus.
26. quæſtio. 6. ¶ Et ſic ego teneo cum Ioann. de
Imol. quòd ſolùm teneatur ad intereſſe, & non
ex illo titulo. de obligatio. quæ ex quaſi delict.
naſcun. & ſic cum Bartol. & Ange. & cum gloſ.
in dicto capitul. quoniam contra. Quia gloſſ. in





dicto. ca. hoc etiam. & gloſſ. in dict. l. non quic
quid. §. fina. non rectè probant, quòd teneatur
ex illo titul. nec doctores in dict. titul. dicunt.
¶ Angel. tamen in dicta. l. mancipia. C. de ſer-
uis fugi. aliter diſtinguit, dicendo, quòd vbi pœ
na reperitur terminata ratione negligẽtiæ, tũc
vera ſit opi. Barto. quòd conueniatur in factum
ad intereſſe: ſed vbi non reperitur terminata,
tunc ſit vera opin. gloſſæ in dict. §. cùm autem.
l. primæ. C. quomodo, & quando iudex. & in. l.
ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. & tunc de-
bet attendi, ſi negligentia eſt diſſoluta: quia eſ-
ſet propriè dolus, & tenebitur tunc in ſolidum.
Aut annumeratur culpæ, tunc tenetur quantũ
iudici ęquum videtur pro modo culpæ: quę cer
tè eſt bona diſtinctio. ¶ Vide tu Alexan-
drum in additio. ad Bartolũ in dicta. l. fina. ff.
de vari. & extraordina. cogni. vbi ait, quòd ma-
gis debet puniri negligens facere iuſtitiam,
quàm male iudicans: quia negligens indiſtin-
ctè tenetur parti ad intereſſe, & ſic ad verã æſti
mationem litis. vt in dicto. §. in eum. Sed malè
iudicans, ſi per imperitiam iudicauit, tenetur in
quantum iudici æquum videbitur: quod minus
videtur, quàm vera litis æſtimato. per. l. ſi filius.
ff. de iudic. Et idem Alexand. in dicto. §. cùm au
tem. in fine. de damno infecto, ait, quòd ſi per
imperitiam iudicauit, tenetur in quantum bo-
no viro viſum fuerit, qui habet condemnare ad
totum intereſſe, vel minus, ſecundùm qualita-
tem culpæ. ¶ Ratio huius poteſt eſſe: quia ne-
gligens facere iuſtitiam, non videtur habere ali
quam excuſationem: ſed ille, qui malè iudicat,
& adminiſtrat, licet malè, ſi per imperitiam fa-
cit, magis videtur tolerandum. ¶ Sed debet vi-
deri, an imperitia iudicantis fuit ſupina, quia
tunc tenetur ad veram æſtimationem. vt notat
gloſſ. in dict. principio. inſtitutio. de obligatio.
quæ ex quaſi delict. naſ. & tunc eſt idem, quod
in negligente. Secus quando non fuit ſupina
ignorantia, vt quia errauit in difficili lege. quæ
opini. Alexandri videtur quoque bona. Et idẽ
videtur tenere in dicto. §. in eum. numero. 4. li-
cet non clarè, vbi tenet, quòd ſibi placet, quòd
vbi non reperitur pœna determinata iudicis ne
gligentis, debet attendi, an per imperitiam ne-
glexerit facere iuſtitiam, & tunc tenetur ex il-
lo titulo, de obligationi. quæ ex quaſi delict.
naſ. & quòd ſi errauit in articulo dubio & diffi-
cili, mitius teneatur, quàm ſi in re clara. ¶ Aut
ſi doloſe denegauit facere iuſtitiam, ſeu dare
audientiam, prout in dubio videtur, præſumen
dum ſcilicet, quòd dolo recuſauerit. argument.
textus in. l. ſi procuratorem. §. dolo. & in. l. do-
lus. ff. mandati. tunc tenetur indiſtinctè in ſoli-
dum ad verum intereſſe. vt in dict. l. ſi filius. ff.
de iudic. & videtur eſſe de mente ſpeculatoris
in titulo de diſputationi. & allega. §. final. verſi-
culo. ſed quid, ſi vellet ſupplere. ¶ Et quòd iu-
dex negligens teneatur ad intereſſe, indiſtinctè
eſt communis opinio, vt Alexan. in additio. ad
Bar. in. d. l. fi. ff. de vari. extraord. cog. in additio
ne magna. in fine. & idem tenet Paris de Pute.
in. d. tracta. ſyndi. in verbo, iudex vt non argua-
tur. nume. 3. & ſingulariter Ludo. Roma. in con-
ſilio. 339. verſi. quod ad ſecundum. vbi tenet, ꝙ
contra regentem, ſeu iudicem denegantem, vel
negligentem iuſtitiam facere, actio datur parti
damnificatæ, quæ recuperat ex iudicis facultati
bus omnem iacturam ſibi ex iudicis negligen-
tia illatam. & eſt tex. qui idem tenet in. l. 8. tit.
7. for. ll. lib. 1. & ibi noſter. Montal. quem vi. Li-
cet tex. in. l. 2. tit. 2. for. ll. libr. 2. videatur tenere
contrarium ſcilicet quòd non teneatur ad pœ-
nam propter negligentiam. ¶ Sed non eſt con-
tra, imò eſt pro opi. Bart. & ſequacium quòd nõ
meretur pœnam, ſed ad intereſſe tenetur, vt di-
ctum eſt. ¶ Sed hoc fallit, quãdo pro eodem ne-
gotio potuiſſet adire plures iudices: quia ſi pri-
mus aditus neglexit facere iuſtitiam, non pro-
pterea facit litem ſuam, quaſi non cenſeatur dã
nificare petentem, ex quo ad alium potuit ha-
bere recurſum. tenet notabiliter Barto. in. dic. l.
dies cautioni. §. ſi tam vicini. ff. de dãno. infect.
nume. 1. quod dicit eſſe notandum. Sed Angel.
ibi dicit, ꝙ non credit eſſe verum dictum Bart.
quia poſtquam ille eſt aditus coram alio iudice
non debet reus vexari, vt in. l. 1. in fine. C. de aſ-
ſertio. tollen. & ei non eſt imputandum, ſi ad a-
lium non recurrit. Nec obſtat ſecundum eum
dictum Barto. quia loquitur, & poteſt procede-
re, quando officium iudicis foret ordinatum, ſo
lùm in ſubſidium, & ob neceſsitatem alterius ſu
perioris, qui poſtea de facili non poteſt adiri.
¶ Tamen Alex. in. d. l. fi. ff. de vari. & extraord.
cog. dicit, ꝙ re vera ille. §. ſi tam vicini. non pro-
bat dictum Bar. & d. l. fina. C. de aſſertio. tollen.
non facit: quia ibi iudex aditus non erat negli-
gens, vt ibi per eum. & per Ioan. de Imol. & per
eundem Alexand. in dicto. §. ſi tam vicini. vbi
idem tenet. & quoque Paul. de Caſtr. Sequitur
omnino Angel. contra Bart. & dicit, ꝙ opi. An-
gel. eſt vera, in nume. 2. & non eſt tenenda limi-
tatio Bart. & ſic ꝙ ad totale intereſſe tenetur ex
negligentia, quæ abſorbet ius partis. ¶ Sed vi-
de tu Amode. inſti. in tracta. ſyndica. colum. 18.
verſicu. optima concluſio. vbi tranſit cum dicto
Bar. in. d. §. ſi tam vicini. & ſic ꝙ non teneatur, ſi

poteſt conſequi ab alio iudice eius ſucceſſore.
Et hoc tenet, licet Ang. teneat cōtrarium. ❡Ta
men ego concordarem, ꝙ ſi ex negligētia in to-
tum perditur ius partis, ita ꝙ ab alio iudice ſuc-
ceſſore cōſequi nō poteſt, ꝙ teneatur, & ſic pro
cedat dictum Angel. ſecus ſi à ſucceſſore poteſt
cōſequi, quia tunc nō tenetur, & ſic intelligatur
dictum Bart. quæ mihi vera concordia videtur.
❡Item dico, ꝙ ex negligentia ex qualibet parte
litis, facit iudex litem ſuam, & tenetur ad inte-
reſſe particulare. tenet Bal. in. l. ſi quādo. C. de
teſtibus. nu. 1. & in. d. l. argentarius. §. tunc. ❡Et
dicit idem Bal. in. l. non ſolū. C. de commerc. &
merci. per tex. ibi, ꝙ negligentia in iudice, facit
eum puniri tanquam cōſocium criminis. ❡Et
Bar. & Ioan. de Pla. in. l. vnica. C. publicæ læti.
lib. 12. dicūt, ꝙ officiales, qui maleficia diſsimu-
latione non puniunt, ſunt acriter puniendi. &
idem tenet Ioan. de Pla. in. l. omnes iudices. C.
de delatori. eo. lib. & tenet Paris de Pu. in tract.
ſynd. in parte, negligentia. num. 9. folio. 164. Et
plus tenet, ꝙ iudices negligentes in puniendis
ſceleratis, puniuntur ſicut ipſi ſcelerati. per. l. fi.
C. ne ſacrum bapti. reite. & in. l. ſi quis in hoc ge
nus. C. de epiſcopis & cleri. ❡Talis enim negli-
29 gentia deber probari, † quia pro officiali præſu
mitur, & nil præſumitur omittere. vt Bal. in. l. 2.
C. qui accuſar. non poſ. & Abb. in cap. auferte.
de præſumptio. num. 5. tenet, ꝙ tanta eſt iudicia
lis authoritas, ꝙ ſemper pro ipſo præſumi debe
at, donec probeť aliquid legitimè cōtra ipſum.
vt in cap. in præſentia. de renuntiatio. in princi.
& in cap. cauſam. de re iudi. ❡Et Alex. in addi-
tio. ad Bart. in. l. herennius. §. gaza. ff. de euictio.
tenet, ꝙ præſumitur iudicem ſuum officium re
ctè exercuiſſe. vt in. d. c. in præſentia. & . C. bonę
memoriæ. de ele. & . c. quoniam cōtra. de proba.
vbi quoque dicitur, ꝙ præſumitur pro notario.
vt notatur in. l. quotiens. in princi. ff. de hæredi.
inſtitu. ❡Et ꝙ præſumatur pro iudice, tenet idē
Ioann. de Platea in. l. monetæ. C. de delato. lib.
10. numer. 4. quia multum præſumitur pro eo,
vt in. l. ſi quis. C. de officio ciuili. iudi. & Bald. in
l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul.
& leg. 10. q. & tenet Iaſ. in rub. C. vt omnes iudi.
tam ciui. quàm cri. num. 7. ❡Et facit, quia dice-
retur inquiſitio ſcrupuloſa, quādo redarguitur
quis de negligentia, ſeu culpa, & iſta non debet
exigi ab officialibus, niſi de imperitia: quia diffi
cile eſſet omnia prouidere: vnde plurimi non
ſyndicantur, niſi de furtis, & baraterijs. vt tenet
Angel. & Paul. de Caſtro, in. l. ſi ſeruus vetuit.
ff. de lega. 1. ❡Et probationes cōtra officiales de
bent eſſe claræ, & euidentes; & ideo ſacramen
tum in ſupplementum probationis in iſto caſu
deferri non poteſt, nec debet. Et hoc poteſt eſ-
ſe, licet ipſe non dicat: quia ſufficit, ꝙ officialis
præſtet diligentiam, quam poteſt. vt in cle. 1. §.
porrò. & ibi Cardi. de hæreticis. ❡Et non ſolum
iudex dicitur negligens in ſupradictis, verum
30 etiam quando noluit † recipere libellum queri
moniarum, & ſi non fecit reſtitui damna dānū
paſſo. vt Bal. in. d. l. mancipia. ſed hoc intelligo,
qñ petitū eſt, vel delictum cōſtat ex confeſsio-
ne rei, aliàs ſecus. vt Innoc. in ca. cùm oporteat.
de accuſa. & Bal. in. l. 2. ad finem. C. de edendo.
& in repet. l. cunctos populos. C. de ſumma tri.
& fid. catho. ver. incidēter. & doctor del Caſti-
llo in. l. 48. de Toro. in gl. *a reſtituyr*. 3. col. & de-
ciſi. Toloſ. 22. vbi quoq; tenet, ꝙ licèt quis fuſti
31 getur † debet detineri in carcere, donec ſatisfa-
ciat parti, & fiſco, aliàs iudex de ſuo ſoluet. &
vi. Pari. de Put. in dict. tracta. ſyndi. in parte, ſe-
quitur modò alia quæſtio. folio. 82. vbi de hoc.
*Et idem tenet Peregrina in parte furtum. q. 6.
in glo. mutilabitur. in. fi. & Sylua. nuptial. folio.
96. col. 3. in fin. & dicta Peregrina in parte inqui
ſitio. in princi. & Bald. in. l. congruit. de officio.
præſid. *Sed hodie fur non detinetur in carcere
propter res furatas, per quandam pragmaticam
factam per noſtrum Charolum regem in incly-
ta Pincia. 18. die iunij. anno. 1538. vbi ſtatuitur, ꝙ
quando aliquæ perſonæ fuerint in carcere de-
truſæ, & aliqua cōdemnatione affectæ propter
furta, quę antea perpetrarunt, & in ſuis proprijs
perſonis ad veram executionem perductæ fue-
rint: nullaq; bona habuerint, quibus creditori-
bus ſatisfaciant cedendo bonis, prædicti admit-
tantur ad dictam ceſsionem bonorum, quanuis
debitum à crimine, ſiue delicto dependeat. *Et
vi. quę dixi in ca. 18. infrà in gloſſ. *qual conuenga*.
nu. 6. * ❡Sed hoc voluit intelligere Angel. in. l.
1. ff. de priua. delictis. quando proceſſum eſt per
viam inquiſitionis. ſecus ſi per viam accuſatio-
nis: quia tunc ſi malefactor confeſſus eſt male-
ficium, & alia plura, vt in fure contingit, illa cō
feſsio ſoli accuſatori prodeſt, & non alijs, ſe-
cus ſi fuit proceſſum per viam inquiſitiōis: quia
quando per inquiſitionem proceditur, omni-
bus furtum paſsis intelligitur facta confeſsio,
ex quo eſt facta iudici inquirenti, qui omnium
perſonam repreſentat, ſecundùm Ioan. Andre.
in additio. ad Specul. in titul. de accuſat. §. 1. ver
ſicul. quid ſi latro. ❡ Quoque dicitur iudex ne-
gligens in iuſtitia adminiſtranda, quando remit
32 tit partes † ad arbitrū, adeò, quòd poteſt cōueni
ri ad omne damnum & intereſſe, putà quando
iudex, qui partem coram eo iuſtitiam proſequi
violen-



volentem pronuntiando remiſit cauſam ad ar-
bitrum, non dicitur facere iuſtitiam, ſed negle-
xiſſe: quia eo ipſo, ꝙ vna ex partibus, ſpreto ar-
bitro, apud iudicem cauſam proſequitur, cōpro
miſſum diſſolutum eſſe cenſetur: quia eſt in po
teſtate vnius compromittentium compromiſ-
ſum ſoluere per acceſſum ad iudicem, dum ta-
men pœnam in compromiſſo adiectam ſoluat,
in qua ex hoc incidiſſe cenſetur. vt in. l. ſed ſi in
ſeruum. §. ſi. eum. l. ſequenti. ff. de arbitris. & ſic
poteſt redire ad iudicem, ſi talis iudex remittit
ad arbitrum, eſt in negligentia. & caſus expreſ-
ſus in. l. ſi cùm dies. §. quęſitum. ff. de arbitris. vbi
cauetur, ꝙ ſi arbiter, coram quo pars intēdit ſuā
iuſtitiā proſequi, pronuntiat partem redire de-
bere ad iudicem, vel rem compromiſſuram in
alium arbitrum, coram quorum altero iuſtitiā
conſequatur, non cenſetur arbiter pronuntiaſ-
ſe, ſed potius pronuntiare neglexit. & huius eſt
ratio ſecundū text. ibi, & in. l. qualē. §. dicere. eo.
tit. quia officium arbitri eſt ſua ſententia totalē
finem imponere controuerſię: ſed iſta ſententia,
per quam pronuntiat coram alio litigandum eſ
ſe, controuerſiæ finem non imponit, ſed coram
alio nouæ litis ſuſcitationem inducit. ❡Ita igi-
tur in propoſito, cuius incumbit officio finem
imponere liti. l. quidam æſtimauerunt: cum ſi-
milibus. ff. ſi cert. petat. pronuntians ſe exone-
rando, cùm dicit ſuper ea re coram arbitro liti-
gandum eſſe, non dicitur iuſtitiam feciſſe, nec fi
nem liti impoſuiſſe, ſed imponere neglexiſſet:
quia non totalem finem liti dedit, imò contro-
uerſiæ nouam ſuſcitationem coram alio fieri
voluit. vt eſt caſus huius quæſtionis in dicto. §.
quæſitum. prout tenet ſingulariter Ludouicus,
Roman. in conſilio. 339. quem vide. ❡Tu tene re
gulam generalem, quòd iudex dicitur negligēs,
quando non procedit in cauſis, in quibus tene-
tur procedere ex officio ſuo. vt Bald. in. l. gallus.
in principio. ff. de liberis & poſthum. vbi ſi po-
teſtas tenetur inquirere, & non inquirat, tene-
tur de negligentia. Et Ioannes de Imola quoq;
ibi dicit, quòd cùm poteſtas reneat ex neceſsita
te officij purgare prouinciam malis hominibꝰ.
vt in. l. congruit. ff. de offici. præſi. neceſſariò ſe-
quitur, quòd verbum, poteſt, importat eandem
neceſsitatem: & ideo ſi fuerit negligens, tenetur
de negligentia in ſyndicatu. & idem tenet Pa-
ris de Puteo in tracta. ſyndica. in dict. ver. negli-
gentia. numer. 8. Et Alexand. in dicta. l. gallus.
numer. 4. vult tenere contrà Bal. dicendo, ꝙ re-
gulariter procedi non poteſt per viam inquiſi-
tionis. vt in. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatione. ff.
de muneri. & hono. & in. l. 2. §. ſi publico. ff. de
adulte. Tamen Alex. ibi dicit, ꝙ dictum Bal. in
ſe eſt verū, quādo lex ꝓcedit per modū regulę,
& nō per modū fallētiæ. & Iaſ. quoq; ibi ſequi-
tur dictū Bal. licet cōtra eū opponat: quia ibi lo
quitur in ſtatuto, qđ loquitur ꝑ verbū pōt, ꝙ nō
importat neceſsitatem: ſecus in lege, quæ indu-
cit neceſsitatē. vt in. c. 1. de cōſtitu. & vbi ſuprà
per eos. ❡Et licet glo. in di. §. ſi publico. in ver-
bo, ſine accuſatore. ponat caſus, in quibus iudex
poteſt ex officio procedere, ſcilicet in crimine
ſuſpe. tuto. & in charta falſa, & in calumnia to-
re, & in falſo, & in notorio, & regulariter ſit con
tra: tamen Barto. & Ange. ibi dicunt, quòd non
ſunt fallētiæ: quia veritas eſt, ꝙ inquiſitio nō ſo
lùm poteſt fieri ad delicta inuenienda, verum
etiam ad puniēda. & Bart. ibi dat regulas. ❡Pri
ma, ꝙ iudex pōt inquirere per denūtiationē of-
ficialis. vt in. l. ea quidē. C. de accuſatio. & in. l.
diuus. ff. de cuſto. re. ❡Secunda, quòd iudex po
teſt inquirere propter incidentem cognitionē:
quia vbicunque iudex incidenter cognouit de
crimine, poteſt de eo cognoſcere per inquiſitio
nem. vt in dict. §. ſi publico. ❡Tertia eſt, quòd
iudex poteſt per inquiſitionem procedere, pro
pter generalem inquiſitionem præcedentem,
vbicunque iudex in generali inquiſitione com-
perit aliquem deliquiſſe, in eodem caſu poteſt
ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere, & reū
condemnare. & ita intelligitur dict. l. congruit.
de quo latè per Fran. de Are. in capi. qualiter, &
quando. el. 2. de accuſa. §. debet. colum. 7. verſi.
ſuper prima. q. Bart. & Bart. in. l. 3. §. pręterea. ff.
de ſuſpe. tuto. ❡Quarta eſt, quòd ꝓpter magnū
dolorē, ſeu magnā offenſam vbicunq; cōmitti
tur crimen coram iudice, de illo per ſpecialem
inquiſitionem poteſt procedere. vt probatur in
calumniatore. vt in. l. 1. C. de calumnia. & in fal-
ſo teſte. vt in. l. nullum. C. de teſt. & cùm falſum
inſtrumentum coram iudice produxit. vt in. l.
pe. C. de probatio. & idem eſt in alijs delictis, ſi
committūtur coram iudice. vt in. l. eos. ff. de fal-
ſis. & de eis per Barto. ibi. ❡Quinto eſt propter
immenſum crimen. Sunt enim quædam delicta
enormia, in quibus poteſt quis accuſare ſine me
tu calumniæ, vt in falſa moneta, & in crimine
maieſtatis, & in omnibus alijs, in quibus ſine
metu calumniæ poteſt quis accuſari, in illis po-
teſt iudex inquirere: & inquirendo iudex ha-
bet magis largas habenas, quàm credatis. & hoc
de iure communi ſecundùm Barto. & Angel. in
dict. §. ſi publico. ❡Sed iam hodie de noſtro iu-
re regio per quandam pragmaticam factam per
noſtrum regem Carolum iubetur, quòd iudi-
ces ex officio procedentes, vel à querelis parti-


bus

bus deſiſtentibus, non procedant in caſibus leui
bus.* In tantum dicitur iudex negligēs & tenet
ꝙ licet præſens, vel alius officialis qui mittitur
ad prouinciam regendam ſit negligens inueniē
do, non ex hoc excuſabitur præſens qui eſt in
officio actualiter ſi ſit negligens in officio, & ex
hoc aliqua damna ſuccedant in prouincia ſibi
commiſſa, imo durius punitur. tex. & ibi Greg.
Lopez. in. l. 3. titul. 18. par. 2.* ¶ Tamē ego in om
nibus delictis, quæ ad meam notitiam veniunt,
habita informatione, iubeo delinquentes cape-
re: & capti, facio partem requirere, vel dum in
34 abſentia procedo, & eam interrogare, † ſi vult
accuſare delinquentem, compareat infra tri-
duum, aliàs pro non parte pronuntiabitur, & in
cauſa procedam, faciendo iuſtitiam: & tunc ſi
offenſus eſt in mora, vel dixit ſe nolle accuſare,
procedo per inquiſitionem, aliter non facta iſta
requiſitione, iudex non poteſt procedere ex of
ficio ſuo. Ita dixit glo. notabi. in cap. presbyter
ſi à plebe. 2. quæſt. 4. Quam pro ſingul. cōmen.
Bal. in. l. ſenatus. C. qui accuſa. non poſ. dicens,
quòd ratio eſt: quia præferendus eſt, qui maius
ius habet. Idem tenet Cepol. per illam gloſſ. in
cautel. 27. incipiente, Tu ſcis. & tenet Hippol.
de Marſi. in ſua practi. cri. §. conſtante. num. 39.
& in conſilio. 53. numer. 10. & in conſili. 35. nu. 7.
& in conſilio. 135. nu. 7. & in. l. vnius facinoris. §.
cogniturum. numero. 46. ff. de quæſtio. ¶ Aliàs
ſententia lata, offenſo non requiſito, non præiu
dicaret offenſo, & iudex tenetur in ſyndicatu, ſi
abſoluit delinquentem. Ita tenet Paris de Put.
in dict. tracta. ſyndica. in parte, dicit conſtitutio
regni. nume. 10. folio. 137.* Et ſic quòd per iſtam
contumaciam non agendi, vel non accuſandi à
iudicio excluditur. in. l. titia. ff. de accuſation. &
tenet Bald. in. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti. non ob
temp. 1. lectura. nume. 3. Sed circa hoc quæritur
an requirantur plures monitiones, vel ſaltē vna
ſufficiat gloſſ. in authen. de hæred. & falci. §. ſi-
quis autem, colla. 1. in verbo. monitus, tenet ꝙ
vna tantum requiratur, quam approbat Angel.
ibi & Ioan. de Imol. in. c. ſi hæres & in. c. nos qui
dem. de teſtam. Tenet Ang. ibi in dict. auth. nu.
15. dicat ꝙ vera opinio eſt, ꝙ niſi iudex bis mo-
neat actorem vt agat, infrà dictum terminū &
reum, ꝙ excipiat intra terminum prælibatum
ꝙ non obſtante lapſu termini actor agere pote-
rit: quia ius quæſitum actori ad agendum perpe
tuo, & reo ad excipiendum, iudex non poteſt
eis ſua interlocutoria tollere niſi bina monitio
interueniat, ne authoritas iudicis ſit deluſoria:
vt. l. ſi prætor. ff. de iudi. tamen licet Angel. hāc
dicat eſſe veram opinionem, cogitandum relin-
quit: quæ omnia dicta Angel. congerit. Iaſ. vbi
alios allegat in. l. 15. apud quem. C. de edendo.
numero. 11. & 12. & in fine remanet cum opinio
ne Bartol. ibi quòd vna tantum requiratur: quā
ſententiam Barto. dicit communiter eſſe appro
batam, pro qua eſt tex. in capit. licet. de accuſa-
tio. Vbi fuit ſemel monitus vt accuſaret, & pro
ea facit quod tenet Bald. in. l. qui crimen. C. de
accuſatio. nu. 17. verſi. 8. vbi tenet quòd iſta re-
quiſitio ſeu monitio fit ad intimandum, ſeu ad
exortandum ſi vult accuſare, & ſufficit vna mo
nitio: vt in. l. 1. §. 1. officio de libe. agnoſcen. & in
clementina. 1. de hæretic. & iſtam affirmat Oſ-
dral. in conſil. 3. aſſerens, quòd ſi alicui accuſato
ri certum tempus ad accuſandum præfigatur
per iudicem poſt illud tempus non poterit ac-
cuſare per dicta. l. titia quia omnis ille qui non
venit ad accuſandum intra tempus præfixum
à iudice, videtur expreſſe negare ſe accuſare vel
le: vt in. l. ſica. C. qui accuſar. non & in. l. ſi ego.
ff. de nego. geſt. & probatur in. l. ab accuſatore.
§. deſtitiſſe. ff. ad turpilia. & quia ſi intra termi-
num non venit, edictum ſiue decretum. pro-
poſitum continere videtur, vt in. l. non nun-
quam. ff. de collatio. bonorum: & pœna autem
non parentis decreto prætoris eſt, vt prætor ei
iuriſdictionem ſuam deneget vt in. l. ſed & ſi
per prætorem. §. ſed etſi. dum decreto. ff. ex qui
bus cauſis. maio. & ibi iſtam quæſtio. determi-
nat gloſſ. ordina. in verbo: vt quia ſtatuit tem-
pus, vt per iſta & alia fundamenta ſatis vtilia
tradit Oldrald. in dicto conſil. ex quibus inquit
quòd fuit repulſus accuſator & obiector: & ita
eſt tenendum, quòd vna ſola monitio ſufficiat,
& ſi intra eam & terminum præfixum à iudi-
ce ad accuſandum non venerit, iudex procedat
ex officio contra delinquentem, imponendo ſi-
lentium illi cui competit ius accuſandi: atta-
men anteaquam imponat iſtud ſilentium de-
bet iterum citari accuſator, ſaltem quo ad hoc
vt ſilentium ſibi imponatur, & accuſatus abſol-
uatur ab inſtantia iuditij: & ſi non comparuit
poſt iſtam citationem imponetur ſibi ſilentiū:
tenet ſingulariter Abbas in dicto capitul. licet.
de accuſatio. numero. 5. & ſic poſſunt reduci ad
concordiam. dicta per Angel. in dicto. §. ſi quis
autem, quòd ſit neceſſaria bina monitio, vna ſci
licet ad accuſandum intra terminum, alia ad im
ponendum ſibi ſilentium: quia in termino non
accuſauit, quod nota: & iſtam concordiam ſen-
tit Matthe. de Afflict. in deciſio. Neapolitan. de
ciſione. 264. numero. 3. & 4. Quòd intelligo niſi
in prima monitione, reſpondit ſe nolle accuſa-
re: nam tunc imponitur ſibi ſilentium ſine alia
moni-



monitione iuſta gloſſ. mag. in fin. l. fin. ff. de re-
ſtitu. in integr. & ibi Bartol. & Angel. in tracta.
maleficiorum. in princi. nume. 77. Iaſ. in dict. l.
15. apud quem. nume. 11. Adeò ꝙ tranſacto ter-
mino, & impoſito ſilentio, minor nōn reſtitui-
tur ad accuſandum. text. in. l. auxil. in. princ. ff.
de minori. & gloſſ. in clementina. 2. de procura
to. in verb. grauiora, & ibi Abbas, & tenet Bald.
expreſſe in dict. l. auxilium, in princi. affirmās,
quòd ſi minor omiſsit accuſare infra terminum
ſibi ſtatutum non reſtituitur poſtea ad accuſan
dum, & Bald. in. l. ſcio illud. ff. de in integrum.
reſti & Pala. Ruui. in rep. capitul. per veſtras de
donatio. in. princ. §. 26. nu. 13. Et tenet Albericus
de Roſa. in rub. C. de in integrum. reſti. aſſerens
quòd minori in executiōibus pœnarum nō eſt
productum reſtitutionis auxilium per dictam.
l. auxilium.* ¶ Supradicta intelligo in crimina-
libus, in quibus iudex inquirens pro offenſa al-
teri facta, dicitur aſſumere partem accuſatoris.
vt Bartol. in dicto. §. ſi publico. & Bald. in dict.
l. neganda. C. qui accuſa. non poſ. & in. l. 15. qui
reus. ff. de publi. iudic. & Paris de Puteo, ibi ſu-
prà. num. 9. ¶ Secus eſt in ciuilibus, in quibus iu
35 dex † de negando officium ſuum, parti non tene
tur in ſyndicatu, licet à tali denegatione poſsit
appellari, ſi multum lædat. Ita Iaſ. in. §. ſupereſt.
inſtitu. de actio. nume. 66. & idem tenet ibi An-
gel. numero. 6. & 7. Et idem tenet Paris de Put.
in dicto tracta. ſyndicatus. in parte, iudex, qui
poteſt ex officio ſuo aliquid facere. folio. 193. al
legando Angel. in. l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure.
vbi idem tenet: & plus dicit, quòd in commiſsis
arbitrio iudicis, non poteſt appellari. vt penè
in capitulo. 2. de iura. calum. & Ioann. de Imol.
in. l. 2. ff. de pub. iud. Quod eſt verum, vt Iaſ. vbi
ſuprà, quando reſidet in mero arbitrio: quia tūc
denegando, non dicitur grauare partem, & quā
do iudex parum lædit, ſecus ſi nimis. & opin.
Iaſ. tenet Abb. in capitulo. 1. de dilatio. numer.
7. & in capitulo. ex parte. de teſt. numer. 8. & in
capitulo. præterea. eodem tit. De quo vi. Inno.
in capitul. fina. de ferijs. vbi dicit, ꝙ ſic debet in-
telligi. & Paul. de Caſtr. in. l. videamus. §. fin. ff.
de in lit. iura. & Hippolyt. de Mar. in. l. quæſtio
nis modum. ff. de quæſtio. num. 66. ¶ De quo ar
ticulo, an ſi iudex excuſetur, ſi malè arbitratur,
vi. dictum Pari. de Put. in dict. tracta. in parte, ar
bitrium. folio. 52. & in parte. poteſtas. folio. 56.
Et quia in caſibus qui relinquuntur arbitrio iu
dicis, quos ponit ad longum dictus Hippolyt.
in. dict. l. quæſtionis modum. in principio. ff. de
quæſtio. & Bald. in ſua practica, in titulo. de offi
cio iudic. & Segura in repeti. l. primę. §. ſi vir. ff.
de acquirend. poſſeſsio. columna prima. folio.
13. iudex ipſe non tenetur reddere rationem de
eo, quod facit, ſecundùm Ioann. Andre. in rubr.
36 de offici. delega. ¶ Ita nec ipſe iudex † poteſt re-
dargui de eo, quod facit in ipſis: quia ſemper prę
ſumitur moueri ex iuſta cauſa. vt Innocent. in
capitulo qualiter & quando. el. 2. de accuſat. te-
net ſingulariter dictus Hippolytus de Marſili.
in dict. l. quæſtionis modum. numer. 65.* Sed ſi
iudex qui habet arbitrium ex forma ſtatuti ſi
enormiter grauat: punitur, quia ratione enormi
tatis præſumitur dolus, ſecus ſi modice etiam ſi
ſtatutum diceret ꝙ ſtatur arbitrio & voluntati
iudicis: quia totum hoc debet intelligi ſanè: te-
net Peregrina in parte ſententia &. quæſtion. 9.
in gloſſ. & iudicantis, & Cyn. in. l. fina. C. de do-
tis promiſsione.* ¶ Alios caſus, in quibus iudex
dicitur negligens, vi. per dictum Pari. de Pute.
in dict. tracta. ſyndi. in parte negligentia. per di-
ſcurſum. ¶ Sed qualiter probetur negligentia
37 † alicuius iudic. dic breuiter, quòd ſi tenebatur
ad aliquod factum limitatum certo loco & tem
pore, probato, quòd id non fecerit, probata eſt
negligentia. Iſte eſt textus. in. l. 3. §. ſi ad idem.
ff. de re mili. ¶ Et in ſimili ſi aliquis colonus con
duxit aliquam poſſeſsionem per quinque an-
nos, & in iſtis quinque annis debet vires alleuia
re, & hoc non facit, probata eſt negligentia ſua:
ſi autem tenetur ad aliquod factum in genere
non limitatum certo loco & tempore, & tunc
diuerſi ſunt modi probandi negligētiam prout
tenet Lanfran. de Oria. in repet. capit. quoniam
contra. de probatio. in parte, teſtium depoſitio
nes. numero. 187. & ibi ponit quid debet proba-
re ad obuiandum negligentiam. ¶ Sed quia ſu-
prà dixi, qua pœna iudex negligens punitur.
38 ¶ Quæritur an perdat ſalarium † propter ſuam
negligentiam. Iaſ. in. §. præterea. Inſtit. de actio.
columna. 3. numero. 14. tenet quòd ſic, allegan-
do Angelu. in. l. ſi vacantia. C. de bonis vacan.
libro. 10. & licet Iaſ. non alleget. eſt tex. expreſ-
ſus in. l. iudices. C. de anno. & tribu. libro. 10. qui
idem tenet & Montalu. in gloſſ. ordina. regali.
in parte, iudex. & Bartol. in. l. Meuia. ff. de an-
nuis legatis. idem Bartol. & Plat. in dicta. l. iu-
dices. Et ratio huius eſt ſecundùm Plat. ibi, quia
huiuſmodi negligentia eſt lata culpa, & dolus
præſumptus. vt in. l. dolus. ff. mandati. & eſt tex
tus quoque expreſſus, quòd perdat ſalarium in
l. fi. in fine. C. de veſti. & olori. libro. 11. Sed Bar-
tol. & Plat. ibi dicunt eſſe ſpeciale in negligen-
tia adhibita circa executionem tributorum, &
aliarum exactionum fiſcalium propter magnū
periculum, quod inde ſequitur. Sed in iudici-


bus

bus prætoribus, & Correctoribus diſtinguitur: quia propter negligentiam commiſſam in officio non priuatur iudex toto ſalario, niſi quando negligentia reſpicit totum tempus officij: aliàs autem pro parte temporis, quia non fuit negligens, ſalarium debetur. argument. in. l. ſi fundum. in verbo, ſimpliciter. ff. locati. & ita tenet Barto. in. dict. l. Meuia. & Bartol. & Plate. in dicta. l. iudices. & quoque Paris de Puteo. in dict. tracta. in parte, contra magiſtratum. numero. 5. folio. 178. vbi quoque ita intelligit. * Sed ſi poteſtas ſeu prætor eſt condemnatus in ſyndicatu propter alia non debet red dere ſalarium præteriti temporis: quia ſatis eſt ꝙ puniatur vt debet puniri: tenet Peregrina. in parte iudex. quæſt. 5. in gloſſ. quinquaginta & ſingulariter Paris de Puteo. in tracta ſyndicatus. in parte condemnatus. numero. 1. folio. paruo. 85. * ¶ Idem eſt in tu-
39 tore, † vel curatore: quia propter negligentiam perdit commodum, ſeu ſalarium, quod habet. vt gloſſ. in dict. l. iudices. Quod facit ad. l. 2. titu. 7. for. ll. libro. 3. vbi tutores ratione laborum debent habere decimam partem fructuum rerum minorum, quia amittunt iſtam partem, ſi ſunt negligentes in totum: & ſi pro parte temporis, pro ea parte amittunt, pro qua fuerunt negligẽtes, vt ſuprà dictum eſt. ¶ Corrector tamen ſeu
40 alius officialis † remotus ab officio, propter culpam non debet habere ſalarium. notat Bald. in. l. Neſenius. ff. de excuſa. tuto. & Montalu. in gloſſ. ordina. regal. in parte, Corrector. & in dicta. l. iudices. C. de anno. & trib. libro. 10. ¶ Sed ſciendum eſt, an iudex, vel alius officialis remo
41 ueri poteſt ab officio propter negligentiam. † Paris de Puteo in dict. tra. ſyndi. in parte, qualiter arguatur folio. 179. numero. 7. dicit, quòd nõ remouetur, ſed tenetur in ſyndicatu, allegando Baldũ. in dicta. l. mancipia. C. de ſerui. fugitiu. vbi Bald. diſtinguit, dicendo, quòd officiales perpetuus non debet deponi, niſi culpa inducat depoſitionem, vt quia deliquit in officio. vt de ſuſceptori. & archa. l. fina. & talis dicitur extinctus, & nunquam ad officium redire poteſt. vt in authentica de armis. in fine. colla. 7. ¶ Aut eſt officium ad tempus, vt officium poteſtatis, & tunc propter enormia ceſſari poteſt. vt in. l. finali. C. ad. l. Iuliam repet. ſed hoc ſolummodo debet facere, & remouere ſuperior. vt in authẽtica de defenſo. ciuit. §. interdum. Pro minoribus autem culpis non deponitur ab officio, ſed punitur tempore ſyndicatus. vt in. l. prima. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm cri. ¶ Et Ioann. de Platea in dicta. l. iudices. numero. 2. dicit, ꝙ poteſtas, vel alius officialis, qui eſt negligens in officio, poteſt propter negligentiam, & etiam propter ſuſpicionem remoueri, & ſalario priuari. * Et vi. l. 16. titul. 7. parti. 1. vbi deponitur prælatus propter negligentiam, & ibi Greg. Lopez & põt etiã remoueri propter nimiam crudelitatem & abuſum: vt Bald. in. l. ſi dominus. §. dominorum. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni. vbi diſtinguit. * ¶ Sed inquantum tenet, quod propter ſuſpicionem poteſt iudex remoueri, non dicit verum, quia non remouetur, ſed alius iudex ſibi adiungitur. vt cauetur in. l. prima titul. 5. lib. 3. in ordin. regali. & in. l. apertiſsimi. C. de iudi. Et tenet idem Platea. in. l. nulli ſcriniario. C. de numerarijs actuari. libro. 12. numero. 3. vbi ait, quòd idem eſt in tabellione, quòd quando recuſatur, non remouetur in totum, ſed datur ſibi adiunctus, vt ſit de iudice ordinario, & ſic ſeruatur conſuetudo, vt ibi tenet. Idem tenet Montaluus in gloſſ. ordina. in parte, tabellio. ¶ Bald. quoque in dicta. l. mancipia. dicit, quòd iudices maiores propter enormia delicta in officio commiſſa remouentur, propter leuia, & minores culpas expectatur tempus ſyndicatus. Officiales verò minores de facili poſſunt remoueri. vt in. l. 2. C. de ſportul. & in. l. nã & magiſtratus. ff. de iniuri. vt tenet. d. Ioannes de Platea in dicta. l. iudices. ¶ Vbi dicit idem eſſe in famulo, & ſtipendiario inobediente, & negligente. Tamen in caſu. l. fina. ad. l. Iuli. repet. poteſt remoueri Corrector propter delictum. vt notat Bartol. in. l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad municipal. ¶ Et illud, quod eſt dictum, quòd ex negligentia non remoueatur, intellige niſi ſit negligens ex culpa, quia tunc poteſt remoueri. gloſſ. in. l. 2. §. miles. ff. de infami. ſed debet remoueri à ſuperiore. vt dict. Paris de Puteo. in dict. verſicul. qualiter arguatur. & in parte, officialis propter negligentiam. folio. 177. dicit, quòd quoque fallit. quando negligentia eſt magna, quia tunc remoueri poteſt. vt in capitul. ad monaſterium. de ſtatu mona. ſecus ſi parua. argumen. in capitul. quicquid. 1. quæſtione. 1. & niſi maius inde præiudicium poſsit generari. & ſic intelligit. l. carcerari. ff. de cuſto. reo. quia negligentia omnia lædit, vt in. l. 2. C. de naufra. & in authentica, de quæſt. ad finem. ¶ Item remouentur ſi ſunt abiecti: & ſi quis fuit negligens in adimplendo mandatum: & ſi ſit contra id, quod eſt expreſſe ſibi mandatum. vt in. l. qui fiſcales. de nauicula. C. Nam non eo ipſo, quod mandatum non impletur, continetur. vt in dic. l. qui fiſcales. & in capitul. ſi quis autem. 10. diſtin. vt ibi per dict. Paris de Puteo. ¶ Ex quo in
42 fero, † quòd licet in prouiſionibus Correctorum





rum rex det illis poteſtatem ponendi locum tenentes in officijs, & remouendi ad beneplacitum, non debet remoueri niſi ex iuſta cauſa expreſſa in iure: quia vltrà quòd eſſet deduc⁹ hoc facere, vt Ioann. de Plat. in dict. l. iudices. dicendo, quòd maximum eſt dedecus remoueri ab officio, quaſi de eo dominus non confidat, non poteſt remoueri, niſi ex iuſta cauſa expreſſa in iure, vt dictum eſt. Facit textus. in. §. cùm igitur. in authentica. de non eligen. ſecund. nubẽ. collatio. 2. & gloſſ. in ſumma. 15. quæſti. 8. quam pro notabil. allegat Bald. in authentica. ex teſtamento. C. de ſecundis nupt. tenet Alexan. in. l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matri. numero. 7. vbi tenent, quòd priuationis pœna nõ habet locum, niſi exprimatur à iure. vt poſui, & dicam infrà in capitulo. 9. in gloſſ. *ſo la pena de la ley*. Et facit text. & ibi Plat. in. l. ordinariorum. C. de cohartalibus. libro. 12. vbi tenet, quòd officiales cuiuſcunq; magiſtratus ordinarij, tan præſides, quàm alterius, ex nulla quantuncunque honeſta cauſa poteſt licetiari ab officio, niſi primus reddat rationem officij. * Et tenet late & ſingulariter. Guillerm. Benedict. in repetition. capitul. Raiuntius. de teſtament. in parte duas habens filias. nume. 37. cum pluri. ſeq. vbi in numer. 38. dicit ꝙ quando debet reuocari, ex cauſa debet audiri in ſuis defenſionibus adeo ꝙ ſi ſine cauſa & pro ſua voluntate deſtituerentur eis ſucurritur per remedia iuris ordinaria etiam poſſeſſoria. & reuocans tenetur ad omnia præparamenta: intereſſe & damna in foro conſcientię, & etiam cõtentioſo & per ſuperiorem debet in hoc cõdemnari ad reſarciendum ſecundum eum ibi. numero. 44. 45. & 46. argument. text. in. l. 1. §. cepiſſe. ff. de pollicitatio. & inquit quòd in curia Burdegalen. fuit ſalubriter ordinatum, ꝙ iudices Baſyletij & Seneſcali & cæteri magiſtratus: ſuos non poſſunt ſine cauſa in curia parlamẽti ipſis auditis cauſa cognita locum tenentes mutare, ꝙ nota cõtra iſtos correctores, quia quotidie eos reuocant ex eo quia eis noluit pecuniam conferre ſeu partem fructuum ſeu expenſarum officij & quia hoc nollunt facere, prætores falſo perperam contra dictos loca tenentes proponunt vt remotionem colerent quod eſt iniquũ, & ideo rex. ad hoc euitandum, eos debet prouidere. vt dixi, infrà capit. 4. * ¶ Sed an poteſt corrector aduocare ad ſe cauſam aliquã, & iubere ſuo loco teneti vt de ea non cognoſcat. Videtur ꝙ ſic, vt tenet Pau. de Caſtr. in. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. numer. 6. loquendo in poteſtate, & ſuo vicario, qui habẽt iuriſdictionem ordinariã eiuſdẽ tribunalis: vnde cum poteſtas ſeu Corrector ſit ſuperior, poteſt à ſuo tenente iuriſdictionem auocare, vel ſibi inhibere, quòd in aliqua cauſa non procedat, & ſic auferri ſibi exercitium: & tunc non valebit, quod faciet per dict. l. iudiciũ ſoluitur. * Et facit quod tenet Peregrina in parte iudex. quæſti. 5. in gloſſ. officium ꝙ ſuperior poteſt inhibere inferior ne iudicet quando inferior recognoſcit iuriſdictionem ab ipſo ſuperiore, aliàs non poteſt vt dicit notari Hoſt. in cap. volentes de officio legati. & Archidiaco. in cap. de prima. 11. quæſt. 1. * Et ſic patet in prouiſionibus officiorum: quia poteſt vti iuriſdictione per ſe, vel per ſuum locũ tenentẽ, quẽ poteſt remouere in totum, à fortiori inhibere, ꝙ in aliqua cauſa non procedat, ad ſe eam aduocãdo. Et licet hoc ſit de iure, tamen non eſt faciendum per Correctores: quia vbi ceptum eſt iudicium, ibi debet accipere finem. vt in. l. vbi acceptum. ff. de iudi. & quia ſi locum tenens eſt ſuſpectus poteſt recuſari, ipſe aſſociabitur, iuxta. l. 1. titul. 5. libro. 3. in ordina. regali. ¶ Vltra ſupradicta dico, quòd ad hoc, vt iudex teneatur ex negligen
43 tia, requiritur, quòd requiratur † à parte.: quia poſt talem proteſtationem tenetur, aliter non. Ita Bartol. in. l. damni. §. ſabini. in fine. ff. de damno infecto. & Bald. in capitul. iudices. numer. 6. de pace iura. firma. per. l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edẽdo. & per. l. cum ſeruum. C. de ſerui. fugiti. vbi Bald. quoque tenet, ꝙ iudex non debet ponere quem ad torturam, niſi petatur à parte. & Bartol. in. l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. eod. titul. de damno infec. late Alex. in. d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui ope. nuntia. & Anto. in capitul. venerabilis. de iudi. & Abbas in capitul. fin. de reſcrip. column. fin. numer. 16. vbi omnes tenent, quòd negligentia iudicis nõ præſumitur, niſi poſt proteſtationem, & interpellationem: quia non tenetur officium ſuum impartiri non poſtulatum ad vtilitatem priuatam. vt in dict. §. hoc autem. & ibi Bartol. & docto. & latè Paris de Puteo. in dict. tracta. ſyndicatus. in parte. an & quando. folio. 40. vbi idem tenet. ¶ Ex quo infert Abbas in dict. capitul. fi. in dict. num. 16. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd ſi iudex non finiet quæſtionem infra certum terminum, debeat ſoluere pœnã certam: quòd iudex non incidit in pœnam, ſi nõ fuerit petitum, ſeu interpellatum à partibus, vt decideret infra terminum. Quod facit ad. l. 1. tit. 15. lib. 3. in ordi. regali. quæ lex ponis pœnam iudicibus non pronuntiantibus infra terminum illius. l. quia in illam pœnam non incidunt, ſi eis non fuit requiſitum, vel proteſtatio eis non fuit facta. ¶ Quoque facit pro iudicibus, qui vocantur,

del regimiento: quia ſi infra terminum ſibi da-
tum poſtquam eſt appellatum cauſam nõ diffi
niunt. vt in. l. 6. titu. de las appella. in ordina. re-
gali. & in pragmatica facta per noſtrum Caro-
lum regem in curijs Valliſoletanis, anno. 1523.
in ordine conſi. 95. in qua cauetur, ꝙ incidant in
pœna ibi contenta, & in intereſſe partis appel-
lantis: intelligitur, ſi fuit eis requiſitum, & pro-
teſtatum, aliàs ſecus per ſupradicta. * Et tenet
expreſſe Ange. in conſi. 140. incipien. quidam
Matthæus, & ſequitur Iaſo. in. l. properandũ. §.
ſin autem vterq;. C. de iudic. nume. 6. * Et idem
tenet Abb. in capitulo penu. columna pe. de iu-
dic. & Cataldi. in trac. ſyndicat. in verſiculo. 42.
incipiente. Adde quòd iudex. & Barb. in capitu
lo, conſuluit. de offic. delega. columna. 4. Hip-
pollyt. de Marſi. in ſua practi. crimi. §. nunc vi-
dendum. numero. 4. Pro quo dicit, quod facit
textus in. l. prima. §. magiſtratibus. ff. de magi-
ſtra. conueni. vbi dicitur, quòd magiſtratus, qui
non dedit tutorem, vel curatorem minori, tene
tur. Quod eſt verum, ſi interpellatus fuit, aliàs
ſecus. Quod tenet Ioan. Calde. in conſilio. 3. titu
lo, de pœnis. vbi ſi per ſtatutum imponitur iu-
dici pœna, ſi non adminiſtrauerit iuſtitiã: ſi non
fuit petitum per partem, non cadit in pœnam.
vt tenet Hippolytus de Marſilijs in. l. vnius fa-
cinoris. §. cogniturum. ff. de quæſtion. numero.
4. cum ſequentibus. & Ioann. de Platea in dict.
l. iudices. numero. 4. vbi ait, quòd officialis non
præſumitur negligens, niſi fuerit proteſtatum.
allegando Bald. in dicta. l. damni. §. ſabini. & tè-
net idem quod Abb. in dict. c. finali, de reſcrip.
de iudice non decidente cauſam infra terminũ,
quòd in pœnam non incurrit, ſi ei non fuit pro
teſtatum. Et faciunt notata per Andre. Barb. &
Anto. Fran. in additio. ad Abb. in capitulo, licet
ex ſuſcepto. de foro compe. in prima additio-
ne. vbi idem tenet, allegandò plura iura. ¶ Ad
44 quod facit. quia iudex † ſemper præſumitur
paratus reddere ius: quod probatur eo ipſo, ꝙ
non probatur contrarium. vt gloſſa in. l. prima.
C. de teſtament. mili. & ſic pro iudice præſumi
tur. vt in. l. 2. C. de offi. ciuil. iudic. & quòd ſi nõ
appareat de interpellatione, præſumitur iudex
paratus reddere iuſtitiam. ¶ Quæ interpellatio
debet fieri poſt concluſionem in cauſa, quando
fit ſuper proceſſu concluſo. vt in dicta. l. ordina.
in authentica. Item ſi appellatum. & ibi Bald.
C. de tempo. appella. & per eundem in additio.
ad Specul. in titulo de appella. §. primo. verſic.
mora. & per Ioan. de Imol. & Philippu. Franc.
in capitulo, ex ratione. de appellatio. & Alexã.
in dicta. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. prout
tenet dict. Anto. Fran. vbi ſuprà. ¶ Vbi quoque
ait, quòd iudex, qui non facit id, quod ab eo pe
titur per partem, non allegata ratione quare nõ
facit, dicitur eſſe negligens. Et hac de cauſa ſem
per ego ſoleo reſpondere proteſtationibus fa-
ctis contra me, quæ in noſtra Hiſpania, requiri-
mientos vocantur, ne videar negligens, & con-
ſentire. Quia vti ait Bald. in capitulo primo de
milit. vaſa. qui contu. eſt in vſi. feudo. nume. pri
mo, qui non loquitur, & obmuteſcit, iuſtitiam
denegare videtur. Et ſic, quòd iudex requiſi-
tus de iuſtitia, vel de expeditione cauſæ nil
reſpondens, dicitur eſſe in mora, & iuſtitiam
denegare. Quod etiam voluit Philipp. Franc. in
dicto capitulo, ex ratione. in. 2. quæſtione. circa
5. impedimentum. & quòd ex iſto caſu poterit
ab eo appellari, vt Abb. in capitulo, dilecto. de
appella. & Alexand. in. l. de qua re. ff. de re iu-
dica. ¶ Supradicta intelligerem, quòd iudex
requiſitus, ſi eſt negligens puniatur, procedat
45 † quando lex ponit pœnam iudici aliquid
non facienti ad vtilitatem priuatam in dictis. ll.
regalibus, & ſimilibus. Secus in his, quæ non po
nunt pœnam, nec præcipitur per legem: quia iu
dex in his, quæ expediuntur, ex officio ſuo re-
quiſitus, non tenetur in ſyndicatu, licet denegã-
do poſsit ab eo appellari, vt dixit Iaſ. in dicto. §.
præterea. & hoc in ciuilibus. vt textus. & ibi
Paulus. de Caſtro in. l. non quicquid. ff. de iudi.
Quia illud, quod per legem arbitrio iudic. com-
mittitur, non compellitur, nec tenetur iudex fa
cere, ſi non vult, licet facere poſsit: & ideo ſi nõ
facit, non tenetur: ſecus ſi per legem iudici præ
cipitur, vt in exemplis ibi poſsitis per eum, &
per doctores. Quod intelligo, quando eſt quæ-
ex delicto naſcun.¶Sed in quãtũ.d.l. Styli , in
fine tenet,ꝙ ſi eſt abſconditus in domo, debet
16 mori,† vid.tu Franciſ.de Aretio. in.l.poſsideri.
§.ſi rem.ff.de acquiren.poſſe. vbi limitat ſingu
lariter illã.l.in fine:& tenet, ꝙ ſi fur eſt inuen-
tus in domo,non tamen mouit aliqua de loco
ad locum,ꝙ tunc non puniatur pœna mortis.d
qua in dicta.l.Styli,ſed punitur extraordinariè
per text.in.l.ſaccularij.in princi.ff.de extraor-
di.crimi.quẽ ad hoc ſecundũ eum allegat Bald.
in.l.ſiqs nõ dicã rapere.C.de epiſ. & cler. & te-



net ſing.Cataldi.in tract.ſynd.nu.141.tom.14.
tract.fol.199.vbi ſingulariter.* Et late per Tho
mã Grammatic.conſil.36.nu.16.&.17.*¶Et ſic,
ꝙ.d.l.Styli in fine,dum loquitur , quando eſt
abſconditus in domo,ad hoc quòd moriatur,re
quiritur,quòd amoueat aliquã rẽ de loco ad lo
cum,aliter nõ debet mori,licet in domo cauſa
furãdi inueniatur, & ingrediatur.¶Et vltra i-
ſtos caſus contentos in.d.l.parti.& fori,& Styli
propter vnum furtum licet magnũ , nõ poteſt
quis ſuſpendi.Et ita credo,& teneo cum limita
tione Franciſ.Areti.in. d.l. poſsideri. & poſtea
reperi Catal.in tract.ſyndica.quæſt.196.vbi idẽ
tenet,quod Franciſcus de Areti.per. d.l. ſaccu-
larij.§.1.ſuprà allega.vbi tenet,quòd non puni
tur vt fur, ſed debet dãnari in opus publicũ:vel
ſi iudex vult,poteſt condemnari communi poe
na fuſtigationis, vel ſuo arbitrio , quando iſte,
qui intrauit domum vt furtum committeret,
non commiſit,quia non potuit.¶Sed quid ſi a-
17 liquis apponit ſcalas ad domum , † ad muros,
vel ad feneſtras alicuius? Dic quòd ſi hoc facit
cauſa violandæ caſtitatis, eſt poena mortis. vt
in.l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. &
cleri.ſecus ſi mulier non ſit caſta,ſed meretrix:
tunc tamen punitur extra ordinem crimine in
iuriarum:& hoc verò crimen regulariter eſt ex
traordinarium.tenet Bald.in.l. ſi quis violaue-
rit.ff.de rerum diuiſi.Quod dictum Bald. dicit
Angel.quotidianum,& notandum.in.§.ſancte
quoque Inſtitu.de rerum diuiſi. in fine. vbi di-
cit,quòd licet ſit arbitrarium,poteſt ita eſſe a-
trox iniuria,vt etiã mors veniret imponẽda, vt
Bal.in.d.l.ſi quis violauerit. nam arbitriũ à le-
ge datũ in maleficio, poteſt ſe etiam vſque ad
mortẽ extẽdere,ſi ſit factu multùm graue.§.pe.
Inſti.de iniur.¶Attamẽ licet ex cauſa poſſunt
iudices tranſgredi leges,vt dictum eſt,hoc non
18 habet locum † in Correctoribus,nec in eius lo-
cum tenẽtibus,quia ſunt iudices inferiores:ſed
habet locum in magiſtratibus maioribus , vt
ſunt magiſtratus perpetui,vt Epiſcopi , Mar-
chiones,Comites,& ſimiles:nõ autem in pote-
ſtatibus terrarũ,quia iurant ſeruare leges,& ſta
tuta.ſecundùm Bald.in authen.hodie iurãt.C.
de iudic.vbi ſuprâ limitat dictum Innocent. in
d.c.1.de conſtitu.¶Imò ſecũdùm Saly.ibi, ma-
ioribus magiſtratibus nõ licet,niſi in caſibus ar
duis publicum ſtatum concernentibus.& idem
tenet Hippoly.de Marſi. in ſua practi. crimi.§.
diligenter.nu.176.vbi dicit,ꝙ ſecus eſt in mino
ribus.vt ſunt poteſtates terrarum:quia tales nõ
poſſunt leges,ſtatuta,nec conſuetudines tranſ-
gredi.& idẽ tenet Iaſ.in.d.§.ex maleficijs.Inſti.

de actio.col.2.nu.16,vbi tenet allegãdo Roma.
ꝙ in traſgrediendo leges , debet conſuli ſupe-
rior per.l.diuus.la ſegũda.ff.de falſi.Et licet Iaſ.
vbi ſuprà dicat,quôd ille tex.non probat, Hip
poly.vbi ſuprà dicit,ꝙ rectè probat.Et idem te
net in ſingula.244.vbi dicit,ꝙ parcat ſibi Iaſ.ꝙ
bene probat:& dicit hoc eſſe menti tenendum.
quia in hoc multi iudices errant, credentes ſibi
licere tranſgredi leges,ſtatuta,& cõſuetudines.
¶Sed Bal.in.c.3.ad finem. de re iudica. & in. d.
cap.de conſtitu.3.col.aliter tenet,dicẽdo,quòd
maiores magiſtratus,præſides,& poteſtates ci-
uitatum,& ſic Correctores,& eius locum tenẽ-
tes,quia habent merum & mixtum imperium
& altam iuriſdictionem,poſſunt leges tranſgre
di:& ꝙ dictum Innocẽ.defendit aſſeſſores , qui
pro bono publico quandocũq; ſtatua tranſgre
diuntur,prout tenet Iaſ.in.d.l.1.&.in.d. authẽ.
hodie iurãt.& Bald.in cap.Obertus. in quibus
cauſi.feud.amittatur.nu.2.in vſi.feudo.Et ſic vi
detur,ꝙ iſti Correctores, & eius locum tenen-
tes,qui regunt ciuitates,& villas,ex cauſa poſ
ſunt augere poenã,trãſgrediẽdo leges,quicquid
dicat Bald.in.d.authen.hodie iurãt.& Hippo-
ly.in dicta practi.quia hoc tenet Paris de Pute.
in dicto tracta.ſyndica.in verbo,iudex an ſi iu-
dex mandat aliquid.fol.141.nu.19.vbi quæſtio
nem ſupradictam altercat,& remanet cũ dicto
Innocen.& ꝙ eius dictũ habeat locum in pote
ſtatibus,& iudicibus terrarum, licet inferiores
dicantur,per.d.§.poena grauior.Nam , vt ipſe
dicit,ſi requireretur ſuperioris licentia,nõ eſſet
in poteſtate iudicis,vt dixit Innocen. quia pro
pter facti atrocitatem multa permittuntur,quę
aliàs non permitterentur.¶Et hac dè cauſa pro
pter criminis inhumanitatem punitur animal,
19 † & homo rationalis cum eo.vt in cap. mulier.
15.quæſt.1.vbi pro concubitu cum animali bru
to,fit punitio vtriuſque ad facti memoriam. vt
tenet Beatus archiepiſcopus Floren.in.2.parte.
tit.1.cap.25.col.2.& Leuiti.18.&.20.cap. & tex.
in.l.2.titu.21.parti.7.in fine. ¶Et ſic ratione in
20 humanitatis criminis corpus mortuum,† quod
non poteſt poſt mortem ſuſpendi, vel poenis
ſubijci,poteſt ſuſpendi , vel beſtijs ſubijci aut
comburi.vt dictus Paris de Pute. vbi ſuprà.nu.
20.¶Sic ego teneo cum.d. Pari de Pute. quòd
dict.Innocen.habeat locum in iudicibus infe-
21 rioribus propter † enormitatẽ delicti licitũ ſit
leges trãſgredi.& idem tenet Philippus Deci.
in regula.in ambiguis pro dote. §. quotiens. ff.
de regul.iur.vbi tenet,ꝙ per illud dictũ Innoc.
infert Bal.in.l.ſi quis filio.§.illa autẽ.in fine. ff.
de iniuſto rupt.ꝙ propter metum periculi,vel

ſcandali interdum permittitur magiſtratibus le
ges tranſgredi.& idem tenet Bal.in.l. obſerua-
ri.§.proficiſci.q.11.ff.de offi.proconſul. & lega.
&facit text.in.l. ſi hominem.ff. manda. & ibi
Bar.& Roma.in conſi.428.& Bald.in.l.clari.C.
de fideicõmiſ.¶Ad quod non obſtant ſupradi-
cta adducta in cõtrariũ,ſcilicet, ꝙ poteſtas iura
uit ſeruare ſtatuta,& leges:quia intelligitur, ni
ſi iuſta cauſa ſuperueniat:quia in iuramẽto ſem
per intelligitur clauſula,rebus ſic ſtantibus. vt
in.l.ꝙ ſeruus.ff.de conditio.ob cauſ.da.& quia
quæ de nouo emergũt,nouo indigent auxilio.
vt in.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de mino.& in.l.fi.
ff.qui ſatiſda.cogan. & Bar.in.l. ambitioſa.col.
3.ff.de cre.ab or.faci.& in cap.fina. & ibi Abba.
de tranſacti.& Alexan.in.l.nemo poteſt.ff. de
legat.primo.& poſtea inueni Feli.quaſi omnia
congerentem.in.d.cap.1.de conſtitu.col.26.ver
ſicu.Fallit ſeptimo regulam. ¶Et ibi in col.27.
tenet,ꝙ iudex,qui ex aliqua euidenti vtilitate
22 reipublicæ † venit contra ſtatuta,nõ tenetur in
ſyndicatu.allegãdo Angel.in tracta. ſyndica.
notabi.184.Et tenet Amode.Iuſti.in tracta.ſyn
dica.nume.245.tomo.14.tracta.foli.189.argu.
text.in.l.reſcripto.ff.de munerib. & honorib.
& in.l.quanuis.ff.de in ius vocan.& in.l.hos edi
cto.ff.de calũnia.& argu.l.item vulneratus. ff.
ad.l.Aquili.& in.l.aut facta.ff. de poenis.in fi-
ne.& idem tenet Cataldinus in tracta. ſyndi.
nu.18.¶Et ibi quoque Feli.in.d.cap.1.in.colu
29.verſic.nihilominus.vult tenere cum Ludo-
uic.Roma.in.d.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut. ma-
tri.fallen.42.quòd conſuli debet ſuperior in ta
li emergentia caſuum inopinatorum. Et ſic li-
mitat omnia ſupradicta,vt non procedant,quã
do ſuperior cõſuli poſſet:ſed quando non poſ-
ſet adiri,& periculum eſt in mora,prædicta pro
cedunt,& poſſunt tranſgredi leges.vt in capit.
vnico.in fine.ne ſede vacan.in.6.& per ea quæ
dixit Innocen.in cap.venerabilem. de electio.
vbi tenet,quòd etiam in iuramento, imminẽte
neceſsitate ineuitabili,poteſt quis contraueni
re propria authoritate prout tenet dictus Felin
vbi ſuprà,& in verſic.nec eſt conſonum. ¶Sed
ego nunquam conſulo ſuperiorem,maximè ſe
natores conſilij regalis:quia quando conſulun
tur,de conſultatione rident,& nunquam dant
conſilium,nec prouident quid ſit faciendum,
ſed ſolummodo iubent fieri iuſtitiam legis. Et
ſi in talibus enormibus iudices inferiores exce
dunt,aggrauant exceſſum:& aliquãdo,imò plu
ries,iudices puniuntur ab eis,& quia appella
tionẽ nõ deferunt,intãtũ,quòd in officijs exer
cendis iudices ſunt timidiores ratione dictorũ
procerũ,& auditorũ Cãcellariarũ,& earũ iudi-
cum criminalium:quia faciliter procedunt con
tra eos,perſonaliter vocando,& capiẽdo, & q̃d
peius eſt,in carcerem detrudendo, nõ remini-
ſcentes, quòd ſunt literati, & fortaſſe ſi fauor
eis eſſet,poſſent eſſe in illo loco,ſicut ipſi pro-
ceres,& auditores.Ideo attende dum fueris iu-
dex,quid facias,quia expertus loquor.¶Quo-
que intelligitur dictum Innoc. quòd ex cauſa
licitum eſt leges tranſgredi,quòd habet locum
in puniendo delinquẽtẽ, quando conſtat verè
de delicto.Secus autem, in procedendo : quia
quando in proceſſu nondum verè ſcitur,an ac-
cuſatus,vel inquiſitus ſit verus delinquens,tũc
non debet excedere: quia debet verè conſtare
23 de delicto vt puniatur.† vt tenet dictus Hippo
lyt.de Marſi.in dicta practi.crimina.in.d.§.dili
genter.nume.75.quod dicit notandum,quia fe
cit ſibi honorem aliquando. ¶Quoque proce-
dit dict.Innocen.quòd poteſt ex cauſa minui,
vel augeri,quando iudex procedit ex denuntia
24 tione,† vel ex inquiſitione.Secus autem ſi pro
cedit per accuſationem:quia tunc nõ poteſt mu
tare,vel diminuere poenã legalem.eſt ſingula.
verbum Hippolyt.de Marſil.in dict.§. practi.§.
conſtante.nu.84.allegando Bal.in ſuo reperto
rio.in verbo,poena.2.colũ.verſi.poena legalis.
Et licet eũ non alleget,idẽ tenet Socin.in fallẽ.
in parte,poena.regula.293.prima fallentia.& di
cit,quòd ita tenet Hoſtien.in cap.in archiepiſ-
copatu.de raptori.per.l.ſeruos.in fine.C. ad.l.
Iulia.de vi publica.& tenet Specul.conſcientiæ
in tracta.primo.cap.99.in princip. De quo vi-
de quæ dicã latè in cap.2.infra eodẽ,in gl.ni par
cialidad. colũ.2. & in cap.36.in gloſ. el derecho
permite.in fine.¶Quoque fallit dict.Innocen.
in iudice delegato : quia non poteſt moderare
poenã.ſecundùm Archidia.& Domi.in dicto.§.
notandu.3.q.1.& Anto.poſt Io.And.in.ca. quo-
niã frequẽter.§.fi.col.2.vt lite nõ cõteſta. ¶Fal
lit quoq;.2.niſi lex diceret,nulla alia poena im
ponatur.ſecundũ Bal.in.l.nõ dubiũ.11. col.C. de
legi.¶Fallit.3.niſi eſſet iudex, qui ſuper crimi-
ne diſpenſare nõ poſſet.vt per gl.in.c. licet. de
poenis.¶Fallit.4.niſi eſſet lata ſentẽtia,vt dixi.
& Inno.in.c.niſi ſpecialis.de offi.delega. Quã
fallentiã reſtringe, vt non procedat in crimine
hæreſis.vt in.c.cõmiſſi.§.vlti.de hære. in.6.ſe
cũdùm Domi.in.d.§.notandũ.& in foro poeni
tẽtiali:quia poena ſemel mutari poteſt.vt in.c.
ſuper his.de voto.& ibi Anto.& eſt glo. ſingu-
la.in.c.tẽpora.26.q.7.¶Fallit.5.ſeu declaratur,
dũmodo minuens poenã ordinariã, minuat in
eodẽ genere delicti ſecũdùm Abb.in ca.2.de de
lictis



lictis puerorum.¶Fallit.6.niſi poena, quã mu-
tat,eſſet applicãda parti,ſecũdũ Domi. in.d.§.
notãdũ.& tenet beatus Tho.2.ſecũdæ.q. 67.ar
ti.vlti.niſi eſſet princeps,qui tamen nõ poſſet
in totũ,& ſine cauſa tollere ius partis.vt in.l.ve
nia.C.de in ius vocã.vt ponit Feli.in.d.c.quali-
ter & quando.el ſegũdo.de accuſa.in.§.ad corri
gendos.col.6.verſ.ſed aduerte.¶Et ibi quoque
ponit ſeptem cauſas minorandi, vel alterandi
poenã,quas per te vide.¶Iudex tamen vltra ſu
pradicta nõ debet minuere poenã, ſed rectè iu-
dicare,vt hic,& in iuribus ſupradictis, ita mag-
25 nũ,† ſicut paruũ,ita ꝙ apud ipſum non ſit acce
ptio perſonarũ.vt in cap.nouit. de iudic. & ca.
vlti.3.quæſti.9.& in authen.de monachis.§.1.&
latè Dyn.in regula.in iudic.de regul.iuris.in.6.
¶Sed hoc intelligit gloſ.in.l.1.ff.de poſtula.ve
rum quoad Deum:ſecus quoad nos. Sed Bart.
ibi in princ.dicit,ꝙ ſicut apud Deum,ita debet
eſſe apud hominẽ.Nã in his,quæ fiunt ex me-
ra gratia,etiã apud Deum eſt acceptio perſona
rũ.plus enim facit gratia vni,quàm alteri.In his
verò,quæ ſunt de mera iuſtitia, nec apud eum,
nec apud homines debet eſſe acceptio perſona
rũ:cùm ſcriptum ſit,Ita iudicabis magnũ,ſicut
paruũ.vt ſuprà.Et idẽ vult tenere Abba. in.d.
c.nouit.col.2.in.8.verſi.nota.vbi tenet,ꝙ quan
do proceditur ad correctionem peccati, nõ eſt
facienda diſtinctio inter magnum & paruum.
in modo tamen coercendi,& puniendi,& in ge
neribus poenarũ benè fit differentia.vt notat gl.
in.c.qui contra pacem.24.q.1.vbi eſt bonꝰ tex.
cum glo.& facit text.in.c. ſanè. de offi. delega.
& in.c.2.eod.titu lib.6.* Et dixi.in.c.25. infrà.
eod.in.glo.diſpenſarẽ,quaſi in fine.* ¶Et ideo
glo.in.c.cùm quidã.de iureiurã.in parte,digni-
tate.in fine. tenet, ꝙ in poena pecuniaria plus
26 puniuntur† maiores, quàm minores, nobiles,
quàm ignobiles.in poena corporali ſæpe puniũ
tur minores,& parcitur maioribus.vt in.c.ante
omnia.35.diſtin.eſt ſimilis glo.in.c. grauem.de
poenis.alia in.§.Item lex Cornelia.de falſis.In-
ſtitu.de publicis iudic.in gloſ.deportatio.& vi-
de ſanctum Thomam,prima ſecũdæ.q. 75.arti.
10.& Alexa.in.c.homo chriſtianus. 40. diſtin.
& tex.qui hoc expreſſè probat in.l.fi.C. quæ-
res vendi non poſſ.& ibi gloſſ. Et ideo dicit
Amode.Iuſti.in tract.ſyndica.nu.156.tomo.14.
tracta.fol.190.ꝙ iudex non tenetur,ſi mitius co
dẽnauerit militem in corpus, quàm plebeium,
& in pecunia mitius plebeium, quàm militem.
¶Et plus eſt,ꝙ ex eodem delicto plus punitur
27 † inferior,quàm ſuperior.vt glo.in.l.1.in parte
mediocris.C.vt nemo ad ſuum patron.lib.11.&
cum glo.in.d.c.cùm quidam.concordat tex. in
l.8.titu.31.part.7. ¶Et Abba.in cap. paſtoralis.
de offi.delega.n.5.tenet,ꝙ nobiles,& honeſtio
28 res † ciues ſolent decapitari,alij verò plebei ſu-
ſpendi.de quo per Bar.& alios in.d.l.capitaliũ.
ff.de poenis.& text.in.l.moris.§.Itẽ fere.ff.eo.
tit.de poenis.& Pala.Ruui.in repeti.rubr.de do
na.§.9.nu.19.tenet, ꝙ ſicut nobilis nõ ſuſpendi
tur furca,ita nec plebeius diues:& ſi iudex con-
dẽnauit militem mitius in corpus, quàm plebe
ium,& in pecuniam mitius plebeiũ, quàm mi-
litẽ,non tenetur.vt gloſ. in. §. ruſticus. de pace
conſtan.in vſi.feudo.& ibi Bal.vt tenet Amod
Iuſti.in tract.ſyndi.fol.17.in princi.* Et vid.quę
dixi ſupra in prooemio in.glo.1.nu.20. verſ. ad
quod facit.& vi.Peregrina in parte poena.5.q.*
¶Quod non habet locum in nobile proditore:
quia iſte furca ſuſpenditur.vt Bal. in.d.ca.cùm
quidam de iureiuran.¶Et in tranſgrediente mã
datum ſuperioris nõ fit differentia, an ſit nobi-
lis,vel plebeius.vt Bald.in.c.1.§. ſi quis verò te-
merario. de pace iura. firma.in vſib. feudo. Et
Lucas de Pẽna.in.l.1.C.de deſertori.lib.12.in.6.
colũ.tenet,quòd miles propter ſuam turpitudi
nem non poteſt ad furcã ſuſpendi,nec condem
nari, niſi propter latrocinium, propter quod
omni priuilegio eximitur.* Et probat tex. ſin-
gul.in.l.12.titu.21.part.2.& vi.Cifuent.in.l.79.
Tauri.col.2.tamen ſi nobilis accuſat plebeium,
& ſe inſcribit ad poenam talionis,ſi non probat
venit puniendus vt plebeius non vt nobilis:qa
eadem poena ſed non eadẽ lege debet puniri:te
net Salic.in.l.ſi vteris.C.de fide.inſtru.in fin.*
& Hippoly.de Marſ.in ſua practi.crimi.§.dili-
genter.nu.166.vbi idem tenet.& in.l. vnius faci
noris.§.cognitũrum.ff.de quæſt.nu.77.vbi om
nino vide.& in conſi.9.nu.19.& Pari.de Put.in
d.tract.ſynd.in parte,quid ſi per ſtatutum.foli.
198.nu.4.& gloſ.in.l.3.ff.de remilit de quo ali-
quid per Sebaſti.Sapi.& Zachari.in additio.ad
Abb.& Anto.Frã.in.d.c. paſtoralis.in additio.
quæ ſunt in nu.5.¶Sed tu vi.tex.ſingula.in. d.
l.8.tit.31.part.7.in princi.vbi tenet, *Que maguer
que el fidalgo,o otro hombre honrrado por ſciẽcia, o por
otra bondad que huuieſſe en el, hizieſſe coſa por donde
huuieſſe de morir,no le deuen matar abiltadamente co
mo a los otros, anſi como arraſtrando lo, o echando lo a
las beſtias brauas,mas deuen lo mandar matar en otra
manera,anſi como haziendo le ſangrar,o ahogando lo.*
Quæ lex rectè probat opi.Abba. in.d. capitul.
paſtoralis.& aliorum.& text. in dicta.l. moris,
§.ſunt fere. Quod ego iam vidi in patria mea
quæ Mombeltrã vocatur, Abulenſis dioeces
ſis,vbi fuit practicata.d.l.in perſonam Ioannis,

 Florin-

Florin.qui erat magnus pirata,qui fuit ſtrangu
latus in platea illius villæ.* Et vid.l.24.titu.21.
part.2.&ibi Grego.Lopez.in.gloſſ.*aleue o tray-
ciō* vbi circa hoc.* ¶Et ſic,ꝙ nobilitas,ſeu digni
tas,eſt cauſa minorādi pœnā vt ſuprà.& in.l.ſi
qs viduam.ff.de quæſt.đ quo per Cyn.&Bal.
C.de ſumma trinit.& fide catholi.& per Bart.
id.l.pedius.§.fi.ff.de incend. rui. naufra. & ibi
Alexan. in additio.ad Bar.& per Hippolyt.de
Marſi.in.d.l.ſi quis viduam.in fine,ſaltem re-
miſsiuè.¶Tu tamen vid.Bald.qui vnico verbo
ſupradicta limitat,in capitul.1.§.ſi ruſticus. de
pace tenen.& eius viola.in fine.in vſi.feudo.
vbi tenet,quòd licet ſit verum, quôd nobiles,
& nati de genere militari mitius in corpore,
quàm plebei puniantur: ſed in pecuniaria ſe-
cus habet locum in pœnis arbitrarijs tantū nō
in certis ſtatutarijs,vel legalibus:quod nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex debet ſeruare dominiū,& honorem re
gis,& iura regalia,& regis dānum euitare:
& tenetur omnia cuſtodire, quæ vaſallus do
mino ſuo cuſtodit.*
2 *Regnū,ciuitates,& villæ tenentur amare,cu
ſtodire,& honorare regem,& vxorem, &
filios ſuos.nume.3.*
3 *Rex dicitur quaſi Deus in terris.*
4 *Rex tenetur amare,& honorare populū, &
regnum ſuum,& munus eis impartire.*
5 *Rex ſine cauſa non debet expellēre vaſallos
de regno.*
6 *Rex non ſeruans contēta in legibus Partita-
rū,excedit.*

g **Seruicio.** g Idem tenet tex.in.l.4.ti.
15.lib.2.in ordi.rega. vbi
1 habetur,ꝙ iudex† debet ſeruare dominiū, &
honorem regis,& iura regalia; & regis damnū
diligēter pro poſſe euitare:& ſi euitare nō val-
uerit,regi ilicò certificabit.Idem tenet text. in
l.6.titu.4.par.3.&.l.1.titu.7.foro legū. lib.1.Et
tenetur omnia cuſtodire,quæ vaſallus domino
ſuo cuſtodit.ſ.incolumē,tutum, & omnia alia,
quæ ponūtur per tex.in.c.de forma.22.q.5. &
in tit.de forma fidelitatis.cū titu.ſequēti.in vſi.
feudo.& nō ſufficit,ꝙ faciat illa ſex,quæ conti
nentur in.d.c.de forma.ſed ꝙ abſtineat à malo
& quòd fiat id,quod eſt bonū:& ꝙ conſiliū, &
auxilium ſuo regi fideliter præſtet, vt in ſupra
dictis iuribus patet. ¶Quod eſt idem in regno
2 †quia regnum,ciuitates,& villæ, tenentur cu-
ſtodire,amare,& timere,& honorare regē: nec
nullus de populo debet eius deſiderare mortē:

ſeruicio, g y el bien

alias ſi palàm
hoc dixerit de-
ſiderare,eſt ale-
uoſus,& debet mori,& bona perdere, text. eſt
in.l.1.titu.13.parti.2.quia tota fidelitas debetur
3 regi: quia eſt† quaſi Deus in terra.vt in. l. iube-
mus nulla.C.de ſacroſ.eccleſi.& per totum tit.
in.d.parti.vid.quomodo debet Rex honorari,
& cuſtodiri,& amari:& non ſolum rex, ſed v-
xor ſua,& filij ſui.vt in dict.partit.titu.14. & ti
tu.15.vbi late per te vide.¶Ad idē tenetur rex:
4 †quia tenetur amare populum ſuum, & regnū
ſuum,& munus impartire eis, cùm ſibi videbi-
tur:& eos honorare triplici modo,vt per.l.2.ti.
10.eadem part.2.& regnicolas, & ſubditos ſui
regni,tam maiores,quàm minores, & medio-
cres defendere.vt in.l.3.eius tit. & part. quę eſt
ſingul.in iſta materia,cum legibus ſequētibus,
eiuſdem titu.¶Et facit illud,quod tenet Bald.
in dict.ca.de forma fidelitatis. §. ſi dominus.in
princi.vbi ait,quòd ſicut vaſallus debet eſſe fi-
delis domino,in eiſdem dominus debet fidē va
ſallo,alioquin dominus iudicabitur malefidus:
& ita debet fauere,& diligere,ꝙ ſine cauſa non
5 expellat† eos de ſuo regno,cùm mundus ſit om
nibus communis patria:& cauſa debet eſſe ex
qua poſſent bāniri:quia expellere, interdicere
eſt:quæ pœna ſine cauſa non debet imponi. vt
in.l.relegatorum.ff.de interdi. & relega. prout
tenet Bal.in.d.§.dominus.Et idē eſt de noſtro
iure regio,vt in quadā pragmat. facta per iſtos
noſtros catholicos Reges.foli.3. in qua iuſſerūt
Iudæos exire ex iſto regno Hiſpaniæ ex cauſa
ibi expreſſa,ſcilicet,quia faciebant Chriſtianos
apoſtatare.* Et ſi rex facit licèt non expreſſet
cām præſumitur iuſta in eo cauſa vt Abba. in
capitul.niſi ſpecialis de officio de lega. numer.
6.quod eſt verum dum facit,vel donat,vel alie
nat res profanas:ſecus autem ſi res eccleſiæ, vel
regni:tunc enim non præſumitur cauſa. tenet
Peregrina in parte imperator.6. q.in. gloſſ. au-
6 ferte,in fine.* ¶Et ſi Reges† non ſeruant, nec
faciunt contenta in dictis legibus partitarum,
excedunt:ſicut excedunt in pluribus caſibus
notatis per Pari. de Pute. in dict. tracta.in ca-
pitul.1. cum ſequentibus. vbi tractatur late de
exceſsibus Imperatorum, Regum, & Ducum,
quem per te vide.





*SVMMARIVM.*

1 *Rex,regni adminiſtrationem habens, curare
debet pro bono cōmuni patriæ,& eam amare
bonam culturāq; deſiderare,populationē, &
paſſus pontium,itinerūq; reparare.*
2 *Rex ea quæ ſunt publica nō poteſt diminuere.*
3 *Iudex tenetur oīa facere,quæ rex facere tene
tur.*
4 *Regens ciuitatem,habetur loco principis.
Iniuria facta officiali,principi intelligitur
eſſe facta.*
5 *Iuris peritis,& non alijs,eſt cōmittenda gu-
bernatio reipublicæ.*
6 *Cōmune bonum defendenti magis eſt paren-
dum,quàm certanti bono priuato.*
7 *Vtilitas publica quando vertitur,partes non
poſſunt renuntiari,etiam cū iuramento:ſecꝰ
quando vertitur priuata vtilitas.*
8 *Propter publicā vtilitatem diſcedimus à regu
lis iuris communis.Et in fauorem eccleſiæ.*
9 *Lex introducta in fauorem publicum, debet
ampliari.*
10 *Magna vtilitas priuata, præfertur modicæ
publicæ vtilitati.*
11 *Aduocatus,an potius debeat aduocare pro pa
tria,quàm pro patre.*
12 *An poteſt aduocare contra patriam.*
13 *Patriæ debetur fidelitas.*
14 *Terram ſuæ originis,quis non debet relinque
re,nec negligere,quantūcunq; vilis ſit.Et hic
de fauore patriæ.*

h **Tierra.** h Quia Rex† habens admini-
ſtrationem regni,debet cura-
re pro bono communi patrię,tenet Specu.in ti
tu.de feudis.§.quoniam.verſi.16.nu.31.& Bart.
in authē.de hæredi.& falci.in.2.col.in prin.vbi
ait,ꝙ primò Rex de vtilitate publica, quàm
ſuorū debet tractare,& eam amare:& bonā cul
turā deſiderare,populationem,& paſſus pōtiū,
itinerūq; reparare,nō ſinēdo muros factos,tur
res,& domus corruere.vt in. l.1.2.&.3. titul. 11.
2 partit.2. ¶Et ea quæ ſunt publica,† & ad vſum
publicum deſtinata,non poteſt diminuere. vt
Signor.de Homod.in conſi.26.colum.7.&tex.
in.l.2.&.3.titul.3.lib.7.in ordina.rega.& Ioann.
de Pla.in.l.ſi quis ex titulo.C.de diuerſis præ-
dijs vrba.lib.11.tenet quòd imperator magis fa
uet ciuitatibus,quàm priuatis,propter nimiam
excellentiam,& hominū copiā ibi morātium.
vt in.l.ſi quis tam.C.de decuri.lib.10.* Et Pere
grina.in parte.

comun dela tierra h
quelleuā ſu cargo,

rex.colu. 4.in
gl. idem tenet
inquiens quòd
rex poteſt do-
nare loca,exitus,montes termina : vel prædia
ciuitatum ſeu locorum,nec alienare nec reditꝰ
concilij:vt ibi per eum : & idem Par. de puteo
in tracta.ſyndic.in parte excedunt.numer. 20.
fol.13.nec dominus poteſt talia bona occupare,
vt tenet Specul.conſtientiæ in tractatu.1.ca.19.
§.11.& Archiepiſcopus Florenti.in.3.part.ca.4.
§.4.nec ea quæ ſunt in vſu publico poſſunt vē
di,vt in.l.15.titul.5.part.5.& ibi Grego.Lopez.
l.3.dicit quòd de licentia principis : ſecùs tamē
ea quæ non ſunt in vſu publico poſſunt vendi
de licentia principis,vt ibi:& vid.Bald. in.l. ſa-
cra.§.ſciendum.ff.de rerum.diuiſio.vbi tenet ꝙ
rex poteſt donare quod publicum eſt: ſed vi.l.
234.ſtyli.& dum.d.l.3.titu.3.lib.7.ordi. dicit ꝙ
talia publica non poſſunt laborari: tamen ciues
iuſtè petere poſſunt à rege vel. à ciuitate ſibi aſ
ſignari loca vbi poſsint plantare vineas & oliue
ta,& alia neceſſaria ad vitā,& agros ſeminādos:
vt inde poſsint viuere vt tenet Greg. Lopez.in
l.10.tit.25.par.4.in.gl.*Auer vida*:& vi.l.4.ti.28.
part.3.& ita debet.intelligi.d.l.3. niſi in eo ꝙ ſit
neceſſariū ad vſū ciuiū nā ad hoc coli & ſemina
ri poſſunt termini publici,vt ciues viuāt & inde
alātur.* ¶Et oīa ſupradicta tenētur facere Cor-
3 rectores,† & iuſtitiæ,qui loco regis in republi-
cà officia gerūt.vt in iſto tex.& tenet gl.& Cyn
in.l.fi.C.de pręſcrip.lōg.tēpo. ¶Dicēs,ꝙ qui re
4 git ciuitatē, habetur loco principis.† & idē tenet
Bar.in.l.hoſtes.ff.de capti.& Hippolyt.đ Mar
ſi.in ſua pract.crimi.§.cōſtāte.n.22.& tenet Bal.
in.l.ſpadonē.§.ciuitatis.ff. de excuſa. tuto. vbi
ait,ꝙ officialis habēs magiſtratū, dicit eſſe prin
ceps in ciuitate illa.Et tenet Mōtal.in gl.ordin.
regal.in parte,Corrector.verſ.Itē nota. ¶Et fa-
cit,qa omnis iniuria facta officiali regis actu ge
rēti officiū,intelligitur facta regi.vt tenet Cyn
in.l.ſi nō cōuitij.C.đ iniurijs.& in expreſſo Lu
cas de Pen.in.l.omnes ſtationarij.C.de coharta
lib.lib.12.col.2.Et tenet Ioa.de Plat.in.l.nemo.
C.de dignita.lib.12.in fine.loquēdo in ſenatori
bus regalibus:quia iniuria eis facta, dicitur illa-
ta curiæ principis: quia pars corporis principis
ſunt.vt in.l.quiſqs.C.ad.l.Iuli.maieſt.& đ eius

ordine.vt in.l.ſenatorum.C.đ dignita.lib.12.&
tenet ſingulari.Bald.in.c.1.de offi.delega.nu.1.
indiſtinctè reprobando determinationem, &
diſtinctionem Bál.in.d.l.hoſtes.Et facit, quod
tenet Alexã.in.l.ſi familia.ff.de iuri.omn.iudi.
nu.1.vbi tenet, ꝙ maieſtas non ſolùm principi,
& ſuperiori attribuitur, verum etiã attribuitur
prætori.Item & populo.vt in. l.ſi non dubito.
ff.de captiuis.¶Et reſpublica potius committẽ
5 da eſt gubernari † iuris peritis, quã alijs.vt Ang.
in prooemi.Inſtit.§.ſumma. in fine. vnde abu-
tuntur, qui contrarium faciunt.¶Et commune
6 bonum defendenti, † magis eſt parẽdum, quàm
certanti priuato bono.vt Specu. vbi ſuprà: quia
vtilitas publica prefertur priuatæ.vt in.l.ſanci-
mus.C.de ſacroſan.eccleſ.& in ca.bonæ memo
riæ.de poſtula.præla.& Iaſ.in authen.reſq;. C.
cõmunia deleg.nu.28.& in.l.impenſa.ff.de reli
gio.& ſumpt.fune.vt per Barto.& docto.in.l.1.
ff.ſolu.matrimo.nu.26.¶Et ideo dicitur publi-
ca vtilitas, ſecũdùm Alex.ibi.n.44.quia affert
vtilitatem reſpectu vniuerſi: ſed in particulari
ſuam affert vtilitatẽ ciuibus per ſe ſeparatim ita
vni, ſicut alteri: nec eſt apta in quolibet particu
lari afferri vtiliter.¶Et quãdo vertitur vtilitas
publica principaliter per partes non poteſt re-
7 nuntiari, † etiam cum iuramẽto.vt in.l. ſi vnus.
§.paciſcor.& §.ſequenti.ff.de pactis.& notatur
in cap.t.ſi diligẽti.de foro compe.¶Et quando
aliquid ob publicam vtilitatẽ prohibetur, etiã
ille, in cuius vtilitatem fit prohibitio, non po-
teſt conſentire.& ſi cõſentit, eius cõſenſus non
operatur, vt veniens contra prohibitionẽ non
puniatur. quod eſt notandum ſecundùm Hip-
polyt.de Marſi.in.l.lege cornelia.§.conſtitutũ.
ff.de ſicarijs.nu.2.Quod eſt ſecus, quãdo verti-
tur vtilitas priuata principaliter, licet ſecunda-
riò publica: tunc enim poteſt renũtiari cum iu-
ramento, ſecũdùm Iaſ.in.d.l.1.ff.ſolu.matrimo
nu.39.Et ideo dicit, ꝙ mulier poteſt conſentire
alienationi fundi dotalis cum iuramento. vt in
cap.cùm contingat.de iureiur.¶Et propter pu
8 blicã vtilitatẽ diſcedimus † à regu.iuri.commu-
nis.& in ſimili fauore eccleſiæ propter publicã
vtilitatẽ.vt tenet Alex.in.d.l.1.nu.4.& Iaſ.ibi
numer. 40.addit, quòd lex introducta fauore
9 † publico, debet ampliari, & extendi, vt in.l.
illud.& ibi gloſ.C.de ſacroſa.eccleſ.& Bart. in.
l.ſi conſtante.ff.eod.ſolut.matri.& in.l.2.§.e-
xercitium.ff.de infamib.Quod dicit procedere,
etiam ſi reſpiciat fauorem publicum ſecunda-
riò, per textũ notabil.licet vulgatum. in.l. hoc
modo.in fine.ff.de conditio.& demonſtratio.
10 ¶Tamen † quando eſt magna vtilitas priuata,
præfertur modicæ vtilitati publicæ.text.eſt in
l.2.§.qui putant.ff. nec quis in loco public. &
docto.in dict.capitul.bonæ memoriæ. & Iaſo.
in.d.l.1.ff.ſolut.matri.nume.39. & Alexan.ibi.
numer.46.& ibi per eius additio. ¶In tantum
bonum publicum, & patria debet cuſtodiri, &
11 defendi: quòd aduocatus † debet potius aduo-
care pro patria, quàm pro patre. vt Bald. in.l.
qui neceſſariò.C.de aduocat. diuer. iudi. & ita
tenet Alexand.in additio.ad Bart.in.l.1. §.velu
ti.ff.de iuſti.& iur.& dicit, quod hoc tenet Bal.
in.d.l.qui neceſſariò.per.l.poſtliminij.§.filius.
ff.de capti.ſed certè Bald.ibi nil dicit, ſed in cõ
trarium eſt veritas.vt tenet Abba.Panor.in.ca.
fina.de poſtulan.numer.7.allegando Specu.in
titul.de aduocato.§.1.verſicu.ſed quid ſi pater
hoſtis.& in ſequenti, vbi concludit, quòd po-
12 teſt eſſe aduocatus † contra patriam, & quòd po
tius tenetur iuuare patrem, quàm patriam. arg.
in.l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. vbi prius nomi-
nantur parentes, quàm patria. Et hoc verum,
quando pater prætendit iuſtam cauſam, aliàs ſi
eſſet rebellis patriæ, debet filius inſurgere, & ad
uocare contra patrem.vt Abba.ibi. Et intellige
rem quoq;, quòd non poteſt aduocare contra
patriam, quando habet honorem, & ſalarium â
republica.vt Bald.in.d.l.qui neceſſariò. aliàs ſe
13 cus.¶Quoque tene, ꝙ proprię patriæ † debetur
fidelitas: & eſt prior tempore, ſicut natura eſt
poſterior accidente.vt tenet Bald.in.c.de noua
forma fidelitatis.in vſi.feud. ¶Et pugnare pa-
tria, aut magiſtratu eius, nõ diſtat à crimine ma
ieſta.& ideo tractatum, aut conſilium nõ faciat
quis contra eos.vt tenet Angel.in.l.1.ff.ad.l.Iu
liã maieſta.in fine. ¶Hac de cauſa credo, quòd
Ioann.de Plate.in.l.ſi quis ex maioritate.C.de
municipibus origi.lib.10.dicit, ꝙ quis terram
14 † ſuæ originis quantumcunq; vilem negligere,
& relinquere non debet: hoc enim impium eſt:
& non valet impetratio reſcripti, vt quis ſuam
patriam deferat.Et idem Ioan.de Plat.in.l. vni
ca.C. ſi curialis relicta.eod. lib. tenet: & magis
dicit, ꝙ eſt impius, qui propriã patriã negligit,
& derelinquit.nam vnicuiq; dulcis eſſe debet
amor patriæ.vt in.l.qui habeat. in princi. ff. de
legatis.3.adeo, vt patrem patriam delentẽ filius
impunè puniri poſsit.vt in.l.minimè.ff. de re-
ligioſ.& ſumpti.fune.ſecundùm Plate. vbi ſu-
prà.¶Quia natura eſt, vt vnuſquiſque natale di
ligat, & nil dulcius habeat, quàm patriam, vt
Hierony.2.ſuper Hieremi.vnde paria ſunt, pa
rentibus parare venenũ, & tyrãnidis inire con-
ſilium, ſecundùm Quintilia.& eſt defendenda.
vt in cap.fortitudo.23.q.3.Imò etiam ſibi paren
dum.



dum.vt in.l.2.ff. de iuſti. & iur. & qui eam de-
fendit, non infamatur.vt in.l. neminem. C. de
his qui not.infami.nõ ſic qui delet illã. vt in.l.
minimè.ff.de religio.Et de hac materia latè per
Tulliũ in.c.8.ſuæ Rhetoricæ, & in.c.2. ¶Quo-
niam omnia commoda prouenerunt ex patria;
& nullum incõmodum eſt graue pro patria pu
tandum.Et Seneca in libro de clemẽtia dicit, ꝙ
gubernatio reipublicæ fugienda, & vitãda non
eſt in ciuitatibus, vbi quis honoratus eſt, nõ re-
pulſus.iuxta illud oratoris.Cur te habebam in
principem, cùm tu me nõ habes in ſenatorem?
vt in cap.Eſt.95.diſtin. De qua materia reipu-
blicæ, & ꝙ ſit defendenda in tempore pacis, &
belli, vel ſeditionis. vide latè Lucam de Pẽna
in.l.vnica.C.ſi curialis relicta.lib.10.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex vnicuique debet ſuum ius tribuere.*
2 *Iudex non tribuẽs parti, quod ſuum eſt, tene-*
*tur ad omne intereſſe.*
3 *Iudex tenetur, quãdo ſententia per eum lata*
*habuit effectum, & ſic fuit executioni man-*
*data.*
4 *Ex ſola ſententia iudicis non tranſit dominiũ*
*in vincentẽ: ideo opus eſt, vt executioni mit-*
*tatur.nume.7.*
5 *Pars licet concedat alicui titulũ ſuper aliqua*
*re, non transfert dominium, niſi actualiter*
*tradatur.*
6 *Per ſententiam non perditur poſſeßio.*
8 *Sententia ſi eſt deſerta, licet non ſit executio-*
*ni mandata, habet pars recurſum contra iudi*
*cem, qui eam tulit.*
9 *Iudex, qui malè iudicauit, an teneatur, etiã ſi*
*pars potuit appellare, & non appellauit, vel ſi*
*appellationi renuntiauit.*
10 *An iudex, qui primò pronũtiauit, teneatur, ſi*
*in gradu appellationis ſua ſententia fuit reuo*
*cata. & nume.12.*
11 *Iudex, an teneatur pendente appellatione à*
*ſententia per eum lata.*
13 *Appellator ſuccumbens in cauſa appellatio-*
*nis, non habet recurſum contra iudicẽ à quo.*
14 *Quis ex iudicibus faciat litem ſuam, an iudex*
*à quo, vel iudex ad quem.*
15 *Iudex, qui tulit ſententiam nullam, an tenea*
*tur in ſyndicatu. & nu.18.*
16 *Exceptio nullitatis ſententiæ, an præſcriba-*
*tur.*
17 *Exceptio nullitatis, quæ non debet admitti, ſi*
*admittatur, valet.*
19 *Conſentiens ſententiam expreßè, nõ habet re*
*curſum contra iudicem.*
20 *Iudex, qui credit bene iudicare, & errore du*
*ctus malè iudicat, an teneatur parti in foro*
*conſcientiæ.*
21 *Iudex, qui iudicat de cõſilio ſapientis, an excu*
*ſetur?*
22 *Iudex ignarus, an teneatur ſequi conſilium ſa*
*pientis, & excuſetur. & nu.24.*
23 *An expẽſis partiũ põt iudex aſſumere conſul*
*torem.*
25 *Partes licet conſentiãt, quod iudex ferat ſen*
*tẽtiam de conſilio ſapientis, poſſunt à tali ſen-*
*tentia appellare.*
26 *Sententia lata prætextu conſilij ſapientis, nũ*
*quam tranſit in rem iudicatam.*
27 *Iudex, qui tulit ſentẽtiam de conſilio ſapiẽtis*
*qui habet inſtrumentum ſuæ approbationis*
*factæ à doctoribus, excuſatur. Vel ſi erat pu-*
*blicè exercitatus in officijs, in quibus peritiã*
*docuit: vel ſi cõmuniter ad eum habetur recur*
*ſus pro cauſis decidendis.*
28 *Iudicio medicorum eſt ſtandũ, ſi ſunt experti.*
29 *Medicus approbatus, licet non ſit doctor, nec*
*graduatus, poteſt intrare monaſterium mo-*
*nialium ſine pœna excommunicationis.*
30 *Conſultor, an teneatur iudici ex malo cõſilio,*
*quod dedit, & partibus.*
31 *Conſultor nõ ſolùm tenetur de conſilio expreſ*
*ſo, ſed de tacito.*
32 *Locumtenentes ſemper cõtradicãt apud acta*
*ſuis Correctoribus, & proteſtentur, quòd in-*
*iuſtitiam non faciant, aliàs ipſi tenentur.*
33 *Iudici parendum eſt in dubio.*
34 *Caſus, in quibus iudex tenetur. Et ibi vide, an*
*iudex in ſyndicatu poteſt ex nouis allegatio-*
*nibus defendere ſentẽtiam, & oſtendere con*
*dẽnatum ius nõ fouere. Et an teneatur ex eo,*
*quia abſoluit aliquẽ ab obſeruatione iudicij.*

1 A las partes. i Nota tex. quòd iu-
dex† debet vnicui
cue ius ſuum tribuere. Idem tenet text. in. l. iu-
ſtitia. ff. de iuſti. & iur. & in. l. 1. titu. 1. partita. 3.
& in. §. primo. Inſtitu. eodem. de iuſti. & iur. &
latè archiepiſ-
copus Florenti
in. 3. parte. tiul.
9. cap. 1. per to-
tum. In tantũ,

y el derecho a las
pertes[i]. Y cumplan

quòd iudex aut gloriam clementiæ, aut ſeueri-
tatis affectare non debet ſed perpenſo iudicio,
prout quæque res expoſtulat, ſtatuere debet.
vt dicit text. in. l. reſpiciendum. ff. de pœnis. &
Plat. in. l. qui publi. C. de his qui ſpõt. munera
ſuſceper. lib. 10. in. fi. & vid. Hippo. de Marſi. in
repe. rubri. de fide iuſſo. num. 384. & vide quæ
dixi ſuprà in glo. derechamente. num. 3. Quod
intelligitur, quòd diſtribuit ius pro generibus
ſingulorum, non pro ſingulis generum, hoc eſt
generaliter tribuit ius vnicuiq;, ſcilicet Deo ſi-
bi, & proximo, non autem ſingulis hominibus
totius mũdi particulariter, ſecundùm Angel. in
d. §. 1. ¶ Vult ergo dicere clarius ſecũdùm Ioan.
Fab. ibi, ꝙ generale eſt, quòd homo reddat vni-
cuique ius ſuum, licet de facto ſemper non fiat,
Et loquitur de iuſtitia, quæ cadit in homine, &
ſic de iuſtitia creaturæ: vnde nõ oportèt ad hoc
quòd homo ſit iuſtus, ꝙ ſit ita conſtãs, ſicut bea
tus Petrus, ſed prout cadit in homine, vt huma
na fragilitas. vt in authentic. quomo. opor. epiſ
copis & cleri. §. ordinandis. & in. l. ſiquid. ff. de
ædilitio edicto. ¶ Et in ſe eſt virtus, non autem
vt per homines exercetur: quia ſi homines non
faciunt iuſtitiam, non propter hoc iuſtitia, ꝓut
eſt virtus, de ſuo eſſe mutatur, ſicut nec ius, ſi iu
dex malè iudicat. vt in. l. fi. §. 1. ff. eod. de iuſti. &
iur. ſecũdùm Ioannẽ Fabr. vbi ſuprà. ¶ Et ideo
2 ſi iudex non tribuit† parti, quòd ſuum eſt, parti
læſe tenetur ad omne intereſſe. vt tenet Bal. in
authẽ. ſtatuimus. C. de epiſ. & cle. nu. 2. verſ. iux
ta hoc quęro. & Bart. in. l. 1. C. quomo. & quãdo
iud. nu. 6. & in. l. fi. ff. de vari. & extraor. cogni.
& in. q. ſua, incipiẽte, iudex per imperitiã iudi-
cauit. vbi plenè in. 9. q. & idẽ tenet tex. in. l. 2. ti.
2. foro legũ. lib. 2. ibi, *y el alcalde porque juzgo tuer
to, peche otro tanto de lo ſuyo*. Et ibi Montal. in glo,
*pierda lo que huuiere*. verſic. 4. dicit, ꝙ de iure no-
ſtro Regio pœna appoſita in illa lege debet ſer
uari. & Bald. in. l. ſi quando. C. de teſti. & Inſti-
tu. de obliga. quæ ex quaſi deli. naſ. in princ. &
Iaſ. & docto. in. d. l. 1. nu. 6. ff. quod quiſq; iuris.
& Angel. in princi. Inſtit. de officio iudi. nu. 4.
quẽ vid. & latè per ſummã Syluestrinã in parte
iudex, primo. 12. q. vſq; in fine. & tex. ſingula. in
l. 23. & in. l. 24. titu. 22. parti. 3. & ibi Gregor. Lo-
pez. quas leges omnino vide. vbi Montal. quo-
que dicit, ꝙ pœna legis Fori ſupradictæ eſt ſtã-
dum. Bal. tamen in. c. dilectus filius. de reſcrip.
nu. 3. dicit verum, quòd tenetur ad intereſſe, &
ſic ad veram litis æſtimationem, ſi dolo pronũ
tiauit: Secus ſi per imperitiã, quia tunc tenetur
in quantum iudici viſum fuerit. vt in. l. 2. ca. de
poena iudi. qui malè iudi. &. cap. venerabilis de
ſenten. excõmuni. lib. 6. Sed hæc differentia nõ
habet locum in cauſis beneficialibus, in quibus
non cadit æſtimatio, niſi ratione expenſarũ pu
nitur igitur plus, vel minus arbitrio iudicis. ſe-
cundùm Bald. ibi, in. d. c. dilectus. referendo Io.
And. ¶ Sed quòd teneatur parti ad intereſſe, in
3 tellige verum, quando ſententia per eum lata†
habuit effectum, & ſic fuit executioni manda-
ta, vt in. l. fina. ff. quod quiſque iuri. & tenet Bar
to. in dict. quæſti. iudex per imperitiam. in pri-
ma parte. in fine. quia quando non ſortitur effe
ctum, non dicitur lędere partem, nec facit litem
ſuam. vt in. d. l. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni.
¶ In adiutorium Bart. facit gloſ. ſingular. in. §. ſi
finium. Inſtitu. de officio iudicis. in gloſſa ma-
gna. & ibi Angel. vbi tenet, quôd ex ſola ſenten
4 tia† iudicis non transfert dominium in actorem
vincentem, imò opus eſt, vt poſtea virtute dictę
ſententiæ per iudicem, vel per nuntium nomi-
ne iudicis inimittatur in poſſeſsione rei adiudi-
catæ: quia cùm factum iudicis dicatur factũ par
tis. vt in. l. ſi ob cãm. C. de euictio.* Licet cõtra-
rium teneat. glo. in. c. propoſuit, de conceſsione
pręben in. verb. vacare: & Peregrina in parte do
miniũ in fi. quia illa. gl. loquitur in alio caſu &
ſupra dicta ſequitur Thom. grãmatic. Conſil.
54. nu. 10. affirmãs ꝙ ſentẽtia ſeu iudicis decre-
tũ licèt fuerit iniquiſsimũ ob qđ iudex litẽ fa-
ceret ſuã eſt verũ quãdo exequitur eã: ſecus ſi ſo
lũ eã ꝓtulit: quia tũc nõ tenetur parti. per. l. lę-
tos. C. de pericul. & como. reuendi. & tenet Par.
deput ni tracta. ſyndicat. in verb. ſentẽtia qđ eſt
5 notandum.* & licet pars† concedat titulum a-
licui ſupra aliqua re, non tamen transfert do-
minium ſuæ rei, niſi actualiter tradat. vt in. l.
traditionibus. C. de pactis. ergo iudex non
transfert dominium, niſi tradat. vt Angel. in
dict. §. ſi finium. Et idem tenet Angel. Peruſi-
nus in. l. habere licere. ff. de euictio. vbi tenet,
6 quòd per ſententiam non perditur† poſſeſsio,
ſed requiritur ipſius ſententiæ manu militari
executio. vt in. l. qui reſtituere. ff. de rei ven-
di. & idem tenet Alexand. in conſil. 90. in. 2.
volum. nume. 8. allegando dict. glo. in. d. §. ſi fi-
nium. & alia iura. & idem tenet Bartholo. Soci.
in cõſi. 179. incipiente, circa præſentem cõſulta
tionem. verſi. 1. quia venditor. & latè Rogerius
de mota, doctor Valentinus in repeti. quam fe-
cit in. d. l. traditionibus. numer. 27. & latè Iaſo.
quem vide in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur.
num. 44. & Alexã. in. l. pomponius. §. ſi iuſſu.
ff. de acquiren. poſſeſsio. Et Feli. in cap. cùm ve
nerabilis. de exceptio. col. 10. cõmendat dictam
gloſ. in dicto. §. ſi finium & dicit, quòd Imol. cõ
men. eam in rubri. ff. de re iudica. & Angel.
in. l. ſi quis. §. differentia. ff. de acquiren. poſſe.
7 ¶ Sed eſt intelligendum† ſecundùm Felin. vbi
ſuprà in his quæ ſunt merè corporalia, ſecus in
incorporalia, vt in ius eligendi, & præſentandi,
& ſimilibus: quia ſententia ſufficit ad plenum
ius. vt Innocen. in cap. cùm noſtris. de conceſ-
ſio. præb. & ſequitur Bald. in. l. 1. C. communia
vtriuſ. iudi. de quo latè per Felin. vbi ſuprà &
aliquid per Abb. & Feli. in cap. cùm aliquis bu.
de re iudi. ¶ Et ideo quoque dicit Amod. iuſti.
in tracta. ſyndica. num. 242. tomo. 14. tracta. fol.
189. ꝙ ſi iudex tulit ſententiam. quæ eſt ipſo iu
re nulla non tenetur ex ipſa pronuntiatione ſo
la, niſi proceſſerit ad executionem facti. per. l.
penul. & ibi Bar. ff. de vari. & extraor. cog. & d.
l. 1. ff. quod quiſque iur. vid. infrà nu. 15. ¶ Atta-
men licet non ſit executioni mandata: ſi ſenten
8 tia eſt deſerta, † & eius appellatio, habetur re-
curſus contra iudicem qui malè iudicauit: quia
talis iudex deliquit cõtra Deum, quia eſt periu
rus: & contra rempublicam, quia infidelis: item
contra litigatorem, quem oppreſsit, vnde deli-
ctum non purgat, niſi puniatur. tenet Montal.
in. l. 2. titul. 2. lib. ſecundo. foro legum. in gloſ.
ſin derecho. & Bart. in. d. quæſtion. iudex, qui
per imperitiam. & in. l. 1. ff. quod quiſque iuri.
colum. 2. num. 9. & ibi Paul. de Caſtro. in. §. qui
magiſtratum. numer. 14. & in. l. dies cautioni. §.
ſi tam vicinum. ff. de damno infecto. & Innocẽ.
in capitul. ſæpe. de appella. & in. capitul. paſto-
ralis. de reſcrip. & Iaſ. in. d. l. 1. ff. quod quiſq; iu-
ri. num. 15. vſque in fine. & Paul. de Caſt. in. l. ſi
filius familiàs. ff. de iudi. nu. 7. & Alexã. in. d. l.
1. nu. 16. vbi omnes tenent, quòd ſi iudex iniuſtè
9 iudicauit, & pars potuit appellare, † & non ap-
pellauit, ſi vult poteſt cõuenire iudicem in ſyn
dicatu. quia vt Iaſ. ibi tenet. iudex, fuit in dolo,
pars verò, quæ non appellauit, fuit in culpa, &
dolus præponderat culpæ. vt in. l. item ſi obſte
trix. ff. ad. l. Aquil. & tenet Abb. in. c. ad hæc. de
appel. in fi. & Bar. in. l. Itẽ ſi res. ff. de aliena. iu-
di. muta. cauſ. fact. & Bal. in. c. 1. §. iudices. de pa-
re iura. fir. in vſi. feu. nu. 7.* Et Abba. in. c. paſto
ralis. de iur. patro. num. 8. & tenet Peregrina. in
parte appella. q. 3. in gloſ. procurator. & in par-
te ſententia. q. 9. in. gloſ. iudicantis.* Et eſt com
munis concluſio, ꝙ poteſt conueniri ſecundùm
Alexan. in. l. dies cautioni. §. fina. ff. de damno
infe. num. 1. vbi in nu. 2. tenet, ꝙ eſt cõmunis, ꝙ
iudex tenetur ſi appellauit pars, & eſt deſerta
appellatio temporis lapſu, vel alia cauſa: ſecus
dicit, ſi pars renuntiauit appellationẽ: quia tũc
videtur approbare ſentẽtiã, vt in locis ſupradi-
ctis. & tenet Amodeus iuſti. in tract. ſyndica. n.
247. & nu. 135. quia tunc videtur fateri habere
malam cauſam. per. l. 3. C. de fide inſtrumento.
& Barto. in dicta quæſtio. in fine & Bald. in. d.
§. iudices. & in. l. 3. C. de fide inſtrumẽto. & Bar-
ba. in capit. paſtoralis. §. quia verò. de offi. dele-
ga. col. 9. allegando Bald. in. l. fina. §. ſint autem.
C. de tempori. appellat. vbi contrarium tenet,
ſed opini. Alexan. eſt communis, vt ipſe dicit.*
Quam intellige veram quando renuntiatio eſt
expreſſa, ſecus ſi tacita nam tunc non inducit
hanc tacitam confeſsionem prout tenet Pere-
grina vbi ſupra in dicta parte appellatio. & gl.*
¶ Attamen contrarium tenet Ange. in cõſi. 188
quaſi in fine. vbi tenet, ꝙ ſi victus potuiſſet ap-
pellare, & non appellauit, tunc contra iudican-
tem iniquè non poterit haberi recurſus: quia nõ
appellando confirmat quis ſententiam ſuo con
ſenſu. per. l. hic qui ciuilia. C. de appellatio. Et
Bald. in cap. cùm inter. de re iudi. verſicu. nota.
tenet quòd quando à ſententia non eſt appella
tum, præſumitur ritè & rectè per omnia pro-
nuntiatum, & includit acceſſorium, & princi-
pale, ideſt, veritatem, & ſolemnitatem: vt Paris
de Puteo, in tractatu ſyndic. in parte, iudices pu
ras. folio. 125. Tamen Alexand. dicit cõmunem
eſſe in contrarium. ¶ Sed in quantum eſt dictũ,
quòd ſi appellauit pars, & appellationem non
proſequitur, quòd iudex teneatur. Mihi ſem-
per placuit opi. Bar. in. d. quæſti. in fine. vbi cõ
trariũ ſentit, dicendo, quòd ſi pars appellauit
& iudex nõ detulit appellationi, nil poteſt iu-
dex parti imputari, & poterit conueniri. Et ſic
credo ꝙ intelligatur opi. cõmunis Alexã. ſcili-
cet quãdo iudex nõ detulit appellationi, & ap-
pellatio eſt deſerta: ſecus quando detulit appel
lationi, & partis negligẽtia eſt deſerta, vel alio
modo pars renuntiauit appellationi, tũc cùm
per interpoſitionẽ appellationis eo ipſo ſit quę
ſitum ius liberationis iudici, reſpectu totaliter
intereſſe, licet remãſerit obligatus propter ſum
ptus, vt infrà dicetur, non poteſt pars per ſuam
renuntiationem tacitam, vel expreſſam reſuſci
tare obligationem contra iudicem. vt in. l. fina.
ff. de

ff.de pactis.& iſta negligentia partis iudici no-
cere non debet.vt in.l.præſens.C. de pignori.
& in hoc reſidet Barto.in dicta ſua diſputatio-
ne. Quod tenerem: quia in Barto.ſemper ferè
ineſt clauſula veritatis,vt re ipſa patet.vt Ioann.
Baptiſt.de Gazalup.in tractatu de modo ſtu-
dendi.in quinto documēto,in fine,vbi quoque
dicit,quòd ſua ſcripta curēmus habere,ſcire, &
imitari:quia Bartolus iſta optimus legiſta cenſen-
dus eſt.¶Sed quid ſi in gradu appellationis ſen
10 tentia fuit infirmata,† & ſic reuocata, an pote-
rit iudex conueniri.Barto.in.d.quæſtio. tenet,
quòd poterit conueniri,ſed non ad totale inter
eſſe quod erat ab initio,ſed tantummodo ad ſū
ptus,vel expenſas,quæ factæ fuerunt in cauſa
appellationis,quas aliàs non ſuſtinuiſſet , niſi
contra eum fuiſſet iniquè iudicatum. vt in.l.fi-
ne.§.cùm autem.ff.rem rat.habe.& in.§. Mar-
11 cellus.¶Sed quid ſi appellatio pendet, † an te-
neatur.Videtur quòd non tenetur ad intereſſe
cum per interpoſitionem appellationis extin-
guatur pronuntiatum.vt in.l.prima.ff. ad Tur
pilia.& Angel. in.l.furti. ff. de his qui not. in-
fami.2.colu.& latè Iaſo. in.l. prima. ff.de re iu-
di.nume.14.& Abba.in cap.laudabilem. vt li-
te penden.in fine.Attamen poteſt conueniri ſo
lum ad expenſas,& cætera damna, cùm primū
ius remaneat ſibi illæſum.vt in.l.tertia.§.ex qui
bus.& ibi Barto. ff. de aliena. iudi. muta.cauſ.
fac.& Barto.in.d.quæſtio.in fine. Sed ego non
ſto cum dicto Barto.quia nūquam practicatur:
nam tantummodo in iſto caſu dum pendet ap-
pellatio tempore ſyndicatus poteſt iudex , qui
tulit ſententiam,conueniri,& tantūmodo con
demnabitur,vt caueat de indignitate, quia du-
bius eſt euentus.arg.in.l.penul.ff.de peti.hære
di.quia ſi appellans obtinuit,non damnificabi-
tur etiam facto,ſecus ſi ſuccūbat. ita in expreſ-
ſo tenet Paul.de Caſtro.in.l.ſi filiusfamilias.ff.
de iudic.numè.9.& idem Ange.ibi. verſicu. vl-
timò quæro.per.l.ſtatu liber rationem.ff.de ſta
tu libe.& per alia iura.Et idem tenet Bald.in.d.
§.iudices.nume.9.& ſic tenet quòd pendeat ex
futuro euentu;Quicquid dicat Bart.in.d.queſt
& in.l.ſi minoris.ff.de adminiſtra.tuto. nume.
quarto.& in dicto.§.ex quibus.Semper in iudi
cijs obſeruatur opinio Angel.& Paul. in dict.l.
ſi filiusfamilias.quòd ſolum iudex , pendente
appellatione,tenetur cauere de indignitate:qđ
ſequitur Amodeus iuſti.in tracta. ſyndicat. in
gloſſa.Item in eo quòd plures innocentes con-
denauerunt.col.4.verſicu.ſed pone.vbi in ex-
preſſo ait,quòd ſi tempore ſyndicatus adhuc
pendet appellatio à ſententia,quam querelans
contra iudicem dicit fuiſſe iniquam,quòd ſyn-
dicatores faciant,quòd iudex det fideiuſſores
de reficiendo omnia damna,& expenſas quere-
lantis,ſi contingat eius ſententia infirmari. Et
hoc dicit eſſe in practica,& conſueuit facere,
quòd pars,pro qua lata eſt ſententia,fideiubeat
pro iudice:& præſtita iſta fideiuſſione , ſyndici
eum non condemnabunt.Et iſtam opinionem
tenet Bald.& dicit eſſe veriorem in. l. nouiſſi-
mè.§.Pomponius.ff.quòd falſ. tuto. auto. Et
hoc tene:licet idem Bal.in dict.l.fina.C.de poe
na iudi.qui mal.iudi.dicat,quòd ſi ex primis a-
ctis apparet ſententia iniqua,iudex debet con-
demnari in ſyndicatu ad expenſas, & intereſſe
dubij euentus litis.Sed ex primis actis apparet
iuſta,debet abſolui,licet in cauſa appellationis
ex nouis actis poſsit impugnari.* Et dic quòd
talis ſententia in qua eſt condenatus ad iſtam in
dignitatem preſtandam & ipſa obligatio virtu
te ipſius facta poteſt executioni mandari,& ad
probandum quòd fuit dānificatus faciet actor
ſtatim articulos,nec eſt neceſſaria libelli obla
tio nec litis con teſtatio & ſic proceditur ſum-
mariè vt tenet Peregr.in parte executio.2 q.in
gl.qualiter.verſi.ſentētia in certa.*¶ Tamē quā
do ſentētia per appellationem eſt reciſa , tunc
iudex non conuenitur ad totale intereſſe,ſed tā
12 tummodo ad ſumptus,† & expenſas,quæ fue-
runt factæ in cauſa appellationis.vt Barto.in.d.
quæſt.fina.col. verſi.his præmiſsis.Sed hoc in-
telligerem,quando ſententia fuit reciſa ex pri-
mis actis,ſecus ſi ex agitatis in cauſa appellatio
nis.per.l.per hanc.C. de tempori. appella. &
capitu.cùm Ioannes.de fide inſtrumento.& ſen
tit Bald.in dicto.§.iudices.in fine. verſicu. Item
ex omnibus.& in expreſſo tenet Amodeus Iu-
ſti.in tractatu ſyndicatus.in dicta gloſſa , colū.
tertia.verſicul.Item illud. allegando Bartol.in
l.poſt legatum.ff.de his quibus vt indignis.Sed
Bartol.ibi nil dicit,ſed ſufficit authoritas Amo
dei,vbi quoque dicit,quòd iudex non tenetur
ad dictas expenſas,ſi reus condemnatus eas con
ſequutus fuit à parte,quæ temerè eum vexauit
quia deſinit ſua intereſſe contra iudicem. vt
Bartol.in.l.fina.C.de poena iudi.qui malè iudi
ca.& facit.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tutelis &
13 ratio.diſtrac.¶Sed quid ſi appellator † in cauſa
appellationis ſuccubuit , & ſic ſententia pri-
ma eſt confirmata : an iudex , qui primò
eam tulit,teneatur? Dic quòd non , nec po-
teſt conueniri quia talis ſententia confirmato-
ria excuſat iudicem. vt in.l. pro conſulibus.
C. de appellatio. & ita tenet Bartol. in dicta
quæſt.fina.col.& idem tenet Alexan.in additi.
ad Bar-



ad Barto.in.l.1.ff.de appella.in additione ma-
gna,in medio.& Pari.de Pute.in.d.tracta.ſyn-
dica.in parte,quæro de quæſtione.foli.161. nu.
8.verſicu.pone ꝙ reus.¶Sed quis ex iudicibus
14 teneatur,an qui primò tulit ſententiā,† an qui
eam confirmauit?Bald.in dict.§. iudices. nu.8.
tenet,ꝙ ſi primus iudex tulit ſententiam,à qua
fuit appellatū,& ſententia confirmata,& ab iſta
ſecunda ſentētia non fuit appellatum, ſecūdus
iudex facit litem ſuam,quia iſta ſecunda tranſit
in rem iudicatā:prima enim fuit nouata per ſe-
cundam,& in ipſam trāsfuſa.& idē tenet Alex.
in additio.ad Bart.vbi ſuprà.Et idē tenet Amo
deus iuſti.vbi ſuprà.col.3.verſi.tenetur etiā.vbi
vult ſentire,quòd ſi eſt appellatum ab iſta ſecū
da confirmatoria,& fuit reuocata, ꝙ primus iu
dex teneatur:quia fuit principium iniquitatis,
& totius mali,ſecundùm Innocē.in capit.ſæpe.
de appella.& ſic ad ſumptus litis, vt dictum eſt
¶Sed quando ſunt plures ſentētiæ conformes,
tunc præſumūtur omnes iuſtæ,& querelās cō-
tra iudicem præſumitur calumniari.vt in cle.vt
calumnijs.de re iudica.& Bald. in rubri. C. de
poena iudi.qui malè iudic. & tenet Amodeus
iuſti.vbi ſuprà.col.3.verſicu.Item non tenetur.
15 ¶Quid autem ſi ſententia eſt nulla,† an iudex
teneatur in ſyndicatu? Dic quòd non. vt tenet
gloſ.in dict.l.fi.ff.de varijs & extraord. cogni.
in gloſſa.1.& Bald.cōmendat eam in.l. ſi vt pro
ponis.la primera.C.quomodo & quando iud.
nume.17.Et tenet Montaluus.in.l.23. titul.22.
partita tertia.vbi ait,ꝙ ſi ſententia nō valet,nul
lam poenā iudex ſuſtinebit.per dictā.l.2.titul.
2.foro legum.lib.2. ¶Quod Bald.vbi ſuprà di-
cit verum,niſi aduerſario interſit.& idem Bald
in dicto.§.iudices.nume.3.& idem tenet Paul.
de Caſtro.in.l.1.§.hæc autem verba. ff. ꝙ quis
iuri.in fine.Et ibi Angel. in princip. dicit , ꝙ
licet non faciat litē ſuam,tenetur tamen ad da-
mna,& expenſas litis.per dict. glo.in. d.l. fina.
& per.l.ſi veritur.C.de excuſa.tuto.Et idem te
net Paul.de Caſtro in dicta.l.filius familias.ff.
de iudi.nume.3.vbi quoque dicit, ꝙ non tene-
tur,niſi ad dictas expenſas litis,vel ſumptus,in
quibus poteſt lædi:vel quando ſententia nulla
fuit executioni mandata de facto.& idem tenet
Hippol.de Marſi.in.l.fin.ff.de quæſtio.nu.19.
& Feli.in.c.tua nos.de iureiura. nu.6. & Bald.
in.l.obſeruare.§.proficiſci.q.21.ff.de offi.procō
ſu.& Amode.iuſti.in tracta.ſyndi.nu.242.& ſu
prà nu.7.Quod intellige verum,niſi executio
poſsit retractari per grauatum:quia grauatus re
tractare eam debet,ſecundùm Alex.in.d.§.hæc
autem verba.nu.3.¶Quoq;vltra Paul.intellige
16 rē,niſi exceptio nullitatis ſit præſcripta, † quia
tūc iudex tenetur:nam in caſibus,in quibus ſen
tentia eſt nulla,requiritur ꝙ talis exceptio nul
litatis infra.60.dies à die pronuntiationis ſen-
tentiæ numerandos opponatur, aliàs tranſit in
rem iudicatam talis ſententia.vt in.l.2.titul.15.
lib.3.in ordina.regali.& ſequitur Montaluus in
l.2.titul.2.foro.legum.lib.2.in gloſ. quæ inci-
pit,ſin derecho.Et per iſtam.l.Regiam hodie
non habet locum illud,quod tenet Paul.de Ca
ſtro in.l.nec quis meſsium.§.ſed ſi prætor. nu.
9.ff. de ferijs. vbi dicit, quòd vſque ad triginta
annos poteſt principaliter peti agendo,vt ſen-
tentia declaretur nulla.& idem tenebat Abb.la
tè in conſilio.97. in prima parte. ¶Tamen te-
17 ne,quòd ſi admittitur † ad dicendum de nulli-
tate elapſis illis ſexaginta diebus contentis indi
cta lege Regia,& probauit , debet obtinere. vt
tenet ſingulariter Iaſ.in.l.hoc edicto.ff.de no-
ui oper.nuntia.nume.3.vbi dicit,quòd ſi ſtatu-
tum diſponit, ꝙ poſt duos menſes non poteſt
dicere de nullitate ſententiæ,vt in.d.lege Regia
cauetur:ſi tamen fuit admiſſus,& probauit,de-
bet obtinere in cauſa allegando Abb. in conſi-
lio.55.in ſecūdo volu.incipiente,In cauſa.Et eſt
magna extenſio ad.d.l.ordinamenti, ꝙ etiam ſi
poſt illum terminum fuit admiſſus ad allegan-
dum de nullitate,& probauit,obtinebit in cau-
ſa.¶Et facit in ſimili illud,quod tenet Innocē.
in cap.cùm dilecta.de reſcriptis. vbi ait, ꝙ con-
tra ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam
non debet pars aduerſa audiri ſuper iniquitate,
vel nullitate:tamē ſi de facto fuit admiſſa,& ini
quitatem probauit,eſt retractanda ſentētia. &
Felin.in cap.quoniam contra.de proba. col.13.
verſi.fallit quartò.& Sapia.in additio.ad Abb.
in capit.2.de purga. vulgari.¶Et quoque facit:
quia licet à ſententia ſuper poſſeſſorio de iure
ciuili nō appelletur,vt in.l.vnica. C. ſi de mo-
men.poſſe.fuerit appellatum:tamē ſi ſit appel
latum,& iudex admiſit, debet appellās obtine
re.vt Bald. ſingulariter. in.l. poſt ſententiam.
col.2. C.de ſenten.& interlocu.omn.iudi.& ſe-
quitur Alexan.in conſilio.2.in tertio volumi.
nume.14.¶Et quia probatio,quę non debet ad
mitti,facta tamen debet per iudicem obſeruari
vt Innocen.in capi.cùm Bertoldus. de re iudi.
quem refert Bald.in. l. illicitas. §. veritas.ff.de
officio præſi.multa enim facta tenent, quæ fieri
prohibentur.vt in.l.patre furioſo.ff.de his qui
ſunt ſui,vel ali.iur.& capit.ad apoſtolicam. de
regula.¶Quoque facit:quia licet ſpoliator nō
debet audiri ante reſtitutionem,quia ſpoliatus
ante omnia eſt reſtituendus. vt in.l.ſi quis ad
ſe fun-

ſe fundum.cum ſimilibus.C.ad.l.Iuliam.de vi.
tamen ſi de facto fuerit admiſſus à iudice,& pro
bauit de proprietate,debet iudex pro eo ferre
ſententiam.Ita tenet Innocen.in capitulo, con
ſtitutus.de filijs presbyter. prout tenet Iaſo. in
d.l.1.quæ incipit,Hoc edicto.ſuprà allega.& ſic
quòd ſi poſt terminum eſt admiſſa, & probata,
iudex debet pronuntiare ſuper nullitate, ſi de
ea conſtat,& non teneretur in ſyndicatu. vide
Bald.in.l.obſeruare.§. profiſci. ff. de offi. pro-
conſu.& lega. quæſtio.21. & Amode. iuſti. in
dicto tracta.in dicta gloſ.colũ.4. verſicul. quid
autem ſi tulit ſententiam,ipſo iure nullam.vbi
concludit in eo,quod tenet Paulus de Caſtro in
dicta.l.filius familiàs iudex.licèt eum non alle-
get.& Bald.in.l.ſi pignora.ff.de euictio. ¶Vi-
de tamen Bald. in dicto. §. iudices. vbi tenet,
18 †quòd ſi per dolum iudex tulit ſententiam nul
lam,facit litem ſuam:quia grauat partem de fa-
cto prætextu officij facit.l. per imperitiam. ff.
de euictioni.Et idem tenet Alexan. in dicta.l.
prima.§.hæc autem verba.ff.quòd quiſque iur.
nu.4.vbi dicit,quòd tenetur ad intereſſe, & ad
integram litis æſtimationem,quando ſententia
nulla eſt lata dolo.vt tenet Bald. & Salyce. in
l.venales.C.quando prouoca.non eſt neceſſ.li-
cet Angel.teneat contrarium. ¶Quid autem,ſi
19 pars conſentit ſententiam † expreſsè,an ſi eſt in
iuſta habebit regreſſum contra iudicem? Dic
quòd non. vt tenet Abba. in capit.paſtoralis.§.
quia verò.tertia col.nume.5. de officio delega.
& idem tenet ibi Andre.Siculus Barba.in.7.co
lumn.in fine,cum ſequenti.quem vide.Et facit
quia ille,qui conſentit,iura ſua perdit,& aliena
fortificat.tex.in.c.1.§.præterea.quibꝰ modi.feu
amittitur in vſi.feud.& ibi glo.& Bal. ibi dicit,
ꝙ hæc regula eſt infallibilis, de quo ibi per eũ.
Et etiam ſi quando conſentit ſentẽtiam ſit incar
cere,valet:& tenet prædictus conſenſus,quãdo
carcer eſt iuſtus,& ſubeſt iuſta cauſa detinendi:
quia metus carceris cùm adhibetur ſecundùm
ordinem iuris,nõ eſt metus.Bald.in.c.ſi iuſtus.
de appella.in fine.& facit.cap.dilectis.eod.titu.
&.l.qui in carcerem.ff.quod metus cauſ.& quia
detentus licitè in carceribus,poteſt conſentire,
& contrahere etiam cum eo, ad cuius inſtantiã
detinetur,nec dicitur contractus factus per me
tum:tenet Pau.de Caſtro in.l. qui à latronibus
ff.de teſtamen.& Bald.in.l. nam & ſeruus.ff.de
negotijs geſtis.Et vid.de materia per Hippolyt
de Marſi.in ſua practi.crimi.§.attingam.nume.
22.cũ ſequentibus.* Et tenet pragmatic.42.in
pragmatic.de madrid anno.1557.vbi ſi pars cõ-
ſentit ſententiã nõ habet recurſum cõtra iudicẽ

20 *¶Quid ſi iudex credat bene † iudicare, tamen
malè iudicat,ductus errore iuris, an in foro con
ſcientiæ teneatur parti, quam læſit? Petrus &
Cy.in authen.hodie.C.de iudi.dicunt,quòd ſi
ex neceſsitate aſſumpſit ſibi officium iudican-
di,vel ex voluntate de conſenſu partium , non
tenetur niſi de dolo.vt in.l.1.ff.ſi menſor fal.mo
dixe.Quod eſt notandum pro arbitris, & arbi-
tratoribus,qui aſſumuntur de conſenſu partiũ,
vt non faciant litem ſuam ſi malè iudicant,niſi
cùm dolo hoc faciant.& ita intelligitur.l.ſi quis
in conſcribendo. C. de pactis.ſecus ſi eſt iudex
non de voluntate partium, quia tunc tenetur,
nec excuſatur per ignorantiam iuris:quia aſſer-
uit ſe peritum,acceptando officium iudicandi:
nam medicus non excuſatur propter ignoran-
tiam.ita Paulus de Caſtro in dicta authenti.ho
die.numero.2.Et ita videtur tenere Cardinalis
Caietanus optimus theologus temporibus no-
ſtris,in ſua ſumma,in parte, iuſtitia. loquendo
de iudice proijciente aliquem de poſſeſsione iu
ris errore,& de iudice malè iudicante, & negli-
gente, & de procraſtinante iuſtitiam. & quo-
que dictum Caietan.in dict.ſumma,in parte,iu
dicis peccata. vbi vide quando peccant, & ſic
21 quòd teneatur in foro conſcientiæ.¶Et an † te-
neatur,ſi de conſilio ſapientis iudicauit.Angel.
in dict.l.filius familiàs.in fine.tenet quòd tene
tur,& non excuſatur, quia non tenetur ipſum
ſequi,quia iudex aſſerit ſe peritum.vt in.l.2.ff.
quod quiſq; iuri.imputet enim ſibi,qui tale cõ
ſilium ſequitur.& dicit hoc ſequi Iacobus Bu-
tri. quod ſequitur ibi in dicta.l.filius familiàs.
Paul.de Caſtro.¶Sed contrarium tenet textus.
& ibi Bartolus in.dict.l.2.ff.quòd quiſque iur.
vbi tenet,quòd imperitia aſſeſſoris excuſat ma
giſtratum, non autem ipſum aſſeſſorem. ſed
Bart.ibi,quem ſequitur Iaſo.& omnes. numer.
4.dicit quod eſt verum, ſi magiſtratus imperi-
tus iuris tulit ſententiam iniquam de conſilio
ſui aſſeſſoris,quòd tunc excuſatur à pœna illius
edicti,non tamen excuſatur, quin faciat litem
ſuam, & teneatur parti ad totale intereſſe.per
text.& glo.ibi. Quam glo. dicunt ibi Alex.&
Iaſ.quòd communiter ſequũtur doctores,& cõ
mendant eam,quia multotiens accidit in facto.
& pro ea eſt tex.ſecũdùm omnes ſcribentes in
authen.de iudi.§.neceſsitatem.cum glo.in ver-
bo,periculi,quanuis teneat contrarium gloſ.in
c.hoc etiam.2.quæſti.6.in gloſ.fi.quam allegat
Imol.in.l.4.§.in eum.ff.de damno infecto.ſecũ
dùm Iaſo.vbi ſuprà.Et Alexan.ibi.num.8.dicit
quòd pro glo.in.d.l.2.eſt communis opinio,&
eſt tenenda,& ſic quòd ad intereſſe teneatur.
¶Sed



¶Sed contra iſtam cõmunem opi.videtur tex.
in contrariũ in.l.cum bonorũ.ff.de bono. poſſ.
& ibi Bartol.& docto.vbi habetur,quòd iudex
propter conſilium excuſetur.Sed pro ſolutiõe
dicit Hippoly.de Marſi.in ſua practi. crimina.
§.ſupereſt.nu.18.quòd Bald.dicit in rub. C. de
pœna iudic.qui mal.iudi.* Et Montal.in.l.2.ti-
tul.2.lib.2.fori in gloſſ. *por no lo entender*. & in.l.
10.tit.5.part.5.& Bal.in.l.obſeruare.§.proficiſci
ff.de officio proconſul.quæſt.31.nu.14. & Paris
de Puteo, in tracta. ſyndica.in part. aſſeſſor in
princi.fol.58.* Quòd ſi iudex ſibi eligit aſſeſſo
rem,non excuſatur.vt in.l.ſi procurator.§. ſi tu
tores.ff.mandati.ſi verò reſpublica eum elege-
rit,vel deputauerit,tunc excuſatur tanquam a-
ſtrictus cuidam formæ.argumẽ. notatorũ. in.l.
polla.C.de his qui. vt indig. vbi quoque tenet
dicta gloſſ.in.dic.l.2.Et pro ea, & ſic pro primo
membro facit illud,quòd tenet Angel.in.§.om
nem.in authen.de litigioſis. dicens, quòd licet
poteſtas ferat ſententiam , & dicat latam ſub
examine iudicis maleficiorum, tunc dicitur ab
ipſo poteſtate prolata,& ipſe tenetur.vt ibi per
Angel.& per Cepol.in cautel.258.& Alexand.
& Iaſ.in dict.l.2.nume.4.&.8. ponunt hoc pro
limitatione ad dict.l.2.vt procedat, quando ſi-
bi eligit magiſtratum, ſecus ſi reſpublica. ¶Et
facit illud,quod tenet Barto.in.l.ſi conuenerit.
ff.de re iudica.volens quòd aſſeſſor,qui tulit in
iuſtam ſententiam de conſilio iuriſperiti,& ele
ctus de voluntate partium,ꝙ tenetur:quia non
debet ſtare dicto iniquo conſilio.vt in.l. quidã
decedens.& in.l.Titium & Meuium.in princi-
pi.ff.de adminiſtratio.tuto.& facit.l. nemo.C.
de ſentent.interlocu.omni.iudi. Quia licet par
tes conſenſerint vt cauſa committatur, non ta-
men conſentiunt,ꝙ ſententia ſic feratur,ſi malè
conſuluit,& ideo tenetur , & facit litem ſuam:
niſi conſenſus partium,vel ſtatutum arctaret iu
dicem ad ſequẽdum dictum conſilium.Et ideo
Bart.ibi in.d.l.ſi conuenerit.dat cõſilium aſſeſ-
ſoribus,ꝙ in tali cõmiſsione faciat poni, quòd
partes ex nunc conſentiunt,vt ſecundùm con-
ſilium talis feratur ſententia,tunc iudex nõ po
terit conueniri. ¶Tamen Guido de Suza.in.l.
humanum.C.de legi.& Imol.& Paul. de Caſt.
in dict.l.ſi conuenerit.tenẽt cõtra Bartol.Quia
ſi partibus conſentientibus iudex eligit conſul
torem,tenetur ſequi cõſilium:quia licet à prin-
cipio habuerunt poteſtatem conſilium non ha
bere,ita habitò conſilio, videtur aſtrictus illud
ſequi.allegat in argum.l.3.§.tametſi.ff. de arbi-
tris.maximè cum iuſta cauſa cõſueuit quem ex
cuſari.vt in.l.qui ſolidum.§.etiam. cum ſimili-

bus.ff.de legat.2. & Paul.de Caſtro in.l. ſed &
ſi lege.§.ꝙ autem.in fine. ff. de peti. hæredi. &
Iaſ.in.l.iuſtè poſsidet.ff.de acquired.poſſeſsioi
num.35.cum ſequentibus.& Hippoly. de Mar
ſil.in repetitio.l.de vno quoque.ff. de re iudic.
nume.193. ¶Et idem contra Bartol. tenet Bald.
in.d.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.procon
ſuli.& lega.quæſt.13.& in.l.mancipia.C. de ſer-
uis fugiti.niſi conſilium ſit contra legem; quia
illud non tenetur ſequi.argum.l.reſcripta.C.ſi
contra ius,vel vtili.publi. ¶Attamen opinio
Barto.tenet Specula.in titu.de requiſi.conſilij.
§.1.verſicul.quid ſi iudex.& ibi per Ioann. An-
dre.in addition.& in regula.nullus ex conſilio.
ff.de regu.iur.in.6.in mercuri.& Barto. in repè
titio.l.1.§.ſi plures.1.quæſtio. ff. de exercito.&
Abb.& ibi Canoni.in.c.ſi pro debilitate.de of-
ficio deleg.& in.c.nec epiſcopi. de tẽpor. ordi.
¶Et iſta opi.Bart.& ſequacium eſt verior ſecun
dũ Alexã.in.d.l.ſi conuenerit.nu.11.& ſequitur
quoq; ibi Iaſ.nu.16.pro qua Alexan.dicit,ꝙ eſt
text.optimus.in.c.cùm olim. de arbitris. & ibi
docto.¶Quod dicit facere ad limitationẽ ſtatu
ti diſponentis,vel partibus diſponẽtibus,ꝙ iu-
dex teneatur cõmittere cauſam cõſilio ſapiẽtis,
nõ dicitur arctare iudicẽ ad ſequendũ cõſilium.
22 ¶Quod dicit fallere, † niſi ex toto iudex eſſet
ignarus.per cap.cùm venerabilẽ.de offi. delega
ti.& ibi gloſ.& in.l. impuberibus.ff.de ſuſpect.
tuto.Quod eſt verũ ſecũdùm Ioan. de Imol. in
d.c.cùm olim.de arbi.quãdo ex conſuedine pa
triæ viri imperiti cõmuniter creãtur in iudices,
quia tũc intẽtio dicti ſtatuti videtur fuiſſe,ꝙ de
beant ſequi cõſilia peritorũ,aliàs ſecus. vt tenet
Alexã.vbi ſuprà.vt Bald. in.l. certi iuris. C. de
iudic.& Cataldi.in tracta.ſyndica.nu.157.tomo
14.tracta.Et Angel.de Peruſio.in tract. ſyndic.
nu.8.tomo.18.tracta.foli.41.dicit,ꝙ poteſtates
terrarũ facilius excuſantur,quàm eorum aſſeſſo
res:quia cum ignaro lex mitius agit, quàm cum
iure peritis.vt Bald.in.l.penulti. C. de legat. in
fine.debẽt enim tales poteſtates conſilio ſapien
tis omnia deliberare,& non ex ſuo capite.vt di-
cit notare Bart.in.l.legati. C.de offi. proconſu.
& lega.Quod facit pro iſtis iudicibus villarum,
qui *Alcaldes ordinarios* vocantur, qui continuò
eliguntur in iudices, maximè in locis, & villis
dominorum,licet non ſint periti,quia iudicant
conſilio literatorum:quia ſi iſti iudices aliquid
iubent,vel faciunt de conſilio iuriſperiti, excu-
ſantur.vt tenet dict.Alexan. quia de conſuetu-
dine patriæ eſt,ꝙ tales iudices iudicent de conſi
lio iuriſperitorum.* Sed hoc intelligo ſi eligũt
prudentes conſiliarios excuſantur:quia non eſt
G veri-

veriſimile eos errare debere, ſecus ſi eligunt imperitos: quia non excuſantur vt declarat Albe. in.l.illicitas.§.ſicuti medico.ff. de officio. præſid.numero.6.* ¶Quinimo expenſis partium
23 † poſſunt aſſumere aſſeſſorem.vt in capitu.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcrip.in.6.& Paul. de Caſtro in.l.fina.ff.de aſſeſſo.& Abb.in capitu. ſciſcitatus.de reſcrip.fina.column. numero.15. & vide Alexan.in addition.ad Bartol. in.l. poſtulauerit.ff.de adulter.& Cardina.in Clemen prima, de ætate & qualita. Et vide quæ dicā in capi.2.infrà eodem, in glo. *ygualmente ſu juſticia*. verſicul. & ego idem dicerem.& Bald. in.l.2. C. de ſentent. ex pericul. recit. & Lanfran. de Oria.in repetitio.cap.quoniam contra. de probatio.in parte, interlocutorię & appellationes. num.25. vbi intelligit hoc verum in iudicibus, qui de ſe non ſunt periti, nec eſt electus ratione ſcientiæ, vt dicunt eſſe poteſtates, & arbitratores, qui ſunt idiotæ. Secus autem ſi eſſet electus propter peritiā ſcientiæ, vt ſunt vicarij poteſtatum, qui in noſtra Hiſpania vocantur, *Tenientes*, quia tunc non poſſunt compellere partes eligere conſultorem: quia ſi ipſe neſciat, de ſe conqueratur: nec facere expenſis ipſorum.vt tenet ad literam beatus Archiepiſcopus Florent. in tertia parte.titu.9.cap.2.§. 9. vbi dicit, quòd cùm ordinarius ſecularis non teneatur ſcire, ſed ſufficit quòd habeat experientiam de cauſis, prout habetur in.l.certi.C.de iudic. poterit ſalarium pro aſſeſſore petere. Et dicit, quòd notatur in authenti.de iudi. circa principium ſecundùm Ioann.de Imol.qui dicit, quòd ſupra hoc eſt conſuetudo attendēda, prout dictus Archiepiſco.Florenti.tenet, vbi per eum de materia. ¶Vbi quoque dicit, quòd hoc eſt verum, ſi non habet ſalarium de publico. Et idem cauetur de lege Regia, vt infrà dicetur, vel ſi nō egebat, quia eſt peritus, & per ſe poteſt cauſam determinare, & finire, quia in hoc vult grauare partes. ſecus ſi ſit idiota, prout tenet Paul. de Caſt. in.l.conſilium.ff.de offi. aſſeſſo. vbi ait, quòd ſi iudex, vel arbiter ſit idiota ſuper puncto iuris, bene poteſt mandare partibus, quòd dent ei ſalarium pro conſultore habendo.vt in.l.4.§.2. ff.finium regundo.& gloſſa in.l.2. titul. 2. foro legum.libro.2.in gloſſa, quæ incipit, *que no lo entiende*. ¶Et quando quæſtio committatur cōſulenda, cuius expenſis debet fieri.vide Barto.ſingulariter in.l. ſi poſtulauerit. in fine. ff. ad legem Iulian.de adulter. Et Baldus in.l.2. prima column.verſicul.ſed nunquid.C. de ſenten. ex peri.recitan.dicit, quòd tale ſalarium debet præſtari conſultori ab vtraq; parte, niſi altera pars petat conſilium.vt Bartolus in dicta.l.ſi poſtulauerit.& Lanfranc.de Oria.in dicto capitulo. quoniam contra. de probatio. verſicul. ſententia.9.column.& ſi præſtatur ab vna parte tantùm caſu, quo iudex ſuo motu, vel ad inſtantiam vtriuſque partis conſilium habuerit, datur regreſſus contra alteram partem. vt Floria. in.l.ſed & loci.§.primo.ff.finium regun.& Speculato.in titulo de aſſeſſori.§.ſalarium.verſicu. penultim.& Bartol.in.l. in ſacris. C. de proximi.ſacro.lib.12.*Idem tenet Peregrina.in parte conſilium.quæſtione.5.in gloſſ.partes: & idem dic ſi iudex recuſatur, quòd illa pars quæ recuſat iudicem debet ſoluere expenſas, ſeu aſſeſſoriam: ſi verò ab vtraque parte recuſatur, tunc ab vtraque parte ſoluitur per ſupradicta: ad quod facit quod tenet Bald.in.l.prætor.§. ſi de vi.ff.de edendo: vbi tenet quòd qui petit conſilium ſapientis debet petere ſuis expenſis, & ſi mittit notarium ad aliquem locum pro examinandis teſtibus debet mittere expenſis petentis, ſi autem mittitur ex mero officio iudicis: tunc ex ſpenſis vtriuſque partis ſecundū Bald. ibi.* ¶Et quod dicti iudices, qui de conſuetudi-
24 ne creantur † imperiti, ſi de conſilio iuriſperiti iudicauerunt, non teneantur. prout tenet Alexan.allegando Anton. in dict. l. ſi conuenerit. Facit quod dicit Iaſo.ibi numer.16. vbi dicit, ꝙ Barto.ibi loquitur in iudice, qui debet eſſe peritus iuris, & qui videtur aſſerere eſſe peritum. vt in dicta.l.2.ff.quòd quiſque iuri. vnde nō debet credere conſultori imperito. & dicit ita tenere Bald.in dicta.l.obſeruare.in dict. §. proficiſci.quæſtione.13.& quòd ille allegat Bart. ita tenere in dict.l.in bonorum.in fine.ff.de bono. poſſeſsio.& Bald.& Salycet.in.l. iuris ignorantia.C.qui admitti. Et vide Bartol. in dicta.l. in bonorum.numero.4.vbi expreſſè tenet, quòd credens conſilio alterius, ſi per ſe ſcire non debet, excuſatur: quod dicit eſſe menti tenēdum: & idem tenet Alexand.in additio.ad Barto.in. l.1.§.ſi plures.ff.de exercito. in additione, quæ eſt in numero.12.& idem tenet Alexan. in dic. l.2.ff.quòd quiſque iur.in fine. ¶Sed Paulus de Caſtro ibi, in numero.7. tenet contrarium, dicens, quòd magiſtratus quantuncunque imperitus literarum facit litem ſuam, ſi faciat iniuſtitiam, etiam ſi non tenebatur tenere aſſeſſorem: licet videbatur contrarium, quia non eſſet in lęui culpa, quia nunquam aſſeruit ſe peritum, & tale officium conſueuit dari imperitis, vnde videbatur, quòd non teneatur. ¶ Sed iſtud dictū Paul.non obſtat: quia talis tenetur, quando nō iudicauit de conſilio ſapientis: ſecus quando de

conſilio



conſilio ſapientis iudicauit, quia tunc non tenetur, vt dictum eſt. Et Cataldi. in dicto ſuo tractat.ſyndica.quæſtione. 41.tenet in expreſſo, quòd poteſtas, qui eſt iuris ignarus, ſi ſentētiam iniuſtam tulit de conſilio ſuorum iudicum, talis poteſtas non tenetur, ſed iudex, ſub cuius examine & conſilio ſententia lata fuit.vt in dicta.l.2.pro quo dicit, quòd facit bonus text.in. l.prima.C.de his qui latro.ibi, ſub examine iudicis.& Angel.idem tenet in.l.ſi illi.C.de decurio.libro.10.& in authentic. de litigio.§. omnē nota.& Bald.in.l. obſeruare.C.eo.titul.de decurio. ¶Et vbi ſuprà dicunt, quòd licet partes conſentiant, quòd iudex ferat ſententiam de conſilio ſapientis, etiam apertum & cognitum parti-
25 bus, quòd à tali ſententia poſſunt † appellare, & ex nouis actis & probationibus poſſunt impugnare ſententiam.vt in.l. eos. C. de appella. quia non tollit remedium appellatio, niſi per expreſſam renuntiationem. vt in.l. fina. C. de tempo.appella. Et cum Bart.in.dict.l.ſi conuenerit.tenet Alexan.nume.13.vbi dicit, quòd ita communiter tenetur, licet Bald. teneat contrarium in quodam ſuo repertorio. per text. meliorem de iure in.l.generaliter.§.1.ibi, quis em ferendum eſt.C.de rebus credi. tamen dicit, ꝙ communis opin. eſt in contrarium, & temerarium eſſet ab ea recedere, & pro vera eſt tenenda, & ſic, quòd ſi iudex imperitus de conſilio iuriſperiti iudicauit, excuſatur. ¶Imò dicit ibi Iaſ. in dicta.l. ſi conuenerit.numero. 20. quòd non ſolùm à tali ſententia poteſt appellari: imo for-
26 tius † talis ſententia lata prætextu conſilij ſapientis, nunquam trāſit in rem iudicatam, quin poſsit ſemper retractari peritioribus iuſtius conſulentibus.ita ſingulariter Anto.de Butri. in.c. propoſuiſti.de probatio.& Iaſ.vbi ſuprà. ¶Sed
27 dict.gloſſ.in dict.l.2.ff.quòd quiſq; iuris † limita per.d.Salycet.in.l.fina. C.de pœna iudi. qui malè iudi.niſi talis aſſeſſor haberet inſtrumentum ſuæ probationis factæ à doctoribus in ſtudijs generalibus & publicis: quia tunc magiſtratus habuit iuſtam cauſam credendi, & excuſatur.argument.in.l. agrum. & in.l. qui non tam idoneum.ff.commoda.vel etiam dato quòd nō ſit doctoratus, licentiatus, vel Bachalarius, erat tamen publicè exercitatus aſſeſſor in officijs ſimilibus, in quibus peritū ſe docuit, ſecundùm Alexan.ibi in dic.l.2.num.9.quod dicit eſſe notādum, & nūquam eijci debet à memoria, quia poterit plurimos ex hoc euadere prætores à periculo ſyndicatus.quod ſequitur ibi Iaſ. nu. 4. Et idem tenet Alex.in conſili.19.volu.7. num. 13.vbi ait, quòd licet communis opin. ſit, quòd imperitia conſultoris, vel aſſeſſoris electi à magiſtratu non excuſet magiſtratum, fallit quando eligit virum approbatum, & exercitatum in ſimilibus, ad quem communiter habetur recurſus, quia tunc excuſatur. vt Angel.in.l.terminato.C.de fruct.& litis expen.& iſto caſu acceſſor tenetur.vt gloſſ.in capitu.hoc etiam.2.quæſtione.6.& infrà dicetur.numer.30. Quod facit pro dictis iudicibus, qui quotidie creantur indocti: quia ſi iſti de conſilio ſapientis approbati, vel exercitati, vel de illo, ad quē recurritur pro dubijs decidendis, aliquid faciunt, licet ſit iniuſtum, excuſantur. ¶ Nec obſtat limitatio Alexand.in quantum intelligit, quòd excuſantur, quando eſt iuſtum conſilium, ſecus ſi iniuſtum quia intelligitur in iudicibus habentibus ſcientiam, & ſapiētiam, quia iſti non tenētur ipſum ſequi, cùm aſſeruit ſe peritum, ſecus in alijs. tenet Cataldi.in dict.tracta.ſyndica.quæſtio.70. ¶Et faciunt omnia, quæ tradit Alexan.in conſilio.64.in primo volu.numer.5.vſque in fine. & in conſilio.15.eod.volu.numer.16.& 17. vbi
28 ait quòd regula, in † qua habetur, quòd dicto medicorum ſit ſtandum, an vulnus ſit mortale, & in ſimilibus.vt in.l.ſemel.& ibi Barto.& Angelus.C.de re mil.libr.12.& Innocen.in capit.ſignificaſti.el.2.de homic.& Specula.in titul. de probatio.§.1.verſicul.hoc quoque.& Bartol.in prooemi.fforum.pe.column.& ibi Bald.& Angel.& Bar.in.l.quotiens.C.de pōderi.lib.10. & Abb.& docto.in.d.capi.propoſuiſti. de probatio. ¶Satis eſt, quòd medici ſint in ſimilibus experti, vt dicit text.in capit.ſi.de frigi.& text.& ibi Bart.in.l.prima.ff.de vari.& extraor.cogni. vbi declarat Barto.qui dicatur medici. ¶Et procedit quoque, etiam ſi talis medicus non eſſet doctoratus.per tex.in.l.prima.§.nec autem.C. de communi ſeruo manumiſ. vbi ſerui poſſunt eſſe medici, qui eſſe nō poſſent, ſi ad hoc vt quis dicatur medicus, requireret doctoratus.nam cū doctoratus ſit dignitas, vt notat Bart.in.l.ex eo. ff.de teſtam.mili.& in ca.quanto. de magiſtris. & dixi in.1. gloſſ. ſupra prooemi.iſtorum capitum: ſeruus ad illam dignitatem nō poteſt aſpirare, vt in.l.prima, &.2.C.ſi ſeruus, aut lib. libr. 12.& Bald.in.l.ſciendum.§.demum.ff.de ædilitio edicto.per text.ibi.verſi.dictum. ¶Et per illum text.dicit ibi, quòd cùm in quadam eccleſia eſſet cōſtitutio, prout eſt in monaſterijs monialium, quòd nemo poſsit eorum clauſtrum intrare ſub pœna excommunicationis, niſi ſit
29 medicus, † prout in Hiſpania habetur in monaſterijs monialium, ꝙ ſi medicus, qui non eſt doctor, nec graduatus, ſi eſt expertus in medicina,

 vel

vel in chirurgia intrauit clauſtrum, non incidit
in excōmunicationem, dummodo ſit talis, quē
vulgus medicū, vel chirurgū appellet: quia li-
cet nō ſint literati, intrāt ī.d.clauſtrū. ¶Et quo
q; per illū tex. tenet ibi An. ꝙ ſi officialis ꝓmit
tat ducere ſecū duos iuriſtas, ſufficit ducere ta-
les, qui vulgo iuriſtæ appellātur, licet non ſint
doctores. notat An. de Aretio. in. §. cūq;. in pri-
mo notabili. in prooemi. Inſti. num. 2. & Iaſ. vbi
30 ſuprà. ¶ Sed an conſultor † teneatur iudici
ex malo conſilio quod dedit. Angelus & Paul.
de Caſtr. in dict. l. ſi filius familias. ff. de iudi. nu
me. 11. tenent quòd non, allegando Bar. in dicta
l. bonorum. ff. de bono. poſſe. Sed Amodeus Iu
ſti. in dict. tracta. ſyndi. in gloſ. Item in eo quòd
plures. 1. colū. verſi. ſi poteſtas. nu. 124. intelligit
hoc, ſi fuit electus à iudice, quia tunc non tene-
tur iudici cōſultor. & ſic intellige. d. An. & Pau.
in dict. l. ſi filius familias: ſecus ſi fuit electus à
partibus, quia tenetur parti læſæ de malo conſi
lio, allegando Angel. & Bal. in. l. certis annis. C.
de pactis. & in dict. §. proficiſci. quæſt. 4. Tu vi
de melius dictum Amode. Iuſti. in dicto tracta.
num. 203. an ſi poteſtas, ſeu iudex ſoluit in ſyn-
dicatu, quia in plus, vel minus cōdemnauit iux
ta ſui aſſeſſoris conſilium, an contra ipſum con
ſultorem poſsit habere regreſſum. Vbi dicit, ꝙ
ſi poteſtas per dolum tulit ſententiā iniquā, &
ſoluit, licet etiā collateralis fuerit in dolo conſu
lēdo, nō habebit regreſſum contra collateralem
quia punitur ex dolo ſuo, quia fortè erat legum
doctor, & cognouit ꝙ faciebat iniuſtitiā. Secus
ſi poteſtas erat iuris ignarus: quia tunc licet po-
teſtas teneatur tanquam caput vt in. l. 1. ff. fur ad
uer. nau. quia tulit ſententiam nomine ſuo, ha-
bet regreſſum contra collateralem. per. l. 2. ff. ꝙ
quiſq; iur. & ibi Bar. & Bal. * Vbi in fine dicit ꝙ
durius agitur cum aſſeſſore quàm cum poteſta
te ſcilicet, in dolo præſumēdo: quia facilius præ
ſumitur in eo dolus qui eſt iuris peritus. * Et
not. in authentica. vt iudi. ſine. §. neceſsitatem.
& ibi bona glo. colla. 2. ¶Specula. in titu. de re-
quiſi. conſi. §. 1. verſicu. conſiliarij. numer. 5. indi
ſtinctè tenet, ꝙ ſi talis, qui præſtat conſiliū, con
uincatur de dolo, & iniquè conſuluiſſe, tenetur
parti, & aliàs punitur. vt in. l. conſilij non frau-
dulenti. ff. de regul. iuris. & in. l. conſiliarios. C.
de aſſeſſo. & contra iniquè conſulentem poteſt
agi quanti intereſt alicuius conſilium datū non
fuiſſe. vt in. l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. & ſi non
ſit ſoluendo, videtur quòd debet reſtitui litiga-
tor ad priſtinum ius. vt. ff. eod. l. eleganter. §. pe.
& quādoq; falſus cōſiliarius excōmunicatur. vt
ca. nouerit. & c. grauem. de ſent. excō. & quan-
doq; ſuſpenditur, & infamis efficitur. vt in. c. ſi
aduerſus. de hæreticis. ¶Licet ſit in cōtrarium:
quia nemo ex cōſilio obligatur. vt in. l. 2. in fin.
ff. manda. & in. §. ex diuerſo. aliàs. §. tua gratia.
Inſti. eod. vbi de hoc. ¶Sed illud procedit in cō
ſilio non fraudulento, ex quo nemo obligatur.
Sed ſi per imprudentiā falſum dedit conſiliū,
non videtur excuſari, imò debet puniri. vt in. l.
fi. ff. de varijs extraord. cogni. quia imprudētia
culpæ cōnumeratur. vt in. §. imperitia quoque.
inſtitu. ad. l. Aquili. & ſic ꝙ tenetur. & in hoc re
ſidet Specula. vbi ſuprà. ¶Et Ange. de Areti. in
dict. §. tua gratia. inſti. manda. nu. 4. dicit, ꝙ cre
dit, ꝙ facit litem ſuam, quando ex forma ſtatu-
ti iudex debet ſtare dicto conſilio, & ferre ſentē
tiā ſecundū eum, aliàs autē dictum conſiliū nō
lædit, quia non cogebatur illud conſilium ſe-
qui. vt in. l. 1. & ibi Bart. in. §. ſi plures. ff. de exer
cito. Sed non affirmat pro conſtanti, ſed cogitā
dum relinquit tamen Alexan. in rub. C. de pro
cura. videtur ſentire idem. ¶Sed opinio Specu-
la. quòd puniatur indiſtinctè, tenet Montalu. in
l. 2. titu. 2. lib. 2. for. ll. in gloſ. *porque no lo entiende.*
vbi ait, quòd ſi per imperitiam aſſeſſoris iudex
malè iudicauit, tunc aſſeſſor punitur. vt in dict.
l. 2. & Ioan. Fab. in princ. inſtitu. de obliga. quæ
ex quaſi deli. naſ. idem tenet, ꝙ aſſeſſor, ſeu cōſi
liarius tenetur ſicut iudex. Et eſt tex. expreſſus
ꝙ talis conſultor tenetur. in. l. 3. titu. 21. part. 3. &
ibi Montal. ſingulariter. & idem videtur tenere
Paul. de Caſtro. in. l. ſi quis fundum. §. celſus. ff.
locati. vbi tenet, quòd aſſeſſor tenetur de impe
ritia, quia cēſetur aſſerere ſe peritū, & ſic quòd
talis conſultor teneatur, & non poteſtas, nec iu-
dex. idem tenet Iaſ. in. l. omnem. ff. de officio aſ
ſeſſo. nu. 17. & idem tenet Bal. in cap. intimaſti.
de appella. nu. 3. ¶Sed hoc intellige verum in iu
dice vel poteſtate imperito, qui non eſt doctor,
nec literatus, quia tūc talis iudex excuſatur pro
pter tale conſilium, & conſultor tenetur. Secus
eſt in iudice, vel poteſtate, qui eſt doctor vel iu
ris peritus, quia tūc non excuſatur, ſed tenetur
vt ſuprà dictum eſt. Et Bar. in. d. l. bonorum. in
fine. & Bal. & Saly. in. l. iuris ignorantia. C. qui
admitti. & Sali. in. l. fi. C. de poena iudi. qui mal.
iudi. dum ponit. q. de poteſtate idiota. & ita in-
telligit Philipp. Decius ſingulariter in conſilio
8. colum. 4. nu. 5. quem ſingulariter vide. ¶Et di
cit, quòd facit in ſimili, quod tenet Anto. de Bu
trio in cap. cùm olim. de arbitris. col. fina. verſi.
& puto. vbi tenet, quòd quando iudex eſt igna
rus, tenetur ſequi conſilium ſapientis, & ideo
meritò excuſatur. ¶Sed alius non cogitur ſequi
conſilium, & ideo ſi ſequatur malum cōſilium:
facit litem ſuam, & in ſyndicatu non excuſatur.
Quod intellectum credo ꝙ ſit ipſamet veritas:
quod facit, vt ſuprà dixi, pro iudicibus, qui com
muniter eliguntur imperiti, vt ſi aliquid faciant
de conſilio iuris periti, excuſentur, & non teneā
tur, ſed ipſe peritus. ¶Quod extende, quòd nō
ſolùm tenetur de malo conſilio expreſſo, verū
31 etiam de tacito: † quia omne, quod factum eſt
à poteſtate, videtur fieri de conſilio aſſeſſoris.
vt in. l. quoniam iudices. C. de appellat. vbi Bal.
dicit, quòd poteſtas facit iniuſtitiam, aſſeſſor de
bet puniri, niſi proteſtetur, & ei contradi-
cat apud acta. Et Pau. de Caſtr. in. l. diē functo.
num. 8. ff. de offi. aſſeſſo. & Iaſ. in. l. omnem. eo.
tit. nu. 17. idē tenet. ſ. quòd cauti aſſeſſores quā-
do poteſtas facit aliquod iniuſtū expreſſè pro-
teſtent. & non conſentiant, aliàs ipſi tenētur. Et
ideo dicit Cataldi. in. d. tracta. ſyndi. q. 41. in fi-
ne, ꝙ ſi vicarius erat ad bānum dū poteſtas ſen-
tentiā proferebat, & non contradixit, præſumi
tur ei conſuluiſſe, & ex hoc punitur, ſicut ſi in
ſententia contineretur, ꝙ eſſet lata de ſuo conſi
lio. per. d. l. quoniā. Vnde dicit, ꝙ cauti faciēt iu
dices, qui non aſſentiant poteſtates ad tribuna-
lia, quādo ſentiunt, vel putant, ꝙ ſententia, quā
vult proferre poteſtas, eſt contra ius: quod ſæ-
pe videtur de facto. & idē tenet Ang. in auth. vt
nulli iudicū. §. omnem. vltim. notabil. &. in. l.
omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. & Bartol. in
tracta. repreſali. in. 2. q. 6. q. principalis. & Bar. in
auth. omnino. C. nec vxor pro mari. in. 6. col. &
Cepo. in cautela. 61. ¶Et in iſtis locis reperies, ꝙ
non ſufficit ad releuandū aſſeſſorem, ꝙ in actis
nō reperiatur quòd ſententia iniqua ſit lata ex
ſuo cōſilio, & deliberatione. & Iaſ. in. d. l. omnē.
& Philippus Decius in. d. conſilio. nu. 2. Et ideo
dicit Montal. in. dic. l. 2. fori. in gloſſ. *porque no lo
entiende.* quòd aſſeſſores imperiti ſunt in magno
periculo conſtituti: quia tenentur de imperitia,
& conſilio, quod dant poteſtati, licet ſententia
non formetur in perſonam aſſeſſoris, ſed pote-
ſtatis. ¶Quod facit contra iſtos locùm tenentes
Correctorū: quia iſti Correctores ſemper volūt
facere aliquid iniuſtum, quia ſunt imperiti, ꝙ
32 aduertant tales † ſua locatenētes, ꝙ contradicat
eis apud acta, & proteſtētur. ꝙ nō faciant quod
eſt iniuſtū, aliàs tenerentur. vt Io. de Pla. in. d. l.
omnes iudices. & in. l. prohibitū. C. de iure fiſci
li. 10. vbi Plat. in. d. l. omnē. dicit in fine, ꝙ debēt
reſiſtere facto: & ſi nō valent facto, reſiſtāt ver-
bo. ſ. cū proteſtatione. Quod dicit eſſe verū, quā
do certū eſt eū facere cōtra leges: ſi antē faciat ſe
cūdū leges, omnes obedire debēt, aliàs puniun-
tur. vt in. l. 1. ff. ſi quis ius dicē. nō ob tēpe. Et idē
tenet Ioan. de Pla. in. l. prædia. C. de locatione
prædiorū fiſcali. & ciuiliū. lib. 11. n. 5. dicendo, ꝙ
ex delicto iudic. ſeu magiſtratus puniūtur om-
nes ſui officiales eadē poena. qua & ipſe ſolus. vt
ibi. & in auth. generaliter. C. de epiſ. & cleri. &
hoc ideo: quia totū officiū debet reſiſtere iudi-
ci iniquè & pertinaciter prohibita faciēti. vt in.
l. quoniā. C. de appel. * Et ibi Bald. & Peregrina
in parte iudex. q. 9. in glo. malè in fi. & Alberi.
in. l. hoc edicto. ff. ꝙ quiſque iur. numero. 4. in-
quiens, ꝙ quando rector aliquid contra ius face
re velit, quòd nō permittatur fieri de eius conſi
lio, & debet denuntiare ꝙ non eſt de eius conſi-
lio, aliàs teneretur. * l. oēs iudices. C. de decurio.
lib. 10. & ibi Plat. nā tutor tenetur accuſare con
tutorem de ſuſpecto, cū videt eum malè admi-
niſtrare, alioquin ei imputatur. vt in. l. emilius.
in fine. ff. de tute. & in. l. tres tutores. circa finē.
33 ¶In dubio verò parēdum † eſt iudici: quia præ
ſumptio eſt, ꝙ iuſtè agat. argu. in. l. 2. ff. ſi quis in
ius voc. non ierit. eſt gl. magis in. l. non videtur.
ff. de re. iuri. ¶Sed ego quoq; intelligerem ꝙ de
bet talē proteſtationē, vel reſiſtētiā facere, quā
do poteſtas nō eſt peritus. Secus ſi eſt iuris peri
tus, quia tūc nō tenetur: qa imputet poteſtati, ſi
facit cōtra legē, quia aſſerit ſe peritū. per. d. Sal.
in. d. l. fi. C. de poena iudi. qui malè iudi. & Phi-
lip. Decius [illegible]. cōſilio. 8. qui ita tanet, ꝙ nota,
34 & tene mēt[illegible] ¶Caſus † autē, in quibus iudex te-
netur, ne ſim tranſcriptor, vide per Pari. de Pu.
in. dic. tract. ſyn. & per Amo. Iuſt. & Cataldi. &
Bal. in. d. ſuis tractatibus. & per Bar. in. d. l. fi. ff.
de varijs & extrao. co. & aliquid per Mōtal. in.
d. l. 23. & 24. titu. 22. par. 3. * Sed nota vnum mihi
ſingulare, ꝙ ſi iudex facit, ſeu dicit ſubdito iniu
riam non in forma iuditij, nec per ſententiā, ſed
ſolo verbo, vel facto: ꝙ talis iudex debet leuiter
parci: quia vix ſeu difficulter eſt iudex qui ha-
bet curam regere ſeu gubernare, ciuitatem, tur-
bam ſeu vniuerſitatem, ꝙ non faciat ſeu dicat a-
liquid ſuperfluè, & vltra quod debet, prout te-
net ſingula. l. 49. tit. 5. partit. 1. & ita ꝙ iudex in
tali cauſa debet parci, & leuiter puniri, & tenet
ſingulariter. Paris de Put. in. d. tracta. ſyndica. in
verbo. ſyndicantur etiam officiales. nu. 3. & 7. &
Pla. in. l. ſi deſertores. C. de deſerto. milit. li. 12. *
¶Tamen iudex in ſyndi. poteſt ex nouis alle-
gationibus defendere ſententiam, & oſtendere
condemnatum ius non fouere. Bald. per illum
text. in repeti. l. emilius. ff. de minor. in fine. &
aliquid per Bald. in. l. iudices. titu. de pace iura.
fir. & Paris de Puteo in tracta. ſyndica. in parte,
an niſi poteſtas. folio. 21. Et hoc vidi practicari,
licet idem Bald. in capitul. quoniam contra. de

probatio.8.colum.verſi.nota.nu.50.tenet contrariũ,dicẽdo,ꝙ cũ acta iudicijs ſint ſtricti iuris, & omiſſũ habetur pro omiſſo,non creditur iudici volenti iuſtificare ſententiam ſuã aliunde, quam ex actis & hoc dicit, ꝙ determinat ille tex.ſolẽn.ſed primũ tene.* Tamen querelans in ſyndicatu contra iudicem ſeu officialẽ debet iuſtificare grauamen ex eiſdem actis & proceſſu,nec poteſt nouas probationes inducere contra iudicem ſeu officialem: tenet ſingulariter Thom.Gramma.in conſil. 54.nu.16. ꝙ eſt notandum per.d.Par.de Puteo in.d.parte an ſi poteſtas condemnatur.nu.22.verſic.adde ꝙ iudex non facit litem ſuam.& Amode.Iuſti.in eo.tracta.ſyndica.verſi.item in eo ꝙ plures innocentes colum.6.verſi.ſed idem Bal.nu.137. & idem Thom.Gram.conſil.49.nu.20.*¶Quod credo ꝙ fallit in tortura,in qua iudicia debent præcedere,& non ſequi.vt tex.& glo.in.l.maritus.ff. de quæſti.& Bal.in.ca.ad noſtram.de probatio. nu.3.& hac cauſa in tali tortura poſt latam ſententiam,& executioni mandatam iudex ex nouis indicijs non poteſt ſuam ſententiam iuſtificare,& eum defendere, & oſtendere rectè eſſe condemnatum.cogita.*Et vi.Roma.ſingul.131. dicens ꝙ licet inditia ſuperueniant poſt quæſtionem habitam non confirmant confeſſionẽ antea factam per.d.gloſ.in. d.l. [illegible]itus: de qua multum gaudet.Bald.in.l.fi.C.de accuſation.* Sed quid ſi iudex abſoluit ad obſeruatione iudicij,licet per hoc nõ ſit perempta actio,vel ius partis: an faciat litem ſuam? Bar.tenet ꝙ ſic.in.l. ſiquis in conſcribendo.C.de pacti. ꝙ dicit notãdũ.Tamẽ cõtrariũ tenẽt ibi Bal.Sal.Alex.n.4. & Iaſ.nu.10.dicẽtes,ꝙ non teneatur.ſ.ad totale intereſſe,prout Barto.dicit,niſi dolo fecerit,vel quando parti non eſſet facile reinchoare litem de nouo,aliàs non tenetur niſi in quantum lædit.vt per Alexan.ibi, & in numero.5.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mandatũ principis,eſt cõſtitutio de prouincia gubernanda.*
2 *Mandatum regis eſt adimplendum,aliàs inobedientes puniuntur.Fallit vt in.nu.13.cum ſequentibus.*
3 *Inobedientia,eſt crimen grauiſſimum.*
4 *Mandatum regis eſt lex generalis,quando eſt clauſum in corpore iuris,& ſpecialis in re, ſuper qua emanatur,& poſt præſentationem debet reſtitui præſentanti.*
5 *Violator legis,qua pœna puniatur.*
6 *Mandatum regis non adimplens, qua pœna puniatur.*
7 *Rogationes principum,vel regum ſunt adimplendæ,quia mandata intelliguntur.*
8 *Iudices eccleſiaſtici debent obedire rogaminibus principum,aliàs puniuntur.*
9 *Epiſcopi,& iudices eccleſiaſtici,ſunt ſub rege.*
10 *Epiſcopus magis parere debet regi,quàm Archiepiſcopo.*
*Rex de cõſuetudine antiqua & approbata ſe intromittit de violentijs illatis perſonis eccleſiaſticis.*
11 *Iudex temporalis,& ſic iudex laicus, eſt competens iudex ſuper poſſeſſorio,vel quaſi in ſpiritualibus,vel beneficialibus cauſis.*
12 *Correctores nõ ſolùm debẽt obedire, & adimplere mandata regis,verũ etiã informare ſubditos ad obediendũ:aliàs ſi contrariũ faciunt, tanquam falſi prædicatores ſunt puniendi.*
13 *Poteſtas,qui ignorat mandatũ principis,non punitur,licet non adimpleat.*
14 *Mandatum regis, quod eſt contra conſciẽtiã regis,non eſt adimplendum.*
15 *Mandatum regis,quod eſt contra articulos fidei non eſt adimplendum.*
16 *Mandatum regis,quod eſt contra rem publicam,vel contra ius,non eſt adimplendũ, niſi ſecunda iuſſio emanauerit.*
17 *Mandato regis,in quo non ſubeſt cauſa, non eſt obediendum.*
18 *Mandatũ regis,in quo iubet,quòd quis admittatur ad officiũ,in quo ſemel deliquit, non eſt adimplendum,niſi diceret ex certa ſcientia.*
19 *Mandato regis ex ſubita ſæuitia emanato,nõ eſt parendum,ſed ſuperſedendum.*
20 *Caſus,in quibus executio, & mandatum regis differtur.*
21 *Mandatum regis eſt ſeruandum, dummodo alteri non inferat iniuſtitiam.*
22 *Mandatum regis, quod tollit debitũ alterius ſine cauſa,non debet adimpleri.*

*Iudex*



23 *Iudex, qui non adimplet mãdatum regis,obediat illi,& ſupplicet de eo, & durãte iſta ſupplicatione, non dicitur contempſiſſe mandatum.*
24 *Executio differtur ad petitionem populi propter aliquam virtutem præſtantem, vel magnam peritiã artis,donec principi, vel ſuperiori conſulatur.*
25 *Quoque ſuperſedetur, quando damnatus eſt in aliqua magna dignitate.*
26 *Item ſuperſeditur executio,quando quis accuſatur de grauiori delicto.*
27 *Quoque executio ſuperſedetur, quando poſt latam ſententiam corporalem conſtaret de innocentia condemnati.*
28 *Executio quoque ſuſpenditur,quando aliquis eſt ſuſpenſus, & laqueus ſe fregit.*
29 *Executio ſuſpenditur, quando damnatus ad mortem vult ducere in vxorem meretricem in lupanari publico exiſtentem,& illam a peccato extrahere.*

# k Mandamientos.

k Eſt autẽ mandatum
1 principis conſtitutio † quædam continens præ
cepta de laudabiliter prouincia gubernanda. vt
eſt glo.in authentica,de manda.princ.in princi.
col.3.Et mandatum quodlibet principis præce-
ptum per excellentiam accipitur.vt ibi gloſſa.
2 Et regi eſt obediendum,& mandatum eius † de
bet adimpleri, aliàs inobedientes puniũtur. vt
in.l.1.tit.4.for.ll.lib.1.quia ſubiecti debemus eſ
ſe regi tanquam præexcellenti.vt in.c. de Con-
ſtantinopolitana.22.diſtin.in fine.& eius mãda
tis obedire ad vindictã malefactorum,laudẽ ve-
rò bonorũ.vt in.c.ſolitæ.de maio.& obedi.¶Et
qui ei non obedit,morte moriatur.vt in capit.ſi
3 quis venerit.eod.titu.quia inobediẽtia † eſt cri-
men grauiſſimum,quia eſt crimen idolatriæ. vt
in cap.ſciendum.8.quæſt.1.& hoc, quia ſi man-
4 datum regis † eſt clauſum in corpore iuris, eſt
lex generalis.vt in dict.authen.de manda. prin
cip.ſiue ſit ſpecialis in ea re tantùm,pro qua mã
datum emanat.vt.l.2.C.de legi.& poſt preſenta
tionem debet dari, & reſtitui tale mandatum,
ſeu prouiſio ei,in cuius fauorẽ mittitur, & exẽ-
plũ debet remanere ei,ad quẽ literæ mittuntur.
vt tex.& ibi Pla.in.l.fi.C.de diuerſis offi. appa-
ri.libr.12. Quod dicit malè obſeruare iuſtitiarij,
& officiales regis, quibus mandatur, vt aliquid
faciant,vel ſoluant,qui nec facere,nec reſtituere
5 literas volunt. Et ſicut violator legis † punitur
extraordinariè,quia non eſt certa pœna impoſi
ta contemptoribus.vt Angelus in additioni. ad
Bartolũ in.l.vnica.C.de theſaur.lib.10. * Et vi.
ſingulari.Bal.in.l.legis virtus.ff.de legi. nu.1.*
Ita punitur violator mãdati Regis, licet alij di-
cant,ꝙ punitur pœna capitali.Sed Ange.ibi di
cit,ꝙ illud põt intelligi de mandato contẽpto,
in quo continetur illa certa pœna,aliàs extraor
dinariè puniatur:nã alibi ponit lex pœnam de
portationis,alibi pœnã pecuniariã.vt.C.de agẽ
6 ti.in rebus.l.fi.lib.10.¶Sed ꝙ iſte puniatur † ar-
bitrio iudic.tenet Ioan.de Pla.in.l.1.C.de vete-
ri numiſma poteſta.lib.11.n.4.Tamẽ ſi eſt fami
liaris principis,qui eum non adimplet,vel ſi eſt
nobilis,magis punitur quando contẽnitur mã-
datum principis quàm alius,ſec' in alijs delict.
vt eſt tex.in.l.1.C.de condu.& procura. domus
Auguſti.lib.10.& tenet Montal.in gloſſ.ordin.
in parte,pœna.& tenet Bal.in.c.ſi quis vero. de
pace iura.firma.in vſi.feudo.Idem tenet Pla.in.
l.vnica.C.de conductor.& procurato.lib.11.nu.
2.& quoq; dicit,ꝙ facit,vt officiales,& barona-
rij poteſtatis delinquentes grauius quam cęteri
puniri debeãt: Sicut etiam filius pro parricidio
grauius punitur: quam extraneus.vt in.l.vnica.
C.de his qui paren.vel libe.occid. Vide quoq;
Ioan.de Plat.in.l.dotitij.C.de decurio. libr.10.
vbi ait,ꝙ pertinaciter reſiſtens mandatis princi
pis,vel ea impugnans,incidit in crimen ſacrile-
gij,& eius pœna.per text.ibi. ¶Sed iam hodie
eſt pœna à iure determinata.vt in.l.12. titul. 19.
lib.8.in ordi.regali.vbi dicit, ꝙ non adimplens
mandatum,vel literas regis,punitur pœnis, de
quibus & in ipſis literis & mandatis.& idem te-
net glo.in.l.1.ff.de legi.& cõſuetudi.in cõſtitu-
tionibus regni Neapolit.in verbo, immortalita
tis.vbi reſolutiuè tenet,ꝙ qñ in mandato Regis
eſt certa pœna,tũc de cõtẽptu ſufficit pœna illa.
Aut non eſt impoſita certa pœna, & erit extra-
ordinaria, vel arbitraria. Et hoc dicit ꝙ ſeruat
Curia.ſ.punire arbitrariè: Sed cautius dicit eſſe
in mandatis Regis certam pœnam apponi.*Sed
ſiquis nõ obedit principi, & non recognoſcit eũ
in principem & dominum pœnam mortis me-
retur.vt.l.11.titu.13.par.2.& ita dicit ibi Gregor.
Lopez ꝙ debet intelligi text.in.c.2.de maio.&
obed.ſed ſi cognoſcit in vniuerſalibus, & in ali-
quibus non vult ei obedire,inquit quod ego qa
ſi in mando regis eſt appoſita pœna illa infligi-
tur:ſi autẽ non eſt appoſita nec à iure determi-
nata,erit arbitraria & vi.Peregr.in parte reſcri-
ptum.q.2.in gl.adimplendũ: vbi inquit ꝙ offi-

 cialis

cialis cõcilij literas regis auditoris nõ adimplẽs captus ducatur per eos legitime puniendus.* ¶Quoq; punitur iudex nõ adimplẽs mandatũ regis in cõmiſsione ſalarij, ſicut ille, qui malè ſe habet in officio, vt Ioan. de Platea. in. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 10. in principio. ¶Et nõ ſolùm amittit ſalariũ, ſi nõ adimplet mãdatum ſuperioris, verum etiã amittit, ſi eſt tardus, & negligẽs in eum exequendo. vt Ioan. de Pla. ibi per tex. in. l. fi. C. de fabricẽ. lib. 11. ¶Et non ſolùm mãdatũ expreſſum regis debet adimplere,
7 verũ etiã rogationes † regis, vel principis: quia vt dixit gl. in. l. 1. in principio. in verbo, quemadmodum. ff. ꝙ iuſſu. Rogationes domini, & principis præcepta ſunt. & eſt gloſ. in cle. 1. de teſtibus. in verbo, exhortamur. & Innoc. in. ca. petitio. de iureiurã. & Iaſ. in. §. quadrupli. Inſtitu. de actio. nu. 58. & Bald. in. l. ſi mandator. C. ꝙ cum eo. & iuxta illud, Eſt rogare ducum ſpecies violenta iubendi. vt Bar. in tracta. de tyrannide. in. 7. q. & Andre. de Iſernia in. c. ſi quis miles. in tit. de feudo ſine culpa nõ amitte. Alex. in conſili. 124. in fine. in. 1. volu. ¶Quod facit contra iſtos
8 iudices eccleſiaſticos, † quia eis non præcipit rex ſed rogat, quæ rogatio eſt mandatũ, vt dictũ eſt: & ſi nõ faciũt quod eſt mandatũ, vel rogatum, ſunt puniẽdi tanquã inobedientes: & quia epi-
9 ſcopi, & iudices † eccleſiaſtici ſunt ſub rege. tex. & ibi gl. in. c. tributũ. 23. qõ. 8. in verbo, eccleſia. Et inno. in. c. cùm parati. de appella. & Alexan.
10 in. d. conſ. 124. nu. 4. dicũt, ꝙ epiſcopus † magis parere debet regi, quàm archiepo: maximè quia rex Hiſpaniæ de cõſuetudine antiqua & approbata põt cognoſcere, & ſe intromittere de violẽtijs etiã inter eccleſiaſticas perſonas, & ſup eccleſijs vel beneficijs illatis. vt tenet Mõtal. in gl. ordi. regali. in parte, rex in fine. & dicit, ꝙ cũ dicta cõſuetudine cõcordat glo. in. c. princeps. 23. q. 5. & quoq; facit tex. in. c. regũ. ead. cauſ. 12. q. & l. 5. ti. 1. li. 2. in ordi. regali. & facit quod tenet Guido papa in deciſioni. ſuis. deciſi. 1. & deciſiõe. 85.
11 vbi † tenet, ꝙ iudex tẽporalis, qui eſt iudex laicus, eſt cõpetẽs iudex, qñ agitur ſup poſſeſſorio vel quaſi in ſpiritualibus, vel beneficialib⁹ Cauſis. vt Ioan. Andre. in. c. fi. de iudi. Et eſt rõ: quia poſſeſſoriũ nõ eſt quid ſpirituale, ſed tẽporale. vt glo. in. c. literas. de iura. calumni.* Et rex Hiſpaniæ habet dictã cõſuetudinẽ fundatã. & approbatã cognoſcẽdi de violẽtijs inter eccleſiaſticos, & etiã ex præſumpta volũtate papæ tenet Greg. Lopez in. l. 13. tit. 13. par. 2. vbi per ſupradicta & alia late tradit, & ibi per eũ an eo caſu quo per modũ violẽtiæ princeps inter eccleſiaſticos cognoſcit: an cõdenare poſſit in tali articulo violẽtiæ vim faciẽte in expẽſis.* ¶Quinimo nõ ſolùm correctores, & iudices debẽt obedire, & ad
12 implere mãdata regis, verũ etiã informare † ſubditos ad obediẽtiã principũ, & dominorũ: & ſi cõtrariũ faciũt, ſunt puniẽdi tãquã falſi prædicatores. vt tenet ſingulariter Bal. in auth. habita. C. ne fili⁹ pro pa. 3. colũ. nu. 13. verſi. ſeptimo. ¶Sed
13 iſte tex. fallit. 1. i poteſtate ignorãte † de tali mãdato principis. vt tenet Bal. in. l. Si duas habẽtis. ff. de excuſ. tuto. ¶Itẽ fallit, qñ rex mãdat id, qđ
14 eſt cõtra cõſciẽtiã, † qa tũc nõ eſt obediẽd⁹, nec i pace, nec in bello. vt tenet Bal. ibi in. d. auth. habita. nu. 13. & Par. de Put. in. d. trac. ſyndi. in pte, poſt imperatorũ excuſ. n. 28. fol. 5.* Vi. ſupra. in proœmio in gl. *acordado*. nu. 15. * vel ſi mandatũ eſt cõtra ea, quæ ad ſuã iuriſdictionẽ nõ ſpectãt. vt Plat. in. d. l. dotitij. C. de decuri. lib. 10. ¶Quo-
15 q; fallit, qñ rex aliquid mãdat, † quod eſt cõtra articulos fidei, vel cõtra præcepta & ꝓhibitiões legis, vel cõtra gñale ſtatutũ eccleſiæ, quia tunc nõ debet tale mãdatum adimpleri. vt in. c. Iulianus. & in. c. Imperatoris. 11. q. 3. & Mõt. in. d. l. 1. in gl. *que haga otra coſa*. aliàs aũt oĩo mãdatũ regis debet adimpleri, etiã ſi dubitet, an ſit iuſtũ, vel iniuſtum qđ mãdatur, ſemper obedire tenetur, etiã ſi ſit oneroſum. vt in. c. in memoriã. 19. di. & Mõt. in. d. gl. ¶Itẽ fallit, qñ eſt cõtra rẽpublicã:
16 † quia officialis nõ debet recipere vel admittere reſcriptũ principis cõtra publicã vtilitatẽ, vel
17 cõtra ius, niſi ſecunda iuſsio † emanauerit. vt in auth. de mã. prin. §. de iudi. vbi gloſ. dicit quòd eſt tex. contra miſeros prælatos, qui non curãt niſi mãdata papæ obſeruare, tenet Paris de Put. in. d. tracta. ſyndicat. in parte, officiales, qui eligũtur. foli. 186. nu. 6. ¶Itẽ adde, ꝙ etiam in foro conſcientiæ vbi pars ſcit cauſam nõ ſubeſſe, nõ tenetur principi obedire. vt Inno. ca. inquiſitioni. de ſen. excõm. & Ino. & Feli. in. c. quæ in eccleſiarũ. de conſtitu. & Hippoly. de Marſi. in. l. 1. §. præterea. ff. de quæſtio. nu. 108. ¶Eſt alius caſus in quo fallit iſte tex. ſ. quando quis admitti-
18 tur † ad officium, in quo ſemel deliquit: quia tale reſcriptum præſumitur ſubreptitium, & non debet adimpleri. tex. eſt. & ibi Ioann. de Plat. in l. ſi aliquid. C. de ſuſcepto. & arca. lib. 10. Alij caſus ponũtur in. l. 1. C. de petiti. bono. ſublat. lib. 10. Tamẽ hoc fallit, niſi princeps diceret ex certa ſcientia non obſtante tali lege. ¶Quoque fallit in mandato ex ſubita ſæuitia principis ema-
19 nato, † quia non eſt ſubitò parendum, ſed ſuperſedendum. vt in l. ſi vendicari. C. de pœnis. & in. c. ſi quando. de reſcrip. & in. l. 30. tit. 18. par. 3. & Ioan. de Plat. in. l. ſolidos. C. de veteri. numis. lib. 11. nu. 4. Et eſt tex. in. c. cùm apud theſſaloni-
cam ſeditio. 11. q. 3. in finalibus verbis. vbi tenet, quòd ſi rex iubeat aliquem puniri vltra modũ regularem, debet iudex ſuperſedere vſq; ad. 30. dies, & differre, vt videat, ſi princeps pœnã rela-
20 xet. & idẽ habetur in dict. l. ſi vendicari. Et gl. † in. d. ca. cũ apud theſſalonicã. ponit quinq; caſus, in quibus differtur executio.

nras cartas y mandatos q. nos les ẽbiaremos. Y ſi eſtuuieren en nra corte quãdo les pueyeremos de los

inſtructa, & fuit requiſitus ꝙ expediat, & ſtat
per eum: aliàs non dicitur negligens, nec tene-
tur ad poenam. ſecundùm Bald. in authentica,
ſed & lis. & in authentic. Itẽ ſi appellatiõe. C. de
temporibus appella. & in dict. §. iudicis. & dixi
in capitulo primo in gloſſ. y fiel. verſiculo vltra
ſupradicta. vbi ſingulariter. Quia in his, quæ
reſpiciunt vtilitatem priuatam, iudex regulari
ter non impartitur officium non petitum. l. 4.
§. hoc iudicium. & ibi Bart. & ſcriben. ff. de dam
no infecto. & Amode⁹ Iuſti. vbi ſuprà. Et quan
tuncunque iudex teneatur infrà certum termi
num cauſam finire, non cogitur expedire, niſi
infrà finem tẽporis. Bart. in extrauaga. ad repri
mendum. in verbo, procedatur. & Cataldi. in. d.
tracta. ſyndic. quæſtione. 45. ¶Et facit quòd ſin
gulariter tenet Cardina. in Cle. ſæpe. de verbo.
ſignifi. §. & quia quæſt. 18. vbi ait. quòd ſi iudex
eſt negligens ferre ſententiam ad finem concor
dandi partes, ſi propter concordiam partes læ-
duntur, parti læſæ in Foro conſcientiæ ad refe-
ctionẽ damni tenetur. quod ſequitur Reſtau ca
ſtal. in tracta. de Imperatore. quæſtione. 110. co-
lumna. 7. verſiculo. 41. in fine. tomo. 5. tracta. fo
16 lio. 72. ¶Quoque tenetur, † ſi nõ expediuit pro
ceſſum criminalem infrà tẽpus ſtatuti, & ſucceſ
ſori relinquit. vt Bal. in. l. 1. §. ſciendum. ff. de ma
giſtra. cõueni. Quod intellige verum, quando
procedit ex mero officio, & ad vtilitatem pu-
blicam, quo caſu dies, & terminos ſtatuti inter
pellat pro homine. l. magnam. C. de commit. &
contrah. ſtipula. c. potuit. de loca. Secus ſi proce

 dit

dit per accuſationem,& non fuit per accuſatorem requiſitus,quia tunc non dicitur negligẽs, niſi accuſatore petente,& requirente,quòd ſententiam ferat.notat gloſſa in.l.ſi curatoris. C. de iure deliber.&.l.penult.eodem titulo.& eſt caſus in.l. prima. C. vt infra certum terminũ crimi. quæſti.termi.ſecun

poſsible fuere[i]. Ni aſsi miſmo durãte

dùm Amod.Iuſti.vbi ſuprà. ℂItem tenetur, ſi
17 non inquirit † de maleficio, quando eſt notorium,vel quando fuit ei denuntiatum, aliàs nõ teneretur.tenet Bald.ſingulariter in.l.prima.§. magiſtratibus.ff.de magiſtra.conuenie. quia eo ipſo, quòd delictum eſt ſibi denuntiatum, vel eſt notorium,conſtat de negligentia iudicis: qa ſi ei nemo denuntiat,nec eſt notorium, non te
18 netur,quia etiã in magiſtratu præſumiẽ † ignorantia,niſi probetur ſcientia.quod Bald. ibi dicit notandum.& dicit quòd ibi eſt melior text. ad excuſationem officialium. ℂEt vid. Ioann. Andre.in capitul.quanto.de offi.ordin.& text. in capitulo,ordinationes.8.quęſtione prima.vbi dicit,quòd ſi iudex non inquirit de eo,quod debet inquirere,tenetur,quia præſumitur in eo ſcientia,vel culpa. Quod intellige,quando eſt publicum,quia ſi non eſt publicum, nec notorium,& non denuntiatur ab officiali, vel ſyndico,vel promotori fiſcali,ſed ab aliquo priuato, qui prætendit commodum proprium, ſit cautus iudex,quòd faciat porrigi accuſationem in ſcriptis,& recipiat teſtes ad informationem, & ea data,procedat.ℂSi verò non dederit teſtes, non inquirat,quia tunc non tenetur: quia non debet eſſe facilis ad credendum iniuriato, imò condemnat accuſantem,nõ in pœnam talionis vt in.l.prima.C.de accuſa. ſaltem in expenſis, maximè ex querela maleuola, & nõ ſit leuis ad inquirendum.Quia ſicut iudex arguitur de negligentia, ſi non procedit de crimine, de quo ſibi liquet:ita arguitur de leuitate, procedendo de eo, de quo non conſtat,maximè ſuper maleficijs antiquis,in quibus dicit Amode. Iuſti.vbi ſuprà,quòd vidit multos officiales leues ad inquirendum,& cum verecundia proceſsiſſe,& in
19 ſyndicatu fuiſſe damnatos.ℂRectores,& † iudices poſſunt aliquos retinere,vt manifeſtent ſocios,vel mandatores,vel vt aliud faciant, quod de iure debent, & eſt iuſta cauſa carcerandi. ita Bartol.in.l.2.§.diuus.ff.de iure fiſci. Cataldi.in dict.tract.ſynd.quæſtione.88.Et de multis alijs ex quibus iudex tenetur,vel non,ne membranas occupem,nec ſim tranſcriptor, vi. latè per dictum Paridem de puteo.& per alios in dictis
20 tractatibus.ℂEt intantũ † iudex debet eſſe vigil in iuſtitia facienda,q nunquam ad ſuperiorem citius perueniat culpa delinquẽtium,quàm vindicta: quia hoc ipſo præſumitur & arguitur de negligentia iudicis inferioris,qui habet delicta punire.vt in capitulo,peruenit.18.diſtin.Inno. in capitulo, ſicut.de accuſa. & tenet Lucas de Penna.in.l.quotiens.C.de lucris aduoca.lib.12.

i **Fuere.**[i] Text.in.l.4.titul 15.lib.2.in ordi.regali.verſicu.la quinta.& dixi ſuprà in.c.primo in glo.*y el derecho a las partes.* prima columna.

*SVMMARIVM.*

1 *Emere an poſsit iudex in loco officij prædium per ſe, vel per alium.nu.5.*
2 *Domeſtici,& aſſeſſores iudicum,non poſſunt emere prædia.*
3 *Si res paternæ confiſcatæ venderentur, filius iudex poteſt eas emere.*
4 *Emere poteſt iudex finita iuriſdictione.*
6 *Si vtenſilia ad emendum iudex non inuenit, poteſt ea auferre pretio ſoluto.*
7 *Conſiliarij,& proceres regum, ſeu dominorũ, non poſſunt emere prædia.*
8 *Emere quòd poſsit officialis de licentia regis, ſeu dominorum.*
9 *An duces,comites,& Barones habeant ſenatores, vel conſiliarios, vt conſilium ducis, vel marchionis vocetur.*
10 *Equos quòd poſsint emere officiales.*

k **Heredad.**[k] No.text.q officialis in loco,in quo officiũ ge-
1 rit,prædium non poteſt † emere.ſimil.tex.in.l. 5.tit.5,part.5.& in.l.qui officij.ff.de contrahen. emptiõe.vbi qui officij cauſa in prouincia agit, vel militat,prædia comparare in eadem prouincia non poteſt. ℂQuod extẽde etiam ad nauẽ, quia nec eam fabricare,nec fabricatã emere poteſt.ſecundùm glo.ibi.Et ratio huius eſt ſecundùm.d.glo.ne fortè culturę militiam,ideſt exercitiũ iuriſdictionis dimittãt.vt in.l. milites. C. locati.& Iaſ.in.l.principalibus. ff. ſi certum peta.num.primo.referendo Ludoui.Roma.dicit. quòd officiales debentes officio publico vacare & ſic publicæ vtilitati, commodè facere nõ poſſent,



ſent,ſi vacarẽt priuãtis emptionibus.argumẽ.l. militis agrum.ff.de re mili.& in.l.ab adminiſtratione.ff.de leg.primo.* Et tenet Alberic. in.l. ſed ſi res aliena.ff. de leg.1. nu.1.per.d.l. milites. de re milit.q miles non põt aliquid poſsidere in loco vbi militat.*Et iſtam rationem antea aſsignauit gloſſ.in.l.1.C. de nego.ne mili.lib.12.& vid.

el tiempo de ſu officio del dicho aſsiſtẽte,o gouernador, o corregidor,ni ſus officiales por ſi, ni por otro cõpre heredad[k]

tex.qui idẽ tenet in.l.nõ licet ex officio.ff.eod. de contrahen.empti.vbi nõ licet ex officio, qđ adminiſtrat quis,emere per ſe,vel per aliã perſonam,alioquin non tantùm rẽ amittit, ſed etiã in quadruplum cõuenitur,quod fiſco applicatur.vt gl.ibi.& idem tenet tex.in.l.vnica.C.de cõtractibus iudi.& tex.in.l. aufertur.§. quod à
2 præſide.ff.de iure fiſci.ℂQuod extende † ad cõſiliarios domeſticos,& aſſeſſores, quia quoque iſti nõ poſſunt emere.vt in.d.l.nõ licet. & Par. de Put.in tract.ſynd.in parte,officiales.fol.87.
3 ℂQuod fallit, † niſi quando res paternæ cõfiſcatæ venderentur,quia tũc licet filio officiali emere propter affectionem.vt in dict. l. qui officij. & eſt ſimil.tex.in.l.milites.ff.de re milit. & nõ ſolùm quando diſtrahuntur à fiſco, verunetiã ſi diſtrahantur ab alio emere licet.vt gloſſa.ibi.
4 ℂQuoque fallit finita iuriſdictione, † vel officio,quia tunc licet emere.vt glo.ibi. ℂTu circa iſtum tex.vi.diſtinctionem Bar.in dicta.l.aufer
5 tur.§.à præſide. † quam ſequitur.Lucas de Pen. in.l.2.C.de lucris aduoca.lib.12.vbi dicit, q quãdo quis habet aliquod officium ſine iuriſdictione,vt ſi eſt ei commiſſa adminiſtratio rerum publicarum,& tunc ſi vigore illius adminiſtrationis aliud venditur,non licet ſibi emere,aliàs punitur.vt in dict.l. non licet. niſi emerit palàm, & bona fide.vt in.l.cùm ipſe. C. de contrahen. emptione.prout eſt in tutore. & in executore teſtamentario,quia nõ poſſunt emere bona minorum,nec defunctorum,aliàs puniuntur.vt in l.13.ti.19.lib.8.in ordin.regali.nec per ſe nec per aliam perſonam.vt Dynus in regula.alicui de regulis iuri.in.6.& Paul.de Caſtro.in dicta.l.cum ipſe.ℂEt idẽ,ſi haberet iuriſdictionẽ,& adminiſtrationem.& ex ea emeret per dictas.ll. & hòc vult dicere dict.l.non licet ex officio. ℂQuãdo que quis vult emere extra id,quod vẽditur ratione ipſius officij: & tunc aũt emit inferendo metũ occaſione ſui officij,& habet locũ.l.ſi per impreſsionẽ.C.quod metus cauſa. quæ loquitur etiã in mediocribus officialibus, vt in his, qui poſiti ſunt ad denũtiandum maleficia,& ſimilibus.ℂSi verò emit non inferendo metũ,& tunc ſi quidẽ eſt talis officialis,qui habet iuriſdictionẽ,& non licet ſibi emere,niſi prout dicitur in dict.l.prima,de contractibus iudi.& ſi emerit, habet locũ pœna,dict §.qđ à præſide.ℂSi nõ habet iuriſdictionẽ,nõ impeditur emere aliquo iure.argumẽ.in.l.ad inuidiã. C. quod metus cau.quæ diſtictio certè eſt bona. ℂQuid
6 autem ſi vtenſilia,quæ emere † valet. vt in dict. l.prima.C.de contra.iudi.non poteſt ad emendum inuenire,an poſsit ea pretio ſoluto auferre,vel ſubditos cogere ad vẽdendum? Dic quòd ſic,vt tenet dictus Lucas de Pẽna,in dict.l. ſecũda,de lucris.aduoca.quod eſt notandum: quia multi ribaldi nolunt talia vendere iudicibus ex inimicitia,quã cũ eis habent.& tenet Bal.in capitulo,nobis intrantibus.de pace conſtan.in v. ſi.feudo.ℂTex.noſtrum amplia,vt non ſolùm habeat locum in iudicibus,verunetiam in pro-
7 ceribus † palatij,ſiue conſiliarijs,qui ſtant ad cõſilium dominorum,quorum conſilio res publica regitur,quia iſti non poſſunt emere res ſubditorum,aliàs amiſsione pretij multantur.vt tex. & ibi docto.in.l.finali.C.de reſcindenda vẽdi. & hoc eſt,quia poſſunt oſtendere minacem, & feruorem.vt gloſſ.ibi.Quod dicit ibi Bal.habere locum in magnis conſiliarijs magnorum dominorum,qui tenent locum principum, ſicut ſunt Regis legati,& Cardinalis, & domini magnarum ciuitatum,& non de alijs,quia non debet intelligi de cõſiliarijs epiſcoporum,vel magiſtratuum minorum eccleſiaſticorum, nec de ipſis ſeruatur de conſuetudine.ℂEt iſtum text.
8 intellige verum,niſi de † conſcientia, vel licentia principis,ſeu dominorum,quia tunc licet eis emere.ſecundùm Bal.in dict.l.finali. & eſt tex. hic.Et vi.Alexan.in conſilio.64. numero. 4.in 4.volu. vbi ait, quòd licet conſiliarij principis non poſſunt emere res ſubditorum,tamen ſi illa emunt de conſcientia principis,poſſunt:quia præſumitur abeſſe omnis ſiniſtra ſuſpicio propter præſentiam principis.*Idẽ tenet Peregrin. in part.venditio.q.2.in.gl.per alium verſi. proceres.*ℂEt quia ſuprà loquitur Bald.de cõſilia-
9 rijs dominorum, videtur quòd † quilibet dux, ſeu comes poteſt habere conſilium, ſeu parlamentum.vt ſentit ibi Bald.Tu tamẽ tene cõtrarium:quia ſolus princeps, qui non recognoſcit

 ſuperio-

ſuperiorem,poteſt habere conſilium, ſeu parlamentum. vt tenet Guido Papa. deciſione. 43. Quod eſt cõtra iſtos Duces,& Marchiones Hiſpaniæ,qui vocant ſuum conſilium.Quia ſi ſuperiorem habent,non poſſunt habere parlamẽtum, ſeu conſilium.vtibi.allegãdo Bartol. in. l. quodam Tiberius Cæ-

alguna, ni edifique caſas[l] ſin nueſtra li-

ſar.ff.de hæredi. inſtitu.licet ibi Bartol.non videatur hoc ſentire.Sed tu vi. Bartolu. vbi vult hoc expreſſè dicere in.l.2.C.de decuriò. lib. 10. in fine,allegãdo.l.2.circa principium.ff.de orig. iuris.Et tenet Ioann.Montag. in tracta.de parlamentis.in princ.nu.4.tomo.5.tract.fol.241.* Et idem tenet Guiller.Benedi.in rep.c. Raynũtius de teſtam.in parte & vxorem nomine Adelaſiam.lo.2.nu.190.fol.98.*❡Et an quilibet prælatus,vel Baro poſsit conſtituere conſulatum in terra ſua.vi.Guido.Pap.licet remiſsiuè ſingulari.422.§.vtrũ.❡Et licet officialis nõ poſsit emere à ſubditis hoſpitia,vel campos,niſi victualia, vt dictum eſt.& in.l.ſolẽt.§.nũc verò.ff.de offi.
10 proconſu.tamen põt † emere equos,quia nõ debet ire pede,qa ſunt ſimiles alimentis,imò ſunt pars alimẽtorũ.vt notatur in.l.denique.§.idem labeo.ff.mandati.ſecundùm Bal.ibi.& tenet Paris de Put.in dict.tracta.Syndi.in parte contrahere officialibus.foli.86.num.3.

*SVMMARIVM.*

1 *Habitare debẽt iudices in palatijs publicis,& non in domibus priuatorum.*

1 **Caſas.**[l] Similis tex.in.l.vnica.C.de contracti.Iud.ibi,vel domos extruere nõ aliter poſsint,niſi ſpecialẽ noſtri numinis hoc eis permittente diuinã reſcriptionẽ meruerint.ſimil.tex.in.l.5.tit.5.part.5. & ibi Mõta.Et ratio eſt,quia poſſunt inferri metũ & impreſsionẽ vt dictum eſt in gl.ſuprà proxima.❡Et quia
1 non poſſunt habitare † in domibus priuatorũ, ſed in domibus publicis.vt in.l.nulli.C.de officio rectorum prouinci.& gloſſ.in.l. obſeruare. ff.de offi.proconſ.& lega.Quod intellige ſi ſint palatia publica, vel prætoria, aliàs ſecus. vt ibi in.d.l.nulli iudicum.& Paris de Put.in.d.tract. verſi.officialis.in fine.folio.88.

*SVMMARIVM.*

1 *Mãdatum ſpeciale requiritur in iſtis caſibus Et an in iſtis caſibus admittatur procurator cum cautione de rato.*

m **Special mandado.**[m] Nota caſũ,
1 in quo † mandatũ ſpeciale requiritur.Aliũ vide infrà in ca.42.& alios vide per gloſ. in capitulo, qui ad agẽdum,de procura.in.6.in parte, vel paciſci. & Barto. ponit alios in l. filius familias.ff.de donatio.& in.l.pri-

cencia,y es ſpecial[m] mandado en la tier

ma.§.inter filiũ.ff.de falſ.& Abb.in capitu.ſunt nonnulli.§.ſunt & alij.de reſcrip.per doctorem del Caſtillo in.l.31.de Toro in gloſ.*ſpecialmente*. ❡Quibus adde,  renuntiare,eſt donare:quam renuntiationem procurator non poteſt facere ſine ſpeciali mandato.tenet Abb.in cap.primo. vt lite non conteſta.num.28.❡Tamen in omnibus caſibus,in quibus ſpeciale mandatũ requiritur,ſi probabiliter dubitatur de mandato,admittitur procurator cum cautione de rapt.ita tenet Abb.in cap.coram.de in integr.reſti. col. fi.numero.6. per text. notabi.in.l. quòd ſi ſpeciali.ff.de minori.

*SVMMARIVM.*

1 *Negotiari an poſsint regentes prouincias, & eorum aſtantes pro ſe, vel per alium.*
2 *Negotiationes plures requiruntur, vt iudex in pœnam incidat.*
3 *Mercator dicitur propriè,qui plures negotiationes facit,non vnam tantùm.*
4 *Aleator,nec peccator dicitur,licet ſemel luſit vel peccauit.*
5 *Clericus non dicitur negotiari per venditionẽ vnius rei.*
6 *Contrahere, vel permutare, eſt intãtum prohibitum officialibus durante officio, quòd etiã ſi durante officio faciunt contractum, quòd eo finito non poteſt confirmari mutuo cõſenſu,quod extenditur ad conſiliarios principis.*
7 *Exactores publici prohibentur contrahere cũ prouincialibus.*
8 *Contrahere poteſt iudex in officio, quando cõtrahit cauſa ſuæ neceſsitatis, vel familiæ.*
9 *Alienari prohibitus ex cauſa neceſsitatis,alienari poſsit.*

*Extra-*



10 *Extrahere prohibitus frumentum de ciuitate non intelligitur prohibitus,quando extrahit ex cauſa neceſsitatis.*
11 *Exemptus à collectis,nõ intelligitur exẽptus à collecta,quæ imponitur ciuibus propter neceſsitatem.*
12 *Neceſsitatis tempore nõ excuſatur quis à murorum ſeu ciuitatis cuſtodia.*
13 *Priuilegium exemptionis nõ prodeſt in cauſa neceſsitatis reipublicæ, vel principis.*
14 *Neceſsitatis tẽpore,putà guerræ vel belli, põt princeps imponere ſubditis ſubſidium charitatiuum.*
15 *Gabellarum arrendatores pro neceſsitate reipublicæ,regis,ſeu domini, poſſunt gabellas exigere ante diem, vel ante tempus.*
16 *Alienare poteſt prælatus Romano põtifice inconſulto res eccleſiæ cathedralis, imminente neceſsitate alienandi.*
17 *Vicini venientes ad machinandum tempore neceſsitatis in terra aliena,non tenentur ſoluere gabellam.*
18 *Confiteri permiſſum eſt etiam Iudæo,& Saraceno tempore neceſsitatis.*
19 *Victualia,quæ valent iudices emere,ſi nõ inueniuntur ad emendum,poſsunt pretio ſoluto auferre à ſubditis,& cogere ad vendendum.*
20 *Contrahere poteſt officialis,qui habet officiũ in ſua propria patria,ſeu in loco ſuæ originis.*
21 *Priores ciuitatũ, ſeu anciani,ideſt regidores durante officio poſsunt contrahere.*
22 *An contrahere poteſt officialis cum non ſubditis.*
23 *An contrahere poteſt officialis perpetuus,& ſi poteſt ſyndicari.*
24 *Officialis poſitus ad beneplacitum, an poteſt contrahere.*
25 *Emere põt officialis res paternas confiſcatas.*
26 *Officialis durante officio põt recipere donationem remuneratoriam.*
27 *Cõtrahere an põt officialis,quãdo cõtrahit palã,& cũ authoritate alteri⁹ adminiſtratoris.*
28 *Hæres poteſt officialis inſtitui durãte officio, & legatum ſibi fieri.*
29 *Alienatio prohibita per contractũ, non intelligitur prohibita in vltima voluntate.*
30 *Statutũ prohibens forenſem emere in loco,nõ prohibetur emere ea, quæ fuerũt anteceſſorũ, & non prohibetur acquirere ea,quæ ſibi obueniunt iure hæreditario.*
31 *Alienatio prohibita in forenſem, nõ habet locum,quando forenſis ſuccedit ab inteſtato ex diſpoſitione legis.*
32 *Emere poteſt officialis,qui non habet iuriſdictionem.*
33 *Contrahere poteſt officialis ex licentia principis.*
34 *Negotiari põt officialis nomine reipublicæ, & ad eius vtilitatẽ, vel ſuper re ipſius reipublicæ.*
35 *Cõtrahere poſſunt iudices officio durãte,quando eſt ibi conſuetudo contrahẽdi.*
36 *Contrahere poteſt iudex,quando cõtrahit in alio contractu,quàm mutui, & quãdo in illa ciuitate habet proprietates,ſeu res mobiles.*
37 *Matrimonium an poteſt iudex contrahere in illa ciuitate officio durante.*
38 *Contractus factus per iudicem officio durante,non firmatur iuramento.*
39 *Pignus an prohibetur iudex accipere durante officio.*
40 *Inſtrumentum guarẽtigium,quòd iudex habet contra alium,an officio durante põt mandari executioni.*
41 *Poteſtas debet ſoluere pretiũ rei emptæ à familiari ſuo.*

n **De mercaderia.**[n] Regẽtes prouincias, &
1 eorum aſtantes,in eiſdẽ negotiari † non poſſunt nec fœnus exercere.tex.eſt ſimilis,& ibi Barto. Ang.Paul.de Caſtro,& cæteri doctor.in.l.principalibus.ff.ſi certum petatur.& tex. ſingul.in l.5.ti.5.part.5.quã vide. ❡Quod extẽde nõ ſolũ per ſe,verunetiam per alium non poſſunt contrahere in tali loco,vbi adminiſtrationem gerũt.vt in.l.non licet.ff.de cõtrahen. emptione. & tenet Montal.in glo.ordi.regali.in parte,officiales. ❡Sic nota, quòd præſumitur fraus eo ipſo ; quòd emitur per interpoſitam perſonam,

nam,ſecundùm Bartol.in.l.ſi pupillus.§.finali. ff.de excuſa.tuto.& Iaſ.in.§.Item ſi quis in fraudem.Inſtitut. de actio. numero.47. ¶Cyn.tamen.in.l.quiſquis.C.eodem ſi cert.petatur.diſtinguit,aut eſt officialis perpetuus.aut temporalis, aut dubius,vtrum ſit tẽporalis , vel perpetuus¶Si eſt perpetuus, tunc dare, & recipere mutuò,& contrahere cum ſubditis , non prohibetur,dum tamen faciat ſine oppreſsione. vt in.l. præſidis.ff.eodem.ſi cert. pet. &.C. quod metus cauſa.l.ſi per impreſsionem. ¶Si eſt temporalis,refert,aut contrahit nomine vniuerſitatis,& poteſt.vt in.l.gaius.ff.de vſu.aut nomine ſuo,& tunc aut cum ſubiectis,& non poteſt, vt hic,& in dicta.l.quiſquis.& in.l. eos. eodem titulo,aut cum non ſubiectis,qui non conuerſabantur in loco,& poteſt.& ſic dicit,quòd debet intelligi dicta.l.præſidis.¶Sed dicit Cyn.quòd alij moderniores tenent, quòd poteſt accipere à ſubiectis ad ſuum vſum & neceſsitatem.& ita intelligunt.d.l.præſidis.Sed ſi acciperet ad negotiandum,non poteſt etiã ab alijs non ſubiectis,& hoc magis placet ſibi,& hanc diſtinctionem tenent Angel.& Paul.de Caſtro in dict.l. principalibus. ¶Et vt iſte text. & iura ſimilia

ra deſu iuriſdicion. Ni vſe en ella de trato de mercaderia,

2 habeat locũ,requiritur,quòd iudex † exerceat pluries negotiationem hanc. Secus ſi vna vice tantùm exercuit,quia tũc non incideret in pœnam.vt tenet Paris de Pute.in tracta. ſyndic.in parte,officiales non poſſunt.foli.87.¶Et facit:

3 quia mercator † propriè eſt ille, qui plures facit negotiationes,non vnam tantum.tenet Barto. in prœmio fforum.num.10.per.l.primã.§.1.ff. de tribut.& probatur per.l.ſemper.§. diuus Adrianus.cum.l.ſequenti.ff.de iur. immuni. vbi ſi immunitas cõceditur alicui,qui negotiationẽ nauiculariam exercet,oportet quod maiorem partem ſubſtantiæ in ea negotiatione ponat,& habeat.Et ideo dicit Bar.in.d.l.ſemper.§. negotiatio.quòd immunitas data aliquibus mercatoribus,ita demum ſeruanda eſt, ſi maiorem partẽ facultatũ tenerent in mercantijs.prout tenet Alexand.in conſilio.108.in.4.volu. ¶Et quòd vna mercantia non faciat quem mercatorẽ, ſed profeſsio,& exercitium. tenet Bald. in rub. C. de conſtitu.pecuni.in fine. Quod dicit verum niſi hanc vnicam mercantiam præcedat profeſsio,ſeu matriculatio in matricula mercatorum. nam nomina dicta à profeſsione acquiruntur profitẽdo,nomina verò dicta à cõſuetudine,ſeu ab actu generalitatis acquirũtur vſu, & exerci-

4 tio.non per vnicum actum. vnde non dicitur † aleator,licet ſemel ludat,nec peccator, licet ſemel delinquat,nec lector, licet ſemel legat. & idem in ſimilibus.ſecundùm Bal.ibi. & Bart.in l.legatis ſeruis.ff.de lega.3.nu.4.vbi ad ea, quæ in contrariũ adducit,reſpõdet.¶Et ſic,ꝙ mercator nõ dicitur quis per vnum actum.& cũ Bart. tranſit Ancharr.in capitu. canonum ſtatuta.de conſtitu.ver.quis dicatur.& Barto. in.l. mariti. §.quæſitũ.ff.de adulterijs.& Feli.in prooemio Gregori.co.ſi.ver.quartò limita.*Et Peregrin. in parte mercator,& Angel.in prooemio.Inſtitu.§.cunque hoc.num.5.*¶Et facit quoque,ꝙ

5 licet clericis † ſit interdicta negotiatio, vt in ca. ſi.de vita & honeſt.cleri.per venditionem vniꝰ rei tantùm non dicitur negotiari, ſeu mercari. eſt tex.in capitul.eijciens.88. diſtin quæ eſt palea:& tenet Paris de Put.vbi ſuprà, ſed dicitur negotiator,quando emit pluries res aliquas, & in ſuis formis eas vendit.nam ſi vẽdidit rem mutatum lucrum proueniens ex artificio,ſecus vt ſi emit chartas pro libro ſcribendo. vt in capitulo.nunquam.de conſe. diſtin.5. & Cardina. in Cle.ſi.de cenſi.in.3.nota.& Abba.in dict. ca.ſi. de vita & honeſt.cleri.in fine.num.14.& Bertachi.in tracta.gabella.in.3.parte num.5.tomo.6. tracta.foli.55.¶Et idem Bertachi.in.7.part.nu. 48.folio.63. dicendo, quòd non dicitur mercator,qui contrahit ſemel tantùm,ſed frequenter vt dictum eſt.& Bar.in.l.prima.C.de nauicula. lib.11.& in.l.prima.ff.de tribu.niſi præcedat ꝓfeſsio,vel matriculatio,quia tunc etiam ex vnico actu dicitur mercator.vt Bart.in rub. de conſtitu.pecu.in fine.C.vt ſuprà dixi. ¶In tantum officiales non poſſunt cõtrahere, nec mutuare

6 durante officio,vt dictum eſt, quòd ſi durãte † officio fecit contractum,ꝙ eo finito nõ poteſt confirmari mutuo cõſenſu expreſſo,vel tacito. vt in dict.l.prima,verſi.pe.C.de contracti.Iudi. & Iaſ.in dict.l.principalibus.Quod etiam extẽdit ad proceres,ſeu curiales principis,qui prohibentur emere,& alios contractus facere:& ſi cõtrahunt,contractus eſt nullus.l.ſi.C.de reſcind. vend.iuncta glo in verbo,palatinos.quæ dicit, ꝙ illa lex,habet locum in omni cõtractu.quod Bal.ibi dicit eſſe verum quoque in magnis conſiliarijs magnorum dominorũ, vt ſuprà dixi in glo.heredad.& tenet Paris de Put.in dict.tract. ſyndic.folio.16.in parte,excedunt.num.8.¶Et ratio prohibitionis eſt, vt dixi, quia officiales debent vacare officio publico:qđ cõmode nõ poſſunt facere,ſi vacarent priuatis emptionibꝰ.

Cum



Cum qua ratione Iaſ.non tranſit ibi,ſed dicit,ꝙ melior eſt propter metũ impreſsionis:quia lex ſuſpicatur,quòd officiales propter officium inducerent aliquem ad contrahendum nõ liberè. vt in dict.l.ſi per impreſsionem.C.quod metus cauſa.argu.l.1.C.ſi rector vel prouin. ¶Quod extende non ſolùm in iuriſdictionem exercen

7 tes,verumetiam in exactoribus † publicorum, quia iſti prohibentur cum ſuis prouincialibus contrahere.vt tenet Ioan.de Plat.in.l.miſsi opinatores.C.de exactor.tribu.lib.10.nume.3.prima colum.¶Regulam iſtius tex.& iurium ſimilium limita aliquibus modis. ¶Primò limita

8 nõ habere locũ,† quando emit,vel cõtrahit ex cauſa neceſsitatis,putà vtenſilia, vel victualia. vt probat tex.in dict.l.vnica.verſi.præterea.C. de contra.iudi.ſecundũ intelle.Guiller.& Bart. Alexa.& communiter docto.ſecundũ Iaſo.ibi, in dicta.l.principalibus.ff.ſi cert.peta.4.limitatione.Et ibi Angel.dicit,quòd ſi negotiat propter victum ſuum,& familię ſuę,quòd poteſt facere.& eſt gl.in.l.vniuerſi.C. de vectigali.& cõmiſsis.& Bart.in.l.ſolent.§.non vero.ff.de offi. proconſu.& lega.dicit, quòd prohibitus emere in aliquo loco,intelligitur poſſe emere victualia ſibi neceſſaria.& Alexa.in dict.l.principalibus.nu.2.dicit,quòd prohibitus cõtrahere non intelligitur prohibitus,quãdo facit ex cauſa neceſsitatis,vnde ſecundũ eũ nõ prohibetur emere victualia neceſſaria.& idem dicit Bal.in dict. l.ſolent.in dict.§.primo.in.3.notabi.ff.de offici. proconſu.& lega.¶Hinc eſt,quòd prohibita a-

9 lienari,† poſſunt alienari ex cauſa neceſsitatis. l.alienationis.ff.famil.hercif.eo quia neceſsitas non ſubiacet legi.vt in.l.prima.ff.de offic.procõ.tex.in.l.3.§.in eadem.ff.ad.l.Rhodi.de iact. & tenet Roma.conſilio.290.& Areti.conſil.28. Alexand.conſilio.59.in.5.volu.numer. 6.& ibi ponit cauſas neceſsitatis , propter quas poteſt alienari.& in authentica reſque.C. communia de lega.¶Hinc dicunt docto.Angelu.Roma.& Alexand.in.dict.l.principalibus.quòd prohibi

10 tus extrahere † frumentum de ciuitate ſub certa pœna,non intelligitur prohibitus, quando extrahit ex cauſa neceſsitatis,putà propter neceſsitatem victus ſui.notant doctores in.l.cæterà.ff.de leg.primo. ¶Quoque infertur ſecundùm Iaſ.ibi,in dicta.l.principalibus.quòd exe-

11 ptus ex priuilegio,& habens † immunitatem à collectis, non tamen intelligitur exemptus à collecta,quæ imponitur ciuibus propter neceſſitatem inſtantem,putà propter bellum.prout tenent Dy.Ray.& Bald.contrariantem eis in.l. ſi ex toto.in principio.ff.de legatis.1. ¶Et facit

12 quia tempore † magnæ neceſsitatis non excuſatur quis à murorum,ſeu ciuitatis cuſtodia.tex. eſt in.capit.2.de immunit.eccleſi. & in.l.abſit. C.de priuile.domus Auguſtæ.lib.11.&.l.52.titu 10.6.part.prima.&.l.1.titu.3.lib.1. in ordina.regali.Montal.in.l.1.titul.5.foro.ll.lib.1.in gloſſ. magna.Iaſo.in.§.Item ſeruiana.Inſtit.de actio.

13 colum.19.vbi tenet,quòd priuilegiũ † exceptionis non prodeſt in caſu magnæ neceſsitatis reipublicæ,vel principis.¶Ite facit optimè illud, quod notat Bal.in.l.iubemus nullum.C. de ſacroſanctis eccle.primo &.2.notabil. vbi notat, quòd de neceſsitatibus imminentibus eccleſiæ fortè propter guerram,ſeu bellum nullus quantuncunque priuilegiatus intelligitur excuſatus ſiue priuilegium ſit dignitatis,ſiue perſonę, ſeu religioni cõceſſum.¶Ex hoc quoque dicit Bal. in.l.prima,ad finẽ.C.de operis liberto.quòd tẽ

14 pore neceſsitatis,† putà guerrę,poteſt princeps imponere ſubditis ſubſidium charitatiuum.Iaſ. tamen vbi ſuprà dicit,quòd Ioann.de Anani.in conſilio.7.incipiente,viſis.conſuluit,quod vaſalli non tenẽtur tẽpore neceſsitatis,putà guerræ,ſubuenire dominis de pecunia.& ibi ad hoc bene põderat tex.in.c.licet vaſallus.in.2. reſpõſo.ſi de feud.fuerit controuerſ.inter dom. & agna.Limita tamen iſtam deciſionem,vt ibi per eum,quæ limitatio eſt,licet Iaſ.non ponat,niſi neceſsitas ſit magna,vel quia captus,vel quia effectus eſt inops ſecundùm ſui qualitatẽ,vel eſt in aliquo euidenti periculo propter guerram,& vaſallus eſt diues, & potens, quia tunc tenetur ſecundùm Ioan.de Anani.in.dict.conſilio in fi-

15 ne.¶In ſimili facit,quòd emptores,† ſeu arrendatores gabellarum pro neceſsitate reipublicę, vel regis,ſeu domini,poſſunt exigere ante diẽ, vel ante tempus dictas gabellas,remiſſo tamen eis interuſurio medij temporis.tenet Bal.in.l.1. C.de condi.ex leg.& ſequitur Iaſ.in.§. Sed hæc quidem.Inſtitu.de actioni.columna.2.numer. 8.& Pala.Ruui.in repetit.capitu.per veſtras.de dona.§.23.numer.23.folio.98. & Ioann.de Plat. in.l.prima.C.de vſuri.fiſcali.lib.10.& late Roderi.Suarez in repet.l.poſt rem.ff.de re iudica.columna.128.& idem tenet Angelus in.l.ſi is, qui bona.ff.de pignori.& in.l.cum quidam.§.ſi ſic. ff.de vſuris.Idem tenet Mar.de Laude,in tract. de fiſco,quæſt.25.tomo.6.tracta.foli.2.quòd dicit notandum,quia plerunque propter neceſsitates publicas principes ante diem exigunt à publicanis.¶Adde etiã tex.notabil.in.l.tutor qui repertorium.ff.de excuſa.tuto.in prin.per quẽ dicit Abb.in cap.fin.2.colum.de eccleſijs ædifi-

16 cãdis,quod ſi † immineat neceſsitas alienãdi res

eccleſiæ

eccleſiæ cathedralis,poteſt prælatus incõſulto
Romano pontifice alienare, quamuis iurauerit
nil alienare inconſulto põtifice, capit.ſuper.de
rebꝰ eccle.nõ alie.¶Vi.quoq; quod notat Bar.
17 in.l.ſi qñ.perillũ tex.C.de naufragijs.vbi ait†,
ꝙ ſi tẽpore magnæ neceſsitatis vicini veniũt ad
machinãdũ in terra noſtra,non tenẽtur ſoluere
gabellã.&ideo gl.in.c.fi.in verbo,ꝑcipiet.23.q.
18 1.vult ꝙ in cauſa neceſsitatis permiſſum† eſt cõ
fiteri peccata etiã Iudæo,& Saraceno.¶Et ideo
19 ſi victualia,quæ emere valent, nõ poſſunt ad†
emẽdũ inuenire,poſſunt ea ꝑtio ſoluto auferre,
vel ſubditos cogere ad vendendũ. vt dixi ſuprà
in gl.heredad.n.6.¶Et quoq; põt emere equos,
quia non debet ire pede, quia ſunt ſimiles ali-
mẽtis,vt ibi dixi.& vi.Parid.de pu.in tract.ſyn
dic.in parte,officialis.n.6.fol.70.Et ibi quoque
tenet,quòd poteſt victualia accipere pretio ſo
luto.¶Et adde quoque,ꝙ prærogatiua in pre-
tio rerum venalium non eſt facienda militibus
& officialibꝰ pluſquã vendãtur priuatis ꝑſonis
in fo.publico.& ſi per minas,vel alio calore hoc
faciat officialis,incidit in crimẽ cõcuſsiõis.tenet
Io.de Pla.in.l.ſeptẽ.C.de erog.mil.anno.lib.12
20 ¶Secũdò limita noſtrũ tex.& iura ſimilia,† niſi
officialis gerat officiũ in ſua patria, vel in loco
ſuæ originis,q̃a põt indiſtincte cõtrahere.Bart.
Paul.Alex.& Iaſo.in.d.l.principa.& Ang.in.l.
eos.C.eo.ſi certũ peta.tamẽ Bal.in.d.l.principa
libus.tenet contrariũ.Et Ang.dicit ibi,ꝙ de ri-
gore videtur oppoſitum, per dict.l. qui in offi-
cijs.in principio.ff.de contrahẽ.emptione. vbi
videtur caſus in oriundo.¶Ludo.Roma. cõcor
dãdo Bar.Bal.& Ang.dicit,quòd ſi quis eſt offi
cialis in propria patria, ſine iuriſdictione,po-
teſt contrahere ſecundùm Barto. ¶Aut eſt offi
cialis cum iuriſdictione,& ſit vera opinio Bald.
quòd non poſsit contrahere. Iſtam concordan-
tiam ponit Paris de Put.in dict.parte,contrahe
re officialibus.folio.86.num.8. Tamen Alexã.
in dict.l.principalibus.num.4.dicit,quòd com
muniter tenetur prima opinio,reiecta opiniõe
& diſtinctione Ludo.Roma.quia tex.in dict.l.
qui officij.non exprimit de eo,qui in loco ſuæ
iuriſdictionis officium gerit.Et idem tenet Iaſ.
ibi,num.primo.&.2.vbi quoque dicit ſecundũ
21 Barto.& Angel.ibi quòd priores† ciuitatũ, ſeu
anciani,ideſt regidores ſiue rectores durante eo
rum officio poſſunt cõtrahere.& ita dicit Ang.
quòd ſeruat cõſuetudo.& facit tex.in.l.eos qui
in patria.ff.de ritu nuptia.& idem tenet Guill.
Benedi.in repeti.ca,Raynucius.de teſta.in par-
te, duas habens filias.num.48.dicendo, quòd of
ficiarij annales officia tenentes in loco originis,
vel domicilij,omnes contractus celebrare poſ-
ſunt.*Sed vid.hodie pragmatic.76.in curijs va-
lis oleti anni.1558.vbi cauetur. ꝙ *regidores veynte*
*y quatros iurados* ciuitatum & villarum notraten
in baſtimentis nec reuendant ea ſub officiorum
amiſsionis pœna.*¶Et idẽ eſt,ſi talis iudex ha-
bet proprietates in illa ciuitate, vel in illo Ca-
ſtro,vel loco,ſeu res immobiles:quia tunc præ
ſumitur ſubiectos diligere,& eos nolle opprime
re.vt in authentica,vt iudices ſine quoquo ſuf-
fragio.§.eos.& in.§.ſi cogitatio.&.§.neceſsitatẽ
colla.2.& tenet Montal.in glo.ordi.in parte,of
ficiales ſic nota:¶Tertiò limita regulam prædi
22 ctam non procedere,† quando officialis contra
hit cum non ſubditis, quia tunc ceſſat impreſsio
nis metus,ſecũdũ gl.& Saly. in dict.l. quiſquis.
C.ſi cert.peta.Barto.Ang.Paul.Alex.& Iaſo.in
dict.l.ſi principalibus.& Montal.in dict. gl.or-
di.in parte,officiales ſic nota.per.l. præſides.ff.
ſi cer.petatur.¶Sed iſtam limitationem intelli
ge,niſi illi contrahentes conuerſarentur in illo
loco,quia tunc pro ſubditis reputantur,& habẽ
tur,& contractus non tenebit per.d.l.quiſquis.
Ita tenet Alex.in dict.l.principalibus.ver.quar
tò limita.& probat in expreſſo dict.l.quiſquis.
ibi,ſi in prouincia fuit verſatus.& vide quæ dixi
in glo.*de los tales pueblos*.¶Quartò limita dictam
23 regulam,vt procedat in officiali,vel iudice† tẽ-
porali,ſecꝰ in officiali perpetuo.tex. eſt in dict.
l.præſidis.ff.ſi cert.peta.in verbo,perpetui, ſe-
cundùm Bart.& communiter moder.& Iaſ. ibi
cum limitatione,de qua ibi per Angel.Alexan.
& Iaſ.niſi per impreſsionẽ ipſius iudicis indu-
ctus eſſet ille ad contrahendum ſecum.per.d.l.
ſi per impreſsionem.quę impreſsio in iudice nõ
præſumitur.vt Bal.in dict.l.ſolẽt.§.fi.ff.de offi.
proconſu.& lega.gl.& docto.in.l.ad inuidiam.
C.quod metus cauſ.& tenet additio.Alexan.in
dict.l.principalibus.¶Et ſi dicas,quòd.d.l.præ
ſidis.non loquitur in officialibus principalibus
ſed in eis qui ſecum ſunt:reſpondetur,quòd ra-
tio illius tex.eſt generalis,videlicet,quia perpe
tui ſunt,ſecundũ Iaſ.ibi. ¶Attamẽ Saly.ibi con
trarium tenet, & mouetur:quia maior metus,
& maior impreſsio timetur in perpetuo officia
li,quàm in temporali,qui in breui eſt remouẽ-
dus.Sed ad.l.principalibus.& ad.l. præſidis.nõ
reſpondet Saly.Bal.tamen in dict.l.ſolent.§.fi.
in.2.quæſt.plenè diſputat hanc.q.nunquid iſta
lex,& ſimilis habeant locum in officiali perpe
tuo.Et hoc non obſtante contrarium determi-
nat,& ſequitur cõmunem opinionem, & ſic,ꝙ
perpetuus officialis poteſt contrahere,dummo
dò non appareat metus impreſsionis.quod pro
bat,



bat, quia epiſcopus habet perpetuum officiũ,
& poteſt contrahere.authenti.licẽtia. C.de epi
ſcopis & clericis.Quæ opi.poteſt ſuaderi : quia
perpetui officiales viderentur perpetuò prohi-
biti contrahere,& ſic videret eis interdictũ per
petuum commercium,quod non eſt dicendũ.
Et poteſt reſponderi ad argumentum dictum.
Nam ex quo poteſt contrahere cũ nõ ſibi ſub-
ditis,non eſt curandum,ſi non poſsit contrahe-
re in loco,vbi perpetuò gerit officium.facit.l.ti
tio centum,§.primo.ff.de condi.& demonſtra.
¶Sed alia ratio melior ponitur per Mõtal.in.d.
ſua glo.ordi.in parte,officiales.vbi tenet, quod
officiales perpetui poſſunt contrahere:quia in
perpetuis officialibus cenſetur eſſe fides appro
bata,ex quo perpetuò ſunt electi,ſed in tempo
ralibus ſecus.vt ibi per eum.Et facit quod tenet
Guido Papa in deciſionibus.deciſi.195.vbi idẽ
tenet,dicendo,quod conſiliarij regis poſſunt cõ
trahere,& ſic permittitur.Et quia iſti officiales
perpetui poſſunt per ſuperiorem ſyndicari,etiã
officio durante,& videri quomodo ſe habeant
in officijs:quod ſecus in officialibus temporali
bus, qui non debent ſyndicari niſi in fine eorũ
officiorum.Ita tenet Bal.in.l.niſi.§.cùm furioſi
ff.de tutelis & ratio.diſtrahen.¶Et quod dictũ
24 eſt in officiali perpetuo,idẽ eſt in officiali† poſi
tò ad beneplacitũ,quia poteſt contrahere,quia
æquiparatur perpetuo propter incertitudinẽ.ſe
cundùm Iaſ.ibi in dict.l.principalibus. & Bald.
& Ange ibi.Et facit glo. in Cle.2. de reſcriptis.
& in capi.ſi gratioſè.& in cap.fina.de reſcrip.in
6.Montal.vbi ſuprà.Ita determinat Bar.in.l.de
pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.ff.de noui ope.nũ
tia.& Cy.& Bal.in.d.l.quiſquis.& Bal.in.d.l.ſo
lent.§.fi.¶Quod intellige vt per Ang.in.l.eos.
C.ſi cert.peta.quãdo Papa, vel rex habet ex cõ
ſuetudine eos non remouere, quia tunc vt de
perpetuis iudicantur. ſecus ſi habet ex conſue-
tudine eos remouere poſt certũ tẽpus,quia iudi
catur de eis,vt de officialibus tẽporalibus,quod
25 nota.¶Quintò limita,quãdo res paternæ† con
fiſcatæ venderentur,quia tunc licet filio officia
li emere propter affectionem.textu. in dicta.l.
qui officij.ff.de contrahenda emptiõne.& in.l.
milites.ff.de re mili.& dixi ſuprà in gloſ. here-
26 dad.nume.3. ¶Sextò limita† non procedere in
officiali,qui caperet donationem remuneratio
nis cauſa durante officio.l. Aquilius regulus.ff.
de donatio.& ibi Barto.ſecundùm Alexand. &
Iaſo.in dict.l.principalibus. ¶Septimò dictam
27 regulam limita† non procedere, quando offi-
cialis contrahit palàm,& bona fide,vel cum au
thoritate alterius adminiſtrationis,ſicut in ſimi
li dicitur de tutore.ita tenet gloſ.in.l.ſi emptio
ne.§.fi.in.3.ſolutione.argumen. illius tex.ff.de
contrahen.emptio.& facit tex.in.l.non exiſti-
mo.ff.de adminiſtra.tuto.ſecundùm Ange.ibi,
in dict.l.principalibus.& Rapha.Fulgo.in dict.
l.non licet.ff.de contrahen.emptiõ. dicit quòd
ita ſeruatur de conſuetudine. ¶Sed ſecundùm
Alexan.& Iaſo.in dict.l.principalibus.contra-
rium & melius tenet glo.in dict.l.1.C.de cõtra.
iudi.quæ eſt ſingula.ad hoc ſecundùm Bald. &
Saly.in dict.l.quiſquis.C.ſi cert.peta.vbi idem
tenet,& ſequitur moderni.eo,quia iura contra-
ria loquuntur in adminiſtratoribus priuatis,ſci
licet tutoribus,in quibus ceſſat ratio impreſsio
nis metus.& quòd ita probet text.in dict.l.1.C.
de cõtra.iudi.vbi dicit, quòd officialis, qui vult
contrahere,debet hoc ſpecialiter impetrare:ſed
fruſtra impetraretur à principe,quod palàm,&
bona fide poſſet facere. & idem tenet Paris de
Put.in.d.tracta.ſyndi.in parte, contrahere offi
cialibus.folio.87.in libro portatil.num.8.&.9.
¶Vbi quoq; dicit,ꝙ poteſtas, vel capitaneus
non poteſt dare licẽtiam aſſeſſori ſuo, vt in offi
cio cõtrahat,ſed requiritur licẽtia principis.per
tex.& glo.in dict.l.1.C.de contra.iudi. ¶Octa-
uò limita,vt procedat per viam contractus inter
28 viuos,† ſecus per vltimam voluntatem.& ideo
durante officio poteſt officialis inſtitui hæres,
& ſibi fieri legatum ſecundùm Iaſo. in dicta.l.
principalibus.per legem.non dubium.In prin-
cipio.in verbo,poteſtate.C.de teſtamen.& ibi
Barto.& commu.docto.ad quam limitationem
infert Iaſo. quòd prohibitus contrahere cum
certo genere perſonarum, non prohibetur eis
relinquere per viam vltimæ voluntatis. Facit
text.in.l.teſtamentum non ideo.& ibi gloſſ. &
Bald.C.de teſtamen.& vltra Iaſo. tu vide Ale-
xand.in conſilio.120.in.1.volum.num.5.vbi te-
29 net,† ꝙ vbi prohibetur alienatio per contractũ
intelligitur ꝓhibita alienatio,quæ fit in vltima
voluntate iure vniuerſali.allegat.l.verba geſſe-
runt.ff.de verborum ſignificatione.&.l.milites.
ff.de re milita.&.l.decuriones.cum ibi notat.ff.
de decurioni.&.l.1.in fine.iuncta gl. in verbo,
ſui.C.nõ liceat habita metropo.lib.11. & firmat
etiam clarè Ioann.de Imol.in.l. ſi ita quis.§. ea
lege.ff.de verbo.obliga.penult.colum. & bene
facit.l.fi.C.de prædijs curial.lib.10. & vide glo.
ſingul.in.l.4.titul.10.lib.3.foro legum.in gloſſ.
30 fi.in fi.vbi tenet,quòd licet per† ſtatutum fo-
renſis prohibeatur emere in loco non prohibe-
tur emere quæ fuerunt anteceſſorum,vel niſi il
la prædia empta,vel conducta obueniant iure
hæreditario.vt refert Ioann.de Platea in.l.1. C.
quibus

quibus ad conducen: præd. fiſca. non licet acce[pt.] de. lib. 11. Et Hippolytus de Marſi. in repeti. [l.] fi. ff. de iuriſdict. omni. iudi. nu. 111. tenet, quòd
31 licet res ſit † prohibita alienari in certum genus perſonarum, puta in forenſes, talis forenſis pōt ab inteſtato ſuccedere ex legis diſpoſitiōe. Barto. in dict. l. ſi ita quis. §. ea lege. argum. in. l. cùm pater. §. Iulianus Agrippa. ff. de legatis. 3. & ſequitur Paul. de Caſtro, & alij ibi. * Et an ciuitas prohibens exportari blandum extra diſtrictū, an comprehendat forenſem habentem agrum in diſtrictu dictæ ciuitatis: vid. Alberic. in rub. ff. de muneri. & honori. numero. 34. * ¶ Nonò
32 limita, vt non † procedat in officiali, qui habet adminiſtrationem ſine iuriſdictione. ſecundùm Bartolū. in. l. confertur. §. quod à præſide. ff. de
33 iure fiſci. ¶ Decimò limita in officiali † contrahenti ex licentia principis. per dict. l. 1. C. de cō tra. iudi. ſecundum Iaſo. in dicta. l. principalibus. Et Paul. de Caſtro. ibi vnico verbo ponit has limitationes, & vide Bertachi. de firmio. in tract. gabellarum. in. 3. parte principali. colum. 2. in fine. vbi quoq; eas ponit. ¶ Angel. quoq; dicit in dicta. l. principalibus. quòd fallit, ſi nego-
34 tiatur † nomine reipublicę, & ad eius vtilitatem vt in. l. Gaius. ff. de vſuris. & in. l. ciuitas. ff. ſi certum petatur. ¶ Item dicit quòd fallit, ſi negotiatur ſuper re ipſius reipublicæ, quam adminiſtrat palàm, & bona fide cum ſuo collega. vt in dict. l. ſi in emptione. §. fi. ſed dic vt ſupradixi. ¶ Eſt alia limitatio, & fallentia, & ſic. 13. quando
35 eſt ibi conſuetudo, † vt iudices contrahant quia tunc poſsint ſine pœna contrahere. tenet Paris de Put. vnico verbo. in. d. tractatu. in parte, contrahere. fol. 86. nu. 7. ¶ Adde aliam, & ſic deci-
36 mam quartam, ſcilicet, quando iudex † cōtrahit in alio contractu, quàm mutui, ſcilicet, quando talis iudex habet proprietates in illa ciuitate, Caſtro, vel loco, ſeu res immobiles, quia tunc poteſt contrahere: quia præſumitur ſubiectos diligere, & eos nolle opprimere. tenet Montal. in. d. glo. ordi. in parte, officiales. Vide tu Bertachi. in tracta. gabella. in. 3. parte. num. 10. tomo. 6. tracta. fol. 55. vbi ponit aliquos ex iſtis caſibꝰ, quem vide. * Quia mutuum recipere nō poteſt quia dans præſumitur eum corrumpere, & in iudice preſumitur barateria, licet adijciatur mutui titulus: tenet Peregrin. in parte mutuum, tamen hodie contrarium cauetur, imo quòd iudices mutuum recipere poſſunt in pragmati. 40. in curijs Valiſoleti. anni. 1558. * ¶ Et an ſi poteſt
37 iudex matrimonium † contrahere in ciuitate, in qua officium gerit. Vi. text. in. l. vnica. C. ſi rector vel prouinc. vbi tenet, quòd non. & tex. in l. 2. titul. 14. parti. 4. niſi in ſua patria, vbi iuriſdictionem exercet. ¶ Et ibi glo. in dict. l. vnica. in verbo, adminiſtrantes. ¶ Sed tu vi. dictum ſingu. Saly. ibi, in. fi. vbi quoq; dicit, quòd ſupradicta ſunt vera de iure ciuili: ſed de iure canonico poteſt liberè matrimonium contrahere. & ſic d. l. vnica. & d. d. parti. ſunt correctæ. * Et matrimonium tenet de iure Canonico, vt Cym. in. l. fi. C. de inter. matri. & Peregrina in part. concubina. q. 3. in glo. prouinciali. * Et quoq; poteſt retinere concubinam in ciuitate, quam regit. prout tenet Roma. ſingula. 481. per. l. fi. ff. de concubi. & l. 2. titu. 14. parti. 4. ¶ Attamen in caſibꝰ, in quibus prohibetur officialis contrahere du-
38 rante officio, ſi contrahit, † talis contractus an iuramento firmetur? dic ꝙ non, tamen iuramentum eſt ſeruandum. per. c. debitores. de iureiuran. tenet Bar. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. col. 3. num. 10. verſi. quartò dixi, & dictus Paris de Put. in dict. tracta. in dicta parte, contrahere officiales. ¶ Sed an officialis, qui prohibetur cō
39 trahere, prohibeatur pignus † accipere. Iaſo. in d. l. principalibus. d. nume. 3. dicit, quòd tactum non inuenit, & arguit ad partes. Tamen nō eundo per mendicata ſuffragia dicit, ꝙ eſt gloſ. expreſſa in. l. in quorum. ff. de pigno, vbi dicit, ꝙ officialis, qui prohibetur contrahere cum ſubditis officio durante, non prohibetur accipere pignus: & Bart. ibi, & Bertachi. in. d. tracta. gabella. in. d. 3. parte. num. 10. de intelle. in hac. q. Iaſo. vbi ſupra putat diſtinguendum ſic. Aut officialis fecerat contractum ante ingreſſum officij, vel in alio loco, ita ꝙ contractus principalis erat validus, tunc durante officio pro illo contractu poſsit pignus, ſeu ſecuritatem accipere, ſed ſi officialis officio durante fecerit contractum, quia non valet, ſi pro illo contractu acceperit pignus credit quòd non valet acceptio pignoris. ¶ Ex qua diſtinctione infero intellectum ad dictum Ange. in. l. pars literarum. ff. de iudicijs. vbi te-
40 net, ꝙ licet poteſtas habeat † inſtrumentū guarentigium, contra ſibi ſubditum, non poterit illud petere executioni mandari durante officio, ſed remedium eſt, vt cedat iura ſua, ita ꝙ de euictione non teneatur, & ceſsionario nō obſtabit exceptio, per. l. ſed & ſi reſtituatur. ff. eo. quod dictum ſequitur Paris de Put. in. d. tracta. in parte, officiales durante. fol. 106. nu. 10. ¶ Quòd intelligatur, ſi inſtrumentum, vel contractū fuit factum durante officio, ſecus ſi ante. Sed tenerem, quòd non mandetur executioni, licet ſit antea factum: quia magiſtratus maiores, & ſic iudices, non poſſunt conuenire, nec conueniri durāte officio, ſed eo finito. per tex. in. d. l. pars litera-



durante officio, ſed eo finito. per tex. in dicta. l. pars literarum. & tex. in. l. 2. tit. 20. for. leg. libr. 4. & ibi Montal. in glo. in parte, *ni alcalde ni merino*. maximè quia in executione requiritur cauſæ cognitio ad minus. 10. dierum. per. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. in ordi. regali. & ibi Rodericus Suarez in rep. quā poſuit iūcta. l. poſt rem. ff. de re iud. & tex. in. l. 64. in. ll. de Toro. ¶ Sed finito officio, pōt executioni mādari, quia poteſt contrahere. vt Iaſ. in dict. l. principalibus. nume. 4. & dixi in. c. 1. ſuprà in glo. *durante*
41 *el tiempo de ſu officio*. ¶ Adde in propoſito, † ꝙ ſi poteſtas mittit famulum ad emendum carnes, vel alias res, poteſtas debet ſoluere debitū non familiaris: quia ille ſolummodo eſt nūtius, qui non afficitur ex contractu, prout tenet Bal. in. l. ſi tutor. in fin. ff. ſi quis cautio. & dicit quòd facit ad prædictam. l. titium. §. à matre. ff. de admi niſtra. tuto. vide quæ dicam in. capitulo. 4. infrà eo. in glo. *ſea obligado*. numero. 17.

ni traya ganados ° ē los terminos y baldios ꝺ los lugares ꝺ ſu corregimiēto: ſo

*por ello*. vbi quoque dicit, quòd quinque boues faciunt gregem. Idem tenet Angel. in dicto. §. ſi grex. nu. 2. vbi tenet, ꝙ quinque equi, vel boues ad ſimilitudinem porcorum faciunt gregem. vt glo. & Bartol. in dict. l. oues. Sicut quatuor, vel quinq; equites faciunt gē tem. vt Barto. ibi. & idē Angel. in. d. §. Sed ſi gregis. qui legit eum iuncto. §. In pecundum. nu. 2. & 3. Et gloſſ. in capitul. 1. 10. quæſtio. 1. dixit, quòd. 10. oues faciūt gregem, ſed porci quinque vel quatuor faciunt gregem porcorū. ¶ Saly. tamen in. l. 1. C. de abigeis. tenet contrarium, dicens, quòd in porcis, equis, & bobus, & in ouibus, quod. 10. requiruntur, vt faciant gregē. quia in. d. l. nō dicitur, quòd quatuor porci, vel quinque faciant gregē, ſed propter quatuor vel quinque illud crimen abigeatus committit. ¶ Tamē contra Saly ce. eſt text. in dict. l. parti. *ſi alguno hurtaſſe diez ouejas, o dēde arriba, o cinco puercos, o quatro hieguas*. & ibi. *por tanto que como ſobredicho es de cada vna deſtas coſas hazen greyes*. ꝙ nota. ¶ Quæ
3 autem differentia † inter gregem, & armentum? Bar. in. l. fi. C. de milita. veſte. libr. 12. dicit, quòd armentum eſt de animalibus magnis, ſed grex de pecudibus. & animalibus minutis. Qui ergo promittit gregem, poteſt dare pecudes, ſed qui promittit armentum, non poteſt dare niſi beſtias magnas, & groſſas. Quod Bar. ibi dicit eſſe notandum. & Ioann. de Plat. ibi vbi dicit, quòd, qui accuſat de damno dato ab armento, non ob 1
tinet probando de grege, nec econuerſo: quia appellatione armenti, in dubio intelligitur de animalibus groſsis, & grex intelligitur de paruis, vt de ouibus. gloſſ. pleniorem habes in Clem. 1. 1
de decimis. ſuper, verbo, gregibus. ¶ Sed contra dictum Bar. & gloſſ. in. d. l. fi. de milita. veſte. eſt text. ſecundum Areti. ibi in. l. ſi grege legato. ff. de lega. 1. vbi hoc nomen grex, comprehēdit bouem, & ſic animal magnum. ¶ Tamen ſecūdum Iaſ. ibi pro dictis gloſsis. & Bart. facit tex. in. l. 1. per hanc primo. ff. de rei vēdi. vbi ſeparatim ponitur ſignificatio gregis à ſignificato armenti. facit. l. boues. ff. de verbo. ſignifi. Et ad dictū text. in. d. l. ſi grege legato. reſpondet, ꝙ ex quo text. dicit, ex eo grege pecus eſſet vel vnus bos, in quā tum dixit primò, pecus, terminus, grege, propriè ſtat: ſed dū ſubiungit de boue, capitur largè. Sicut in. l. fi. ff. de abigeis. declarat gloſſ. in. d. Cle. 1. ꝙ grex largo modo cōprehēdit omne genus animaliū, quod gregatim paſcitur. vt in. l. legatis. §. pecoribus. ff. de legatis. 3. ¶ Sed tene, ꝙ iſte

*S V M M A R I V M.*

1 *Grex quis dicatur.*
2 *Abigeatus crimen, quod dicatur.*
3 *Inter gregem, & armentum, quæ ſit differentia.*
4 *Iudex, qui in ſua patria gerit officium, poterit portare gregem in paſcuis publicis.*
5 *Quod tempus iudex debet portare gregem in paſcuis publicis, ad hoc vt puniatur.*

o Ganado. ° Qui ex decem ouibus cō
1 ſtat, vel ex quatuor, † vel quinq; porcis. vt in. l. oues. ff. de abigeis. gl. in. §. ſi grex. Inſti. de lega. Et tenet Nicaſi. de Boerda. in. §. quod verò natura. Inſtit. de iure nat. gen. & ciui. nu. 3. Quod intellige ſimul, & congregatim conſiſtentium. vt gl. in. §. ſed ſi gregis. Inſtit. de rerum diuiſio. & tex. in. l. 19. tit. 14. part. 7. vbi dicitur idem, ꝙ. 10. oues, & quinq; porci, aut quatuor equi, vel tot earum fœtus facit gregem, minor autem numerus non, vt ibi infertur ſecūdū
2 dic. l. partitæ, ꝙ qui minorem numerum † furatur, non dicitur abigeus, & per conſequens non debet mori, ſed aliter punitur, vt ibi. * ¶ Ex quo infertur, ꝙ ad hoc, vt iudex incidat in pœnam iſtius. c. debet portare iſtum numerum gregis in paſcuis publicis, aliter non ponitur. Et facit gl. Montal. in. l. 6. tit. 5. lib. 4. for. leg. in gloſ. *muera*

4 iſte tex.non habet locum in officiali,† vel iudice,qui exercet officium in ſua patria, & in officiali perpetuo,vt dixi ſuprà in gloſſ.*mercaderia.* ¶Et quia in iſto text.dicitur,quòd iudex non portet gregem in paſcuis publicis,& non ſe declarat,nec dicit per quod tẽpus debet per-

pena p, que el que lo

5 manere dictus grex in dictis paſcuis,† vt pœna committatur,quod tempus requiritur? Dic ꝙ in iſto caſu relinquitur arbitrio iudicis ſyndicãtis:quia quando tempus non eſt taxatum à lege,debet taxari arbitrio iudicis.gloſ.in.l. ſi conſtante.§.pe.in verbo,temporis. ff. ſolut. matri. vbi gloſſ.altercat quando dicatur modicũ tempus,& ponit opiniones:vna,ꝙ ſit.10.dierũ:alia, quòd ſit trium dierum alia,quòd ſit duorũ menſium,vel trium:alia & finalis, quòd ſit arbitrio iudicis relinquendũ,& cum iſta tranſit ibi Bar. & dicit eſſe vera.argumen.in.l.1.in fine.ff. de iure delibera. vbi quando lex non ſtatuit certum tempus, relinquitur arbitrio iudicantis. & ibi Bart.& Bald.& tenet in expreſſo Abb.in. capi. nonnulli.de reſcript.colum.2.nume.6.ſequendo Hoſtien.& dicit,quòd in non determinatis à lege,arbitrium iudicis ſuccedit.vt in dicta. l.1. §.ait prætor.& in capitul.de cauſis.de offic. delega.quod ſequitur Alexan.in additio. ad Bart. in.dicto.§. ait prætor.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna legis,vel ſtatuti habentis plura capitula,an extendatur ad omnia capitula, ſi eſt in fine appoſita.*

p **So pena.** p Nota text. ꝙ quando finis legis determinat aliquã pœnam,& præcedunt † multa capitula, vt in iſto
tre,ſed conueniretur.l.ille à quo.allegata in.d.l.
qui iuriſdictioni.¶Quintò fallit, quãdo iudex
pariter eſſet affectus,vel coniunctus tam actori,
quàm reo.arg.in.l.non ſolùm.§.denuò.ff.de ri-
tu nuptia.notat gloſ.in.c.poſtremò.de appella.
facit bene.l.repeti. aliàs eſt lex extraneo.ff. de
quæſtioni.cum ibi notatis per Bart.gl.in.ca.1.3.
q.5.¶Sextò fallit,vbi perſona iudicis eſſet talis
qualitatis, quòd omnis ſuſpicio veriſimiliter
ceſſaret,vt ſi eſſet monachus.ita Specul.in titu.
de iudice delegat.§. ſupereſt. verſic.quid ſi non
eſt cõſanguineus.arg.in.l.non omnes.§. à barba
ris.ff.de re milit.¶Septimò fallit,in iudice dele
gato.ſecundùm gloſſ.quæ ita intelligit in. l. in
priuatis.ff.de iudicijs. Et ratio differentiæ eſt:
quia ordinarius nõ poteſt recuſari tanquã ſuſpe
ctus de iure ciuili.vt in.l.nemo.cum ibi notatis.
C.de iuriſdic.omni.iudic. & ideo grauiſsimum
fuiſſe,quòd talis poſsit eſſe iudex,ſed delegatus
tanquam ſuſpectus bene poteſt recuſari.vt in.l.
apertiſsimi.C.de iudic.quod intellectus appro
batur communiter per docto.in.d.l. qui iuriſdi
ctioni.ſecundũ Alexã.ibi.dicit tamen Paul. de
Caſtro,quòd licet de iure ciuili non poteſt recu
ſari ordinarius,fallit in caſibus in.d.l. qui iuriſ-
dictioni.expreſsis: & ideo in illis caſibus bene
põt eſſe iudex.patet,quia text.ibi vtitur verbo,
nõ debet,nõ autem verbo,nõ poteſt.& ſic ſecũ
dùm Alexã.ibi.nu.2.ſi non opponatur,valebit
proceſſus.& ita intelligitur.l.in priuatis.allega.
in gl.d.l. qui iuriſdictioni. & putat verum eſſe,
quòd in caſibus illius.l.poſsit eſſe iudex, ſi non
opponatur.vt dicit notare Ioan.Andre.in.c.po
ſtremo.de appellatio.per tex.in.c.1.3.q.6.verſi.
Item ſi cõtra patrem.& probatur in.l. quinetiã.
ff.de arbitris.Quod dicit intelligẽdum in crimi-
nalibus,in quib⁹ pater nõ põt eſſe iudex in cau-
ſis filio-



ſis filiorũ,vel aliorũ,ſi opponatur abſq; aliqua
recuſatiõe facta ratiõe ſuſpiciõis allegãdæ,quia
lex excludit iuriſdictionis exercitium.¶Sed in
cauſa ciuili poteſt eſſe iudex etiam ordinarius,
dummodo non recuſetur allegat.dic.l. in prola
tis.& facit pro hoc, quod notat gloſſ. & Archi-
diaco.in dicto.§.tria.verſicul.Item ſi contra po
teſtatem.quæ gloſ.ſimiliter in criminali loqui-
tur.& iſta opinio ſatis placet Alexand. licet fal
lit in caſibus,vt ibi per eum. ¶Et Alexand., vi-
detur tenere,quòd ſi non fuit oppoſitum,valet
ſententia. cuius contrarium tenet Abbas in.d.
c.cùm veniſſent.num.12. vbi tenet,quòd vbi iu
dex eſſe non poteſt , quia eſſet iudex in cauſa
propria,non valet ſentẽtia:quod intelligit,etiã
ſi aduerſarius conſentiret:nõ enim illum poteſt
facere iudicem in propria cauſa,quinimo etiam
nec tanquam in arbitrum conſentire.l.penulti.
ff.de arbitris.ſecus ſi vellet ſibi dare poteſtatem
tãquam arbitratori vt procederet extra iudicia
liter,quia tunc poſſet.vt.c.veniens.&.c.quinta
uallis.de iureiurã.Et licet Alex.nullã faciat mẽ
tionẽ de Abb.AEneas de Falco.ibi in additi.ad
eundẽ Abb.dicit,ꝙ licet ex cõſenſu partiũ talis
ſententia non poſsit validari,per ea , quæ dixit
in.c.dilecti filij.de iudic.tamen fortè valeret in
vim pacti.vt dixit in.d.ca.dilecti. in additione,
quæ incipit,Aduerte.quæ eſt in nu.5. ¶ Sed in
caſibus verò, in quibus poteſt eſſe iudex , licet
poſsit recuſari,tenebit ſententia, niſi recuſetur,
quia verè iudex eſt,& iuriſdictionẽ habet,licet
elidibilẽ per exceptionẽ,vnde antea quàm eli-
datur iuriſdictio , tenent geſta per eum. vt te-
net Abb.in.d.c.cùm veniſſent.in fi.¶Quid di-
cẽdum de cõtrarietate Abb.& Alexan.licet per
doctores nõ inuenio tactũ,tamen pro Alexan.
eſt cõmunis opinio:quia ſi nõ opponatur à par
te,poteſt eſſe iudex:quia partes nõ opponẽdo,
intelliguntur cõſentire,& prorogare iuriſdictio
nem,quæ aliàs poterãt declinari, & hoc cõmu-
niter tenetur ſecundũ Iaſ.in.d.l.qui iuriſdictio-
ni.nu.6.in fin.¶Tamen Bart.in.l.2. ff.ſi quis in
ius voca.non ierit.nu.7.vult hoc intelligere, ꝙ
quãdo nõ fuit oppoſitum cõtra iuriſdictionem
valeat ſentẽtia,eſt verũ,quãdo partes cõparent,
& ſciunt illũ eſſe iudicem.ſecus ſi ignorauerint,
quia non videtur prorogata iuriſdictio.Et idem
ſi dubitauerint,niſi eſſet pronuntiatũ ſuper iu-
riſdictionem , & iudex pronuntiabit ſe eſſe iu-
dicem competentem, tũc talis ſententia faceret
ius,ne poſsit poſtea diſputare de errore,vel du-
bitatione partiũ:quod eſt notandũ,licet loqua
tur in alio caſu.& idem tenet Bart.in repet.ibi.
nu.5.¶Octauò limita in officiali, puta notario,
vel aſſeſſore,qui delinquit in officio : quia po-
teſtas poteſt eũ cõdemnare,nec ab eius ſenten-
tia appellatur.tex.in.l.nulli.C.quorum appel.
nõ recipi.& Bar.& Ang.ibi.& etiã ſi delinquat
extra officium.vt Bart.in.l.ſi quis.ff.de pœnis.
Quod eſt verũ,quando delictum eſt notorium:
quia in notorijs delictis poteſt ſibi ius dicere in
cauſa propria,quãdo pœna eſt certa,& limitata
à iure,vel ſtatuto ſecus quando eſſet arbitraria,
tunc nõ poſsit punire, etiã ſi delictũ eſſet noto
rium,ſed debet ad ſuperiorem remittere.ita te-
net Iaſ.ſupplẽdo Alex.in.d.l.qui iuriſdictioni.
in iſta.8.fallẽtia.& idẽ tenet ibi Frãciſcus Curt.
in additio.ad Alex.in additiõe,quę eſt in nu.4.
& infrà dicam.¶Nonò fallit in caſu.c.1. de pœ-
nis.in.6.¶Decimò fallit,quãdo cõſuetudo hoc
induceret ſecundũ doct.in.c.cùm cõtingat.per
glo.ibi,de foro cõpeten.Tu allega text.expreſ
ſum in.d.c.1.de pœnis.in.6.cum gloſ.in.verſic.
punire.in fine. ¶ Vndecimò fallit in epiſcopo,
qui poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ.glo.
ordin.in.c.ſi quis ergo.in glo.fi.2.q.7.& in.d.c.
cùm veniſſent.Innoc.in.c.in noſtris.de electio.
¶Duodecimò,quando epiſcopus vendidit rem
eccleſiæ,& poſtea vult eã vẽditionẽ retractare,
quia poteſt coram eius vicario litem mouere.Et
ſimiliter quando epiſcopus vult mitti in poſſeſ
ſionem bonorũ relictorum pauperibus, poteſt
per eius vicarium ſibi dari tenuta dictorũ bono
rum.ſecundũ Bart.in.l.ſi quis ad declinandam.
C.de epiſco.& cleric.quicquid teneat Innoc.in
ca.ex parte.de verb.ſigni. ſecũdũ Iaſ. vbi ſuprà.
quas limitationes ponũt Alex.& Iaſ.in.d.l. qui
iuriſdictiõi.¶Vbi plus dicunt,ꝙ regula,ꝙ quis
in cauſis ſuorum non debet ius dicere,procedit
vſq; ad decimũ gradum cognatiõis, vſq; ad quẽ
permittitur ſucceſsio.ſecundũ Bar.Ang. & mo
der.ibi.& ſecundũ Bar.in.l.qui teſtamẽto. §. ꝙ
autem.vlti.colũ.ff.de teſtament.& docto. in.c.
inſinuante.de offic.delega.¶Et quid de conſan
guineo conſanguinei mei, & quid de amico ini-
mici mei,vi.per Alex.& Iaſ.in. d.l. qui iuriſdi-
ctioni.¶Sed ego addo aliã fallẽtiam,in qua po-
teſt quis ius ſibi dicere,ſcilicet quando quis ex
11 defectu iuriſdictionis † rẽ ſuã nõ valet cõſequi,
tunc poteſt propria authoritate illã cõſequi, &
inuadere.vt dicit glo. notabil.in.c.ius gentium.
1.diſtinct.& Innoc.in.c.olim.de reſtitu.ſpoliat.
& Mõtal.in gl.ordi.regal.in parte, iudices iuſti
tiam.& Abb.in.c.1.de dolo.& cõtuma.nu.10.&
allegat.l.ait prętor.§.ſi debitorem.ff.qui in frau
dem credito.l.nullus.iuncta glo.C.de Iudæi.&
quod notatur in.c.cùm ab homine.de iudic.Et
Specula.in tit.de actore.§.1.verſic.Item ꝙ vult.
nu.55.

nu.55.ponit iſtũ & alios plures caſus, in quibus
poteſt quis ius ſibi dicere. ¶ Sed aliter tenet
Abb.in.c.qualiter & quando.de iudic.1.colum.
nu.2.vbi ait,quòd licet iudex negligat iuſtitiã
facere,nõ tamen per hoc quis ius ſibi dicere de-
bet,ſed debet habere recurſum ad ſuperiorem:
in defectum tamẽ ſuperioris licitũ eſt cuilibet
ius ſibi dicere.vt notat Innoc.in.d.c. olim cau-
ſam.de reſtitu.ſpoliat.Et hoc credo verius: quia
prius eſt requirẽdus iudex vt ſibi iuſtitiam fa-
ciat,& illo negligẽte,debet ad ſuperiorem acce
dere,ſcilicet per viã appellationis denegatæ iu
ſtitiæ.vt Petrus Anchar.in.d.c.qualiter & quã
do.& vi.l.fi.§.illud.C.de tempo.appella.& ibi
Barb.in additio.ad Bar.& ſi neuter faciat ſibi iu
ſtitiam,tũc poteſt ſibi ius dicere, & accipere rẽ
ſibi debitam,etiã manu militari,propter poten
tiam aduerſarij,ratiõe denegatæ iuſtitiæ,& pro
uidere indemnitati ſuæ,& ſe indẽnem cõſerua-
re,nec propter hoc incidit in pœnã. l. ſi quis in
tantam.C.vnde vi.nec.l.2.tit.19.foro.ll.lib.3.&
l.8.tit.5.eod.for.& libro.prout tenet Antonius
Franciſcus in additio.ad Abb.in.d.c.qualiter &
quãdo.in additiõe,quæ eſt in.n.2.in parte ius ſi
bi dicere.Et ibi AEneas de Falco.in.d.additiõe
tenet,ꝙ creditor, qui ꝓpria authoritate exigit
ſuos debitores,nõ inueniẽdo iuſtitiã; nõ incidit
in pœnã illius.l.licet dicat,ꝙ per aliquẽ non vi
dit tractata,& cogitandũ relinquit. ¶ Et idem
dic ꝙ quãdo non habetur copia iudicis; poteſt
quis propria authoritate ius ſibi dicere, ſi peri-
culũ ſit in mora.ſecundũ Cy.& Bald.in.l. ſed ſi
per prætorẽ.§.ait prætor.ff.ex quibus cauſ. ma
io.per.d.§.debitorẽ.Attamẽ Alex.in.l.1.§. nun
tiatio.ff.de noui operis nũtiatione dicit idẽ,etiã
ſi non ſit periculũ in mora.per.l.generali.C. de
decur.lib.10.ſed debet prius expectari iudex ab
ſens.quod intelligit,ſi ſit in breui rediturus, a-
liàs nõ.Et quoq; nõ debet expectari, quãdo ex
pectatio eſſet fruſtratoria ſecũdũ Alexã.vbi ſu
prà.nu.6.&.7.allegãdo gloſ.in.c.1.& ibi Bal.de
cõſuetudi.recti feudi. ¶ Omnia ſupradicta lo-
quũtur in ciuilibus. Sed quid in criminalibus.
12 an iudex† poſſit cognoſcere de ſua vel ſuorum
familiariũ iniuria,putà quãdo poteſtas percuti-
tur,iniuriatur,vel vulneratur,nunquid poterit
delinquẽtẽ punire?Et quia eſt queſtio, quæ ſæ-
pe accidit,volo eã examinare.Et pro parte affir
matiua,& ſic,ꝙ poſſit de ea cognoſcere,facit:qa
præſes prouinciæ omnẽ iuriſdictionẽ habet in
ſua prouincia quã varij iudices habẽt Romę.ff.
de officio præ.l.ex omnibus.&.l.ſequenti.ergo
à ſimili.& poteſtas in ſua ciuitate:ſed lege caue
tur,quòd præfectus omnia vlciſcitur. vt.ff. de
officio præfe.vrbi.l.1.in principio.ergo & potẽ
ſtas,cùm ille,qui in eũ ſurrexerit,crimen com-
miſerit.¶ Quoq; facit:quia præſes debet purga
re ſuã ciuitatẽ malis hominibus:vt in.l.cõgruit
ff.de offi.præſi.nec diſtinguit,ergo nec nos di-
ſtinguere debem⁹.vt in.l.deprecatio.ff.de pub.
¶ Et qa reipublicæ vtile eſt,nec maleficia rema
neãt impunita.vt in.l.ita vulnerat⁹.ff.ad.l.Aqui
liã.Sed niſi poteſtas puniat,remanebit impuni
tũ maleficiũ,cũ null⁹ ali⁹ habeat hãc poteſtatẽ.
¶ Et quia permittitur ius dicenti non pati ſe cõ
temni,& cõtemnẽtes poteſt punire.vt in.l. nec
quicquã.ff.de offi.proc.& lega.§.1.& in.l.obſer
uãdum.ff.de offi.præſi.ergo multò magis ſuos
iniuriatores puniet,cùm ſit maius.vt.ff. de iniu
rijs.l.iniuriarum.§.ſi quis.¶ Alia ratio:quia con
ſtat poteſtatem ciuitatis dici principem ipſius
ciuitatis.vt in.l.ſpadonem.§.ſi ciuitas.ff.de ex-
cuſa.tuto.ſicut & dominus dicitur princeps fa-
miliæ.vt.ff.de verbor.ſignificatio.l.familiæ.ſed
princeps familiæ animaduertit in illos de fami-
lia in ſe delinquẽtes.vt in.l.ſi ſeruum. ff. de ver.
obligati. & in.l.quid ergo.ff.de legat.primo. &
in.l.1.ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. ergo
poteſtas poterit animaduertere in ſuos ciues in
ſe delinquẽtes.¶ Alia ratiõe probatur: quia ma
giſtratus eſt publica perſona.ff.de Iuſti.& iure.
l.1.§.ius publicũ.& ex iniuria ſibi facta reſpubli
ca eſt affecta,ſicut ex iniuria ſacerdoti illata. vt
in.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcopis & cleri.
ergo poteſt talem iniuriam vindicare, etiam ne
mine nũtiãte.¶ Finali ratiõe probat. Ille qui de
dit magiſtratũ populi Romani,incidit in.l. Iuli.
maieſta.vt in.l.1.ff.ad.l.Iuli. maieſta. nec mirũ,
cũ in magiſtratu repræſentaretur imperator, ſi-
cut dominus repreſentatur ſeruo.vt.ff.de optio
ne lega.l.ſi Pãphilo.& ſicut in miniſtro eccleſię
repræſentatur eccleſia.ff.de annuis leg.l.annua.
§.Attitia.argumen.l.peto.§. mater. ff. de legat.
ſecundo.& ideo iniuria facta ei, domino Regi,
ſeu Imperatori videtur illata,ſiue imperio,cum
in parte miniſter eſt.vt in Procœmio Inſtitutio.
nullus.& nullus dubitat,ꝙ iniuriam factam im
perio, & principi, ipſe princeps vindicare po-
teſt,ſicut Imperator.vt in.l.quiſquis.C.ad.l. Iu
li.maieſta.¶ Pro cõtraria parte, quòd nõ poteſt
ius ſibi dicere. vt in dicta. l. vnica. ¶ Secundò:
quia ex offenſa iudex eſt factus inimicus.C. de
in offi.teſt.l.liberi.&.ff.de his q teſta.delẽ.ſi ini
micitiæ,& ſi eſt inimic⁹,nõ debet ius dicere. vt.
ff.de iniu.l.lex Corn.arg.in.l.pariter.C.de libe.
cauſ. qa ſi aliq defenſio cõpeteret offendẽti, nõ
admitteret eã,cũ de ei⁹ defenſiõe admittẽda nul
lo mõ poſſet cogitare,ſicut aliàs dicit.C.de here
tic.l.ſi



tie.l.ſi quis orthodoxe.in fine.¶ Item, quia nõ
debet quis committi ſui aduerſarij poteſtati. vt
l.ſi idẽ.ff.de iuri.omni.iudic. ¶ Et quia lex eſt
expreſſa,quòd ſi patitur iudex iniuriã,ſuperio
ri ſuo illud debet nũtiare,vt puniat. vt in authẽ
tica de defenſione ciuita.§. ſi verò egerit. colla-
tio.3.ergo non poterit per ſe:quia ſi per ſe poſ-
ſet,non poterit ab alio.vt.ff.de furti.l.ſerui & fi
lij.¶ Quoq; facit:quia iſti competit defenſio,&
debet audiri:Sed cùm iudex aſſumit ſibi accuſa
toris vel denuntiatoris perſonam,iudiciariã po
teſtatem,quam habet,amittit,cùm in eadem li
te duplici non poſſit fungi offici.vt in.l. nemo.
C.de aſſeſſo.¶ Et videtur caſus expreſſus in. l.
ſenatus.ff.de offi.præ.¶ Cyn.in dict.l.vnica.C.
ne quis in ſua cauſ.2.colum.pro ſolutione & in
tellect.dicit,quòd Iacob.de Aret.diſtinctionem
facit.¶ Aut delictum eſt notorium.¶ Aut non.
¶ Si eſt notorium,non indiget inquiſitione,ſed
ſola puniendi coertione,vt in.l. ea quidem. C.
de accuſation.& tũc poterit punire, cùm in hoc
ſit executor potius,quam iudiciarius ordo in ta
libus non ſeruetur.vt in.capitul.cùm ad noſtrã.
de iureiura.& Bartol.in.l.confeſſus.ff.de cuſto.
reorum.& ibi Alexan.in additio. Nec poreſt re
ſpui vt ſuſpectus:quia cùm per appellationem
non recedatur ab executore.l.ab executore.C.
quorum appella.non recipi.meritò nec per re-
cuſationem,cùm recuſatio ſit ſpecies appellatio
nis.vt in.d.l.non diſtinguemus.§.quidam.ff. de
arbitris.& à quocunq; remouetur genus, & ſua
ſpecies.l.ſi cauſa cognita.C.de trãſactio.& quia
in notorijs delictis non intelligitur quis graua-
ri.vt in.§.in manifeſtis.2.q.1.lex eſt enim quæ
facit,non ipſe.l.1.C.ne liceat potentio.¶ Secun
do caſu,quando delictum non eſt notoriũ, aut
iniuria eſt illata obtentu dignitatis,aut inimici-
tia perſonali,ſi dignitatis obtentu, poteſt inqui
ri,& punire:quia iniuriam ſuę dignitatis poteſt
quilibet vlciſci.l.milites.§.retinẽtes.ff. de re mi
li.l.continet.ff.quod metus cauſ. Et ad hoc fa-
ciunt omnia iura, quæ dicunt, quòd iudex de-
bet pati ſe contemni,& ꝙ læſa maieſtas eſt vin-
dicãda, & iudex ſuã iuriſdictionẽ defendere de
bet.vt in.c.& qui mẽdicat.25.diſtin. &.c. ſi quis
erga.2.q.7.&.c.Guiliſarius.23.q.4. ¶ Si verò il-
lata fuit iniuria ex inimicitia perſonali. licet ſe
cundariò pertineat ad diuinitatẽ,præualet prin
cipale,ſcilicet iniuria perſonalis.vt in.l. eũ qui.
§.ſi iniuria mihi.ff.de iniuri.& hoc caſu non po
teſt punire,ſed poteſt facere,vt malefactor po-
natur in tuta cuſtodia,& ſucceſſori,vel principi
querela reſeruetur.vt in dic.l.ſenatus.ff. de offi
ci.præ. & in.l. capite quinto.ff. de adulte. & ita
dicit Cyn.ꝙ diſputat, ꝙ ſoluit dictus Iacob. de
Aret.¶ Sed dicit,ꝙ Petrus de Bella per.dicit, ꝙ
licet iudex poſſit proſequi iniuriã ſibi factam,
quatenus tangit intereſſe,& vtilitatẽ reipubli-
cæ,ne poſſit dici ſuſpectus,non tamẽ ipſe ſolus
debet ius dicere, ſed debet aliũ ſibi adiungere:
quia propter id,quod ſecundariò tãgit perſonã
ſuã, habetur vt ſuſpectus. quod ſatis æquitatis
ratione defendi poteſt.¶ Tamẽ Bald.ibi.in.d.l.
2.nu.2.dicit,ꝙ iſtud dictũ Petri de Bella per.nõ
probatur per aliquã legẽ. & ideo dicit tenendũ
diſtinctionẽ ſupradictã Iacob.de Aretio. quam
diſtinctionẽ Iacob. de Aret. approbat Abb. li-
cet de eo,nec de Cy.nõ faciat mentionẽ.in.c.di
lectus.de pœnis.nu.3.faciẽdo differẽtiã inter iu
dicẽ ordinariũ,& delegatũ,& inter iniuriam no
toriã,& occultã.Et idẽ tenet Ioã.de Plate. in.l.
nemo carcerẽ.C.de exacto.tribu.libr.10.nu.10.
in fine.vbi ait,ꝙ cõmunis opinio eſt, quòd po-
teſtas poteſt procedere cõtra delinquentẽ con-
tra ipſum met poteſtatẽ,& eius familiares,ſi crĩ
men eſt notoriũ, vel cõmiſſum cõtra dignitatẽ
officij,aliàs non.& idẽ tenet Lucas de Pen.in.l.
quinq;.C.de decurio.lib.10.colum.2.¶ Sed hoc
credo intelligendũ ſecundũ Abb.in.d.cap.dile
ctus.nu.3.ſcilicet ꝙ poteſt cognoſcere, ſi iniuria
eſt notoria, quando pœna eſt in iure expreſſa.
Secus autẽ quãdo veniret imponenda arbitrio
ſuo,quia tũc arbitrãdo poſſet excedere modũ.
Nec excuſat ibi notorietas delicti,maximè quia
pœna iniuriarũ ſecũdũ ius cõmune regulariter
eſt arbitraria.& iſtãmet limitationem & intelle
ctũ tenet idẽ Abb.in.c.1.de maledi.num.5.& ibi
eius additionator dicit eã ſingularẽ, & nouã, &
eã quoq; tenet Iaſ.in.d.l.qui iuriſdictioni.ff. de
iuri.om.iudi.nu.¶ Et Frãciſcus Curtius ibi in ad
ditio.ad Alexan.in additione in parte,lege, nul
li.quæ eſt in nu.4.dicit ꝙ poteſt,quãdo eſt pœ
na à lege,vel ſtatuto taxata,ſecus ſi arbitraria.&
eã quo tenet Mõtal.in.l.fi.titul.15.libr.2.for.ll.
in parte.10.*marauedis*.vbi vide cõgerẽtem diſtin
ctionẽ Iacob. de Aret.in ſumma. ¶ Iudex verò
delegatus,ſi iuriſdictio ſua nõ impeditur, nõ co
gnoſcet ſup iniuriã ſibi illatã,ſed per ſuperiorẽ
debet facere punire.Secus ſi iuriſdictio ſua impe
ditur,quia poteſt procedere contra impediẽtes,
vt Abb.in.d.c.dilectus.& Archidi.in.ca. ſi quis
erga.2.q.7.& Specula.in titul. de iudi. delegat.
§.5.verſi.Itẽ ad eius.nu.2.Et ita tenet Iaſ.in. d. l.
qui iuriſdictioni.nu.3.vbi ait, ꝙ ſi aliquis iudici
delegato iniuriam perſonalem intulerit,non po
teſt ipſe eũ punire,ſed debet ad ſuperiorẽ remit
tere.& hoc dicit eſſe tenẽdũ,quicquid dicat Ni
cola.de Neapoli in lecturis Barto.in.l. ſpadonẽ,
§.ſi ci-

§.ſi ciuitatis.per illũ text.ff.de excuſat. tutorũ. & vi.Abb.in.c.1.de offi.delega.nu.6.& idem in expreſſo tenet Innoc.in.dict.c. dilectus. de pœnis.¶Sed ſupradicta opinio,quod iudex quando eſt notoria iniuria,& certa pœna poteſt cognoſcere,videtur intelligi,quando non applicatur ſibi aliquid:quia ſi iudici aliquid applicaretur,putà decima,vel tertia pars,ſeu dimidia, vel ſportulæ,nõ eſſet eius cognitio:quia eſſet cauſa ſua, etiam quoad vtilitatem. ita tenet Bartolus ſingulariter in.l.ſi quis ex aliena.ff. de iudicijs. per gloſſ.in.l.de iure.§.1.ff.ad municipal.Et ibi quoq; Barto.dicit,quod dixit in.l.2.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.vbi in nu.3.verſi.tertium membrũ.hoc examinat.¶Et idẽ dicit,ꝙ ſi iudex ſentit aliquod commodũ, & debet habere aliquos ſolidos pro libra, ꝙ tunc ipſe non cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.per.d.gl.licet Gofre.in ſuis libellis determinet contrarium dicendo,quia per conſequentiam habet iſtud cõmodũ ſportularum,non principaliter:de hoc agitur ſicut in legatario, qui poteſt eſſe teſtis in teſtamento. vt in.l.qui teſtamento.ff.de teſtamen. & idem tenent Petrus,& Iacob.Butri.Sed opinio gl. plus placet Barto.ibi de iure.Nam vides,quòd ratione alicuius affectionis,licet ad iudicem non ſpectet aliquod commodum, nec incommodum, dicitur iudex incompetens: vt ſi eſt conſanguineus,vel aduocatus.vt in dict.l.qui iuriſdictioni.in ſimili de iure eius non eſt cognitio,ſed deberent eligi arbitri,vel ſuperiori remittatur, vt de ea cognoſcat.l.fina.C.de iudic. Tamen dicit Bar.ꝙ in quibuſdam locis de conſuetudine hoc non ſeruatur,& ille ſeruaret conſuetudinem loci vbi eſſet.& iſtam opinionem Bar.tenẽt Ang. Saly.Fulgo.& Paul.de Caſtr. in.d.l.2. & Bart. & Bald.Angel. & Rapha.in.l.quidam conſulebãt.ff.de re iudi.Bar.in.l.de iure.ff.de iudi. Bal. in.c.1.in tit.an apud iudicem vel circa. & in. ca. imperialẽ.§. præterea tertio. de prohibita feud. aliena.per Federi.in vſi.feudo.& in.c.ſuper literis.column.13.de reſcriptis.vbi illam glo.in.d.l. de iure.reputat ad hoc ſingula.idem tenet Angel.in.l.1.C.ne quis in ſua cauſ.& in.l.1. C. qui pro ſua iuriſdi.Anto.de Butri.in.c.cæterum. de iudic.& Cardina.Flor.in.c. paſtoralis. de reſcriptis.Mouẽtur Bar.& alij per rationem affectionis,vt dictum eſt.¶Quę ſimilitudo ibi dicit Iaſ. ꝙ ſibi non videtur bona in nu.17.Nam propter conſanguinitatẽ habetur maior affectio ad vnã perſonam,quam ad aliam:hinc eſt,ꝙ ſi iudex eſſet æqualiter conſanguineus partis vtriuſq;, nõ poſſet repelli:quia par affectio omnem ſuſpicionem tollit.vt in.l.non ſolùm.§.de vno.ff.de ritu nupti.Bart.& alij in.d.l.qui iuriſdictioni.¶Sed ſalarium,& ſportulæ præſtantur ab vtraque parte.& propter eas non magis afficitur vni parti, quam aliæ,vnde ſimile Barto. & aliorum, non videtur bonum.Et iſtammet opinionem tenet Alexan.in.dict.l.2.nu.9.& dicit, ꝙ idem ſequutus fuit contra Bart.in.d.l.quidam conſulebãt. ff.de re iudi.nu.14.¶Iaſ.tamen more ſuo in.d.l. 2.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.nume.17.ponit quinq; opiniones,quas per te vide. Sed dicit,ꝙ eſt tenenda ſecũda opinio,quæ eſt, quòd propter commodum ſportularum non prohibetur iudicare,ꝙ ſua ſit iuriſdictio, quam tenet Ioan.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de citatione.§.1.verſicu.Item generaliter.& Bald.in.c. ſuſpicionis.col.3.de offi.deleg.& in.ca. ex liter. el.2.de præſumptio.¶Et in hoc caſu concluſio generalis eſt facienda ſecundum eundem.Iaſ.ſcilicet,ꝙ quando dubitatur de iuriſdictione iudiciscitantis,ꝙ ipſe poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio,ſiue ad eum ſpectet commodum ſportularum,ſiue non.Quam regulam amplia ſecũdum eum,vt procedat etiam in delegato. vt in. ca.paſtoralis.&.c.ſuper literis.de reſcrip. & probatur in.l.præſcriptione.ſecundum vnum intellectum.C.ſi contra ius vel vtili.publi.Et ita dicit,quòd communiter tenetur,quicquid teneat gloſſ.in.c.accuſatus.§.ſanè.in verſi.manifeſtè.de hæreti.in.6. quam in ſpecie reprobat dominus Cardi.in.d.ca.ſuper literis.¶ Sed hoc de iudice delegato limita duobus modis,vt per Ange. ibi in.3.column.verſi.6.fallit.& eſt quando obijcitur iudici delegato,ꝙ eius iuriſdictio eſt reuocata per ſecundas literas delegationis alteri factæ: quia an ſit reuocata,vel non,ipſe non poteſt cognoſcere:imò arbitri eligũtur per partes.¶ Sed opinio ſupradicta ꝙ iudex non prohibeatur iudicare,intellige in ſportulis,& expenſis, prout doctores dicunt:Secus eſt,quando iudici applicatur ex lege, vel ſtatuto aliqua pars litis, vel pœnæ,prout in multis iuribus regalibus applicatur iudicibus pronuntiantibus, vel offenſis, quia tunc de iure nõ poſſunt cognoſcere de cauſa,quia eſſet ſua, maximè ſi commodum eſt magnum.prout Alexand.in.d.l.quidam conſulebant.numero.14.Quod intellectum ſi eſſet verum,eſſet magna reſtrictio ad omnia iura regalia applicantia partem condemnationis iudicibus, vt de illis cauſis non poſſint cognoſcere. ¶Sed in contrarium eſt communis practica totius regni:quia iudices huius regni cognoſcunt, & percipiunt commodum ex dictis legibus,vel ſtatutis ſibi applicatum,quæ conſuetudo valet. vt tenet Bar.in.d.l.2.& ſequitur.Fran. de Aret. con-



ſilio.107.in.3.colu.in fine.& Alexa.in addi. ad Bar.in.d.l.de iure.in princip.vbi dicit in hoc conſuetudinem eſſe ſeruandam, quem vide. & ſi viſus fuerit expreſsè ſuſpectus,poteſt recuſari.vt in.l.1.titulo.de las recuſat.in ordina.regali & quòd iſta conſuetudo ſeruatur in practica tenet in expreſſo Felin.in dict.capitul. ſuper literis.de reſcrip.columna.15.verſi.fallit octauo. & dicit,quòd ita tenet Ioannes. de Imol. & quòd Bald.in.d.l.2.ff.ſi quis in ius voca.non ierit, dicit iſtam eſſe meram veritatem, quòd commodũ ſportularum,vel aliud commodum ſimile non impedit vt iudex cognoſcat. Et ſequitur Andre.ſiculus ibi.propter dictum Dyn. & aliorum.in.l.ſi cui.§.fina.ff.delega.1.& quia iſta incidentia non conſideratur. vt in.l. cum proponas.C.de rebus credi.nihilominus dicit Feli.vbi ſuprà,quòd eſt ſequenda gloſſ.in.d.l.de iure.ff. ad municipa.propter eius authoritatem,& ſuorum ſequacium.& idem dicit quòd ſentit gloſſ. in.d.l.2.& in.d.l.ſi quis ex aliena. Sed tu tene dictam practicã & conſuetudinem ſupradictã: quicquid Felin.dicat,quia ſic vtitur, vt dixi.

13 ¶Sed ſi iniuria non eſt notoria, nec pœna † eſt certa in iure ꝓ ea determinata,de ſua offenſa iudex non debet cognoſcere:ſed ſi eſt in ciuitate, ſeu villa vbi regit,alius ſibi coniudex,ille debet cognoſcere,& ad illũ cauſam remittat,& proceſſum iniuriæ.Quia vbi ius in diuiduum pertinet duobus,vno perdente, illud ius accreſcit alteri cõſocio.vt in.l.cõmuni libero.ff.de operi. liberto.& in.l.vnica.C.de adẽp.liber.tenet ad literã Bar.in.d.l.qui iuriſdictioni.nu.6.&.7.Sed ſi ibi nõ habet cõiudicẽ,capiat reũ,& ſuperiori cauſã remittat.vt tenet Bart.per text.ibi.in.d.l.ſenatus.ff.de offi.præſi.nu.4.& tenet Ang.de Aretio.in.l.ſciendũ.ff.de appella. in principio. vbi dicit,ꝙ dictũ Bart.ſic debet intelligi. quod nota.¶Tamen ſi inter ſuos familiares quæſtio verſatur,de ea poteſt cognoſcere, quia ceſſat ratio ſuſpicionis.Secus ſi verteretur inter prouinciales,& familiares, quia eſt ſuſpicio, quòd magis faueret familiari,quã prouinciali,& hoc nõ eſt, quãdo vertitur inter familiares. vt tenet Bar.in d.l.ſenatus.¶Et de delicto, vel iniuria cõmiſſa per ſuũ officialẽ poteſt cognocere,quãdo eã fecit ratione officij,& eũ punire.& in caſu.c. 9.in frà eod.ibi,*que los caſtigue*.& ibi dicã.¶Iſta regula,quòd iudex poteſt cognoſcere de ſua cauſa,

14 & iniuria,vt dictũ eſt,limitatur † decẽ modis.vt per Iaſ.in.d.l.2.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.nu. 20.vſq; ad.30.& Felin.in.d.c.ſuper literis.de reſcriptis. ponit quoq; quatuordecim fallentias, quas per te vide.

## SVMMARIVM.

*1 In procuratorem non poteſt conſtitui poteſtas de curio,ſiue conſiliarius,aliàs punitur conſtituens,& conſiliarius recipiens,exilio damnatur.*

*2 Procurationis officium,an ſit vile.*

*3 Doctores,licentiati,ſeu milites procurationis officiũ recipientes,infames videntur,& non gaudẽt priuilegio notisbilita. Fallit in procuratore principis,epiſcopi,vel fiſci.*

*4 Proſoneta contractuum illicitorum,priuatur honore,& nobilitate.*

*5 Tabellionatus officium nõ licet cõſiliarijs & poteſtatibus aſſumere.*

*6 Procurationis officium ante aſſumptum dimittere debet poteſtas , dignitate ſupcrueniente.*

*7 Infamis,an poteſt eſſe procurator,arbiter,& tutor.nu.23.*

*8 Poteſtas nõ recipiens mandatum, an puniatur.*

*9 Decurio,vel alius potens in officio, vel dignitate præſtans patrocinium litiganti, vel ſuſcipiens in ſe actionem,an puniatur.*

*10 Iudices,nec ſui officiales, nec familiares non poſſunt eſſe procuratores officio durãte , tam ad negotia,quàm ad lites.*

*11 Patrocinium familiaris potentium impetrãs, an incurrat in pœnam.*

*12 Quid in procurante habente dictum patrocinium familiaris alicuius potentis.nu.14.*

*13 Procuratorẽ nemo poteſt dare potentiorẽ aduerſario ſuo,aliàs punitur.*

*15 Inuocãs auxilium mulieris nobilis non punitur pœna.l.1.C.nec lice.poten.*

*16 Pœna.d.l.1.C.nec liceat potẽ.habet locum tã in reo,quàm in actore.*

*17 Lex pœnalis loqns in actore, habet locum in reo.*

*18 Pœna.l.1.C.nec lice.potem.habet locum, ſiue palam, ſiue occultè procurauerit, ſeu patrocinetur per interpoſitam perſonam,ſemper literas.*

*Quoq; incidunt in pœna illi, qui faciunt ſcribi literas per dominos priores inferioribus iudicibus.*
19 *Comitateſes, qui faciũt ciuẽ emere aliquã rem pro eis, vt ſub titul. ciuis non ſubſint oneribus eis impoſitis, puniuntur.*
20 *Fallentiæ ad dictam. l. 1. C. nec lice. poten.*
21 *Infamis, licet poteſt eſſe procurator, tamen inuito reo, non poterit reſpondere poſitionibus. & vi. nu. 23.*
22 *Principalis perſona, & non procurator, tenetur reſpondere poſitionibus, ſi aſſerit, quòd dominus litis eſt fidelis. Et ita iudex debet facere, ſi dominus litis eſt in loco: ſi verò eſt abſens, debet mitti ad iudicem, vbi principalis eſt, vt faciat reſpondere. Et cuius expẽſis fiat, vide hic.*
24 *Infamis non poteſt eſſe procurator illuſtrium perſonarum, nec epiſcoporum, nec aduocatus, nec notarius principis.*
25 *Procuratoris officium infamat, ſentẽtia ſequuta.*

Procuradores. c Similis tex. in l. ſiquis procurationem. C. de decurio. lib. 10. vbi habetur, ꝙ
1 poteſtas, † decurio, ſiue cõſiliarius curiæ nõ po
teſt conſtitui procurator, aliàs conſtituens punitur iudicis arbitrio, omni repulſo priuilegio: & iudex, ſeu cõſiliarius recipiens, dãnatur exilio. ſecũdũ Ioã. de Plat. ibi. Quia conſiliarij, poteſtates, & iudices debẽt intẽdere eorũ nobili officio, & nõ diſtrahi per vile officiũ procuratio-
2 nis. ¶ Et ꝙ officiũ † procurationis ſit vile, tenet
gl. in. §. eas verò exceptiones. Inſtit. de exce. & ibi Ang. nu. 1. & tex. in. l. ſiquis procurator. ff. de decu. & tex. in. l. 7. tit. 6. part. 7. ¶ Et Bart. ibi. in d. l. ſi quis procurationem. dicit ꝙ eſt viliſſimũ. & ideo nullo modo aduocati volũt eſſe procuratores, nec eis licet, vt non dãnetur eorũ fama, & Angel. in. d. §. eas verò. dicit, quôd doctores,
3 † licentiati, & milites, qui onus procurationis re
cipiunt, videtur infames. Et doctor, vel alius nobilis exercens officiũ procurationis, nõ gaudet priuilegio nobilitatis, vt Iaco. rub. in. d. l. ſi quis procurationẽ, num. 1. & ibi Celſus in apoſtillis. ¶ Quòd fallit in procuratore principis, officiũ cuius nõ eſt vile, imò eſt dignitas. vt Ludo. Roma. in ſingula. 805. & rube. vbi ſuprà. Quodampliat in procuratore epiſcopi, vel fiſci. vt tenet Zacharias in additio. ad Abba. in. c. deputati. de iudic. in additio. quæ eſt in nu. 6. in parte. de iu-
4 re ciuili. ¶ Et idẽ dico de proſonetis † quia ſi no
bilis eſt proſoneta cõtractuũ illicitorũ priuatur honore, & nobilitate. tenet Roma. ſingula. 722.

curadores, c ni

¶ Multò minus licet cõſiliarijs, & poteſtatibus aſſumere
5 officiũ tabellionatus, † quod eſt vile officiũ. ſe-
cũdũ plat. in. d. l. ſi quis procurationẽ. ¶ Et offi-
6 ciũ procurationis † antea aſſumptũ dimittere de
bet ſuperueniẽte dignitate. ſecũdũ eũdẽ. ¶ Quia
7 procurator poteſt eſſe quis, licet ſit infamis †
ſecũdùm gl. & Ang. in. d. §. eas verò. & etiã arbiter põt eſſe. gl. in. c. cùm viceſimũ. de offi. delega. & tutor. vt in. d. l. par. quæ iſtos tres caſus ponit. & Ang. vbi ſuprà. Et ratio eſt ſecũdũ eũdẽ, quia eſt onus. per text. in. l. ſed & milites. §. ſed & ignominia. ff. de excuſa. tut. & ibi Cy. & Bal. & infrà latè dicetur. ¶ Sed circa iſtũ tex. dubita-
8 tur, ſi iudex, ſeu familiaris ſuus recepit † mãda-
tũ, an puniatur? Dic ꝙ nõ, nec dãs, ſi non vtitur eo: quia ſola attẽtatio nõ punitur, cùm tale crimẽ nõ ſit de attrocioribus. vt tenet Lucas de Pẽna. in. d. l. ſi quis procurationẽ. & eſt gloſſa. in. l. 1. C. ne liceat potẽtio. in verbo, aduocaſſent. & in. l. 1. §. hæc verba. ff. qđ quiſq; iuris. & ibi Ang. & Paul. de Caſtr. ¶ Iſte tamẽ text. & d. l. ſi quis procurationẽ. & l. curialis. C. locati. loquuntur in procuratione ad negotia. ¶ Quid autẽ in procuratione ad lites? Io. de pla. ibi in. d. l. ſi quis ꝓcurationẽ. dicit, ꝙ decurio, vel alius potẽs in of-
9 ficio, vel dignitate, præſtãs † patrociniũ litigãti,
vel in ſe ſuſcipiẽs actionẽ, punitur iudicis arbitrio, & litigator in amiſsione cauſæ. vt in. l. 1. & 2. C. ne liceat potẽ. & hoc per ſentẽtiã. vt Ang. ibi. & tex. noſter loquitur quoq; in procuratione ad iudicia, ibi, *de los pleytos y cauſas*. & ſic ꝙ non ſolùm non põt eſſe procurator ad negotia verũ etiã nec ad iudicia, aliàs punitur. Quia habẽtes
10 merũ, vel miſtũ imperiũ, † nõ poſſũt eſſe ſimpli
ces procuratores. vt Bal. in. d. l. 1, C. ne liceat potẽt. quia ſecundũ eũ ibi, intereſt minorũ, ne opprimãtur à maioribus: & nõ ſolùm intereſt minorũ, ſed totius reipublicę, quod dicit eſſe notãdũ. ¶ Et ꝙ iſtud caput, & iura ſimilia loquantur in potẽtioribus ratione officij talis, ꝙ poſſit inferre minacẽ furorẽ. tenet Ang. in. d. l. 1. ꝓpterea dicit, ꝙ officialis in ciuitate exiſtens, qui ratiõe officij talẽ furorẽ inferri poteſt, ſi præſtat patrocinium alicui priuato litigãti, vindicatur in eo pœna illius legis. Et ratio quare fuit factũ iſtud caput fuit, vt dictus terror euitaretur. Nec re-



quiritur, ꝙ patrociniũ palã prẹſtetur, ſed tãtùm præſtari promittat, vt de rigore habeat locum hæc pœna ex generalitate literæ, licet nõ de æquitate. vt tenet glo. ibi, in verbo, aduocaſſent. ¶ Quinimo vẽdicat ſibi locũ, ſecũdũ Ang. ibi, ſi
11 impetratur patrociniũ familiaris † potentiũ, vt
patet in litera: vt dicit, potẽtiorũ dominorũ opibus nitetur. & gl. exponit, illorum de domibus quia nomẽ, domus, nõ põt conueniri ædificio, ſed accipitur pro illis de familia. ſecũdũ Salyc. quem ſequitur Alexan. in. d. l. 1. num. 3. & idem probat noſter text. inquãtũ dicit, *ni ſus officiales, ni familiares*. Et ideo ſecũdũ eũdẽ Ang. teneas, ꝙ in lite ciuili, vel criminali, quã habes, non impetres patrociniũ familiariũ iudicũ: quia hoc detecto, incurres pœnã illius. l. & etiã aduocans punitur. vt ibi. ¶ Et ibi Bart. in expreſſo tenet, ꝙ ſi
12 quis procurat habere patrociniũ † familiaris ali-
cuius potẽtis, incurrit in dictã poenã. Sed Fulgo. tenet cõtrariũ, & cũ eo tranſit Paul. de Caſt. ibi. quia textu. in. l. 1. C. ſi rector prouin. videtur potius probare cõtrariũ: quia tunc familiares faciunt locũ illi titulo, quãdo rector dedit operã, & quia nõ eſt eadẽ ratio in familiaribus, quia facilius audiũtur potẽtes, quàm eorũ familiares. ¶ Alex. ibi in. d. l. prima. num. 4. dicit, ꝙ opinio Bar. eſt vera per illũ tex. in verbo, domorũ. qui recepit expoſitionẽ iã dictã: & quia id, quod fit à familiaribus, præſumitur fieri cũ ſcientia domini. vt in. c. conſtitutus. de teſtibus. & Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſe. ff. de noui oper. nuntiatio. Sed contra Alex. tenet ibi Iaſ. in dict. l. 1. & dicit fortè eſſe melius. ¶ Et pro opinione Iaſ. poteſt facere: quia titulus. C. de his qui potentio. loquitur de præſtante, & recipiẽte in ſe ceſſionẽ actionis. & l. prima. C. ne liceat potentio. & iſti text. loquuntur de patrocinium præſtante, & aduocante, & ſic quòd differunt. ¶ Et cum dict. l. prima concordat tex. in. l. 16. titul. 10. for.
13 ll. lib. primo, vbi nemo † poteſt dare procurato-
rem potentiorem aduerſario ſuo. & ibi Mõtal. vbi dicit, quòd qui ſibi aduocat potentioris patrocinium in terrorem aduerſarij, cauſam amittit, & potentior punitur. Et non intelligitur de quolibet potentiore, ſed de eo, qui ratione officij, vt dictum eſt minacem furorem oſtendere poteſt, & eſt terribilis aduerſario. ¶ Et Abba. in capit. ex parte, de aliena. iudic. mutand. cauſ. facta. num. 9. dicit quod non ſufficit quodlibet
14 † officium ad hoc, vt quis incidat in poenam. d.
l. primæ. C. ne lice. potentio. vt probatur in. l. 2. C. de aduoca. diuerſo. iudic. vbi decurio poteſt eſſe aduocatus, & põt patrociniũ impẽdere litigatoribus, ſed intelligitur in habẽtibus magnũ officium, putà merum, vel miſtum imperium. vt in. l. pe. ff. de alie. iudic. mutã. cauſ. fact. ¶ Bar. tamen tenet, quòd incurrit in dictam poenam, etiam ſi inuocat auxilium potentioris, qui non habet officium miſti imperij, vt puta, ſi aliquis actor iret ad priores, & faceret, quòd ipſi intercederent pro eo ad capitaneũ, vel poteſtatẽ, ꝙ ius ſuum perderet per dict. l. primam. Quod dicit eſſe notandum, quia ſæpe occurrit, vt tenet ipſe in. l. cùm miles. ff. de alie. iudi. mutã. cauſ. facta. num. 1. ver. & nota. ¶ Sed credo, quòd iſti priores habebant officium iudicandi, quia aliter dictum Bart. non poteſt ſtare: quia nõ loquitur gloſſ. communiter approbata in. d. l. prima ſecũdùm Alexand. ibi, niſi de potentiore ratione officij iudicandi, licet gloſſ. ſenſerit contrarium in. d. l. cum miles. & malè ſecundùm eundem Alexandrum in dicta lege prima. ¶ Adde, quòd
15 non habet locum dicta poena in muliere, † pu-
tà ſi aliquis inuocat auxilium alicuius mulieris nobilis, vt pro eo intercederet ita tenet Baldus in conſilio. 226. in tertio libro. & tenet additio. Abba. in dicto capitulo ex parte. de aliena. iudici. mutan. cauſa facta. quod nota. ¶ Quam le-
16 gem primam extende † vt non ſolùm habeat lo
cum in actore, ſed etiam in reo, ſecundùm Cyn. Angel. Bartol. & moder. ibi. Quanuis gloſſ. in rubrica. C. de his qui poten. & in. l. penulti. ff. de aliena. iudic. muta. cauſ. fa. teneant, quòd ſolùm habeat locum in actore, confirmatur per Iaſo. in. d. l. prima. dato, quòd dicta lex loqueretur in actore, cùm tamen generaliter loquatur, debet extendi ad reum, cùm ſint correlatiua. Quia lex correctoria loquens in vno ex correlatiuis, intelligitur etiam loqui in alio. l. fina. & ibi Barto. C. de indic. vidui. tollen. ¶ Et quia lex
17 † etiam poenalis loquens in actore, habet locũ
in reo, gloſſ. in. l. per interuallum. ff. de iudic. & gloſſa. in capitul. primo, de confeſsis. in. 6. ¶ Extende iſtud caput, & dicta. l. prim. & ſimiles, e-
18 tiam ſi palàm, ſiue occultè procurauerit, † vel
patrocinetur etiam per interpoſitam perſonam vel per literas. ſecundùm Bartolu. & Paulu. ibi. qui dicunt, quòd facit contra eos, qui faciũt ſcribi literas per dominos priores inferioribus iudicibus. vt in capitulo. 21. infrà cauetur, quia incidunt in conſtitutionem. Et idem tenet Barb. in capitul. 1. de offi. delega. columna. 26. verſic. & inquantum. vbi miratur de Bartol. & Anto. & de Anchara. & de alijs maximis iuriſperitis, qui non allegauerunt Inno. ibi. in dict. capitul. qui rectè tenet inquantum dicit. Item ſi dolo quocunq; modo illato, cùm & his modis iuriſdictio turbetur allegando dict. l. primam. C. ne lice. potẽn.

N 2

19 ten. ¶ Similiter incidunt comitatenſes, † qui faciunt ciuem emere aliquam rem pro eis vt ſub titulo ciuis non ſubſint oneribus eis impoſitis, nam puniuntur in amiſsione talis rei emptæ, quæ debet publicari. ita notat Barto. in. l. prima per illum text. C. de naui. non excuſan. libro. 11. quod ſequitur Iaſo. in dicta. l. prima, in principio. ¶ Quam regulam ipſe ibi limitat aliquibus
20 modis. ¶ Primò, niſi † ille, qui aſſumpſit patrocinium potentioris litigaret cum æquè & pariter potentiore, quia tunc videtur feciſſe non vt metum inferat, ſed vt excludat. l. cùm pater. §. titio ff. de lega. 2. ſecundùm Paul. Alexan. & Iaſo. ibi. Quod dicit Paulus de Caſtro, quòd vidit de facto Bononiæ in perſonam cuiuſdam mulieris viduæ, quæ habebat litem cum vno magno doctore, qui poterat videri potentior ratiõe & reſpectu eius, cùm ipſa eſſet deſtituta auxilio cuiuſcunque, quæ ideo aduocauit patrocinium cuiuſdam magni doctoris, qui erat magnus inſtatu & non conſueuit patrocinari, ſed illud patrocinium libenter aſſumpſit, vt illam mierculã defenderet, non videtur feciſſe contra dictam legem. Et idem in expreſſo tenet dicta lex decimaſexta, titulo decimo, foro legum, libro primo. in fine. ibi. *E ſi el pobre oviere pleyto con hombre poderoſo, pueda dar por ſi tan poderoſo hombre como es ſu contendedor.* & ibi Montaluus. ¶ Secundò limitatur, vt procedat, vt dictum eſt, in potentiore ratione officij. Secus ſi eſt potentior alia ratione, putà diuitiarum, vel quia ſit de primatibus ciuitatis ſecundùm gloſſam ibi. & in dicta lege prima. C. de his qui poten. & gloſſa. Abba. & doctor. in dicto capitulo finali de alienatio. iudic. mutan. cauſa facta. Specula. in titulo de ceſſio. action. §. primo. columna prima. ¶ Tertiò limitatur, niſi eſſet officium, ex quo veriſimiliter timor non incurritur à ceſſante ratione illius. l. puta, quia eſſet tabellio, qui eſt iudex chartularius ſecundùm Bald. in. l. 2. C. ne lice. poten. in fine. ¶ Quartò limita in cauſis criminalibus, in quibus ingeritur pœna ſanguinis: nam licitum eſt ſanguinem ſuum qualitercunq; redimere. l. 1. C. de bonis eorum, qui mort. ſibi conſciu. glo. & doctores in. l. tranſigere. C. de tranſa. & in. l. 20. tit. 1. part. 7. ¶ Et quia ſuprà tetigi, ꝙ infamis
21 poteſt eſſe procurator, tamen inuito † reo non poterit reſpondere poſitionibus: quia principalis perſona eſt legalior, quàm procurator, cùm ſit bonæ famæ. eſt pulchrum & notabile dictũ Bald. in. l. 1. C. de ſenten. pe. columna. refert, & ſequitur additio Angel. in. dict. §. eas verò. inſtitu. de exceptio. Quod probat textu. in. l. 22. ti-
22 tulo. 5. partit. 3. vbi ſi pars † aduerſa vult, quòd principalis perſona, & non procurator reſpondeat poſitionibus, quia aſſerit, quòd dominus litis eſt fidelis, & homo, qui veritatem non negabit, & procurator eſt ſeditioſus, tenetur reſpondere, & iudex tenetur ita facere, & iubere, & cogere dominum litis, ſi eſt in loco. Si verò eſt abſens, debet mitti ad iudicem, vbi principalis eſt, vt faciat reſpondere. Et vide Cy. ſingulariter in l. reos. C. de accuſatio. vbi dicit, quod in caſu iſto nunquam boni iudices, & aſſeſſores patiuntur ſe lædi per procuratores, & aduocatos: quia principalis debet iurare, & ſi non comparet, procedant contra reum, ſicut contra contumacem. ¶ Sed cuius expenſis debet mitti ad iurandum? Andre. ſicul. Barb. in capitul. conſtitutus. de fideiuſſo. columna. 5. dicit, quòd expenſis remittentis, & quòd ita conſuluit Domi. in capitulo. præſentium. de teſti. in. 6. ¶ Sed tu vide Paul. de Caſtr. in. l. ſed hæ perſonæ. §. defendere. ff. de procura. & Iaſ. in. l. prætor ait. §. etiam is. ff. de edendo. vbi tenent, quòd debet mitti ſumptibus abſentis ad iurandum. de quo, licet non ſit de materia noſtræ gloſſæ. ¶ Vide Saly. in. l. generaliter. §. his præſentibus. C. de rebus credi. vbi tenet in hoc reſolutionem, dicendo, quòd expenſam nuntij debet facere is, cui defertur iuramentum, quia ſui gratia ad eum mittitur, cùm iudex poſsit mandare, vt perſonaliter compareat: & quia tales expenſæ, ſi fuiſſet præſens, nõ eſſent neceſſariæ. Alia verò expenſa, putà actorũ, ſub quorum teſtificatione debet recipi, expectat ad deferentem. quod nota, & vide. ¶ Ad materiam procuratoris infamis ſi redeundo, dico, quod gloſſ. in capitul. cùm deputati. de iudicijs. tenet
23 contrarium, † dicendo, quòd infamis nõ poteſt eſſe procurator. Abba. ibi. numer. 6. dicit, quòd contrarium eſt verum de iure ciuili. per. d. §. eas de iure verò canonico tractat latè in cap. imperatorum. de iura. calũ. nu. 9. vbi indiſtinctè putat, quòd infamis, etiam infamia facti, nõ poteſt eſſe procurator, vel œconomus eccleſię, vel ipſorum clericorum, etiam pro patrimonialibus. vt probatur in cap. iudicatum. 89. diſtin. vbi dicit, quòd hoc officium debet committi clericis probatis, & ſic bonæ vitæ, & nulla ſuſpicione notatis: & debet tales probos eligere, vt euitetur ſuſpicio, quæ oritur ex conuerſatione cum ſuſpectis. Quæ ratio militat quoq; in procuratore ad negotia. vt tex. in. d. c. imperatorũ. cùm indiſtinctè loquatur: quia à laicis debet eſſe ſegregata conuerſatio clericorum. 2. q. 7. laicos. & multò fortius à ſuſpectis, vt eos non promoueant ad negotia ſua. ¶ Sed in laicis, & ſic de iure ciuili, ſatis putat infamem admitti, ſiue ſit notatus infamia iuris, ſiue facti per. d. §. ſi. de excep. inſtitu. & ſic remanet, quòd de iure Canonico infamis non poteſt eſſe procurator, ſecus de iure ciuili. & ſic intellige gl. in. d. c. cùm deputati. vt procedat de iure canonico. ¶ Sed tu dic, ꝙ infamis non poteſt eſſe procurator illuſtriũ per-
24 ſonarum † nec epiſcoporum. vt in. capitul. ſi. 3. quæſtio. 5. & tenet Peregrina in parte, infamia quæſtio. a. Et ibi vid. per Bonifacium diſtinguentem inter alias perſonas, hoc eſt, quia officium quantuncunq; vile, dicitur dignitas, quando fit principe mandante, ſeu ſuperiore. tex. eſt ſingul. in. l. nemo perfectus. C. de dignita. lib. 12. & ſic verificatur. d. l. de mãda. princip. tenet Roma. in ſingula. 805. ¶ Et an poteſt eſſe procurator ad negotia, vi. Paul. de Caſtro. conſilio. 222. ¶ Tamen in curia Romana non poteſt eſſe procurator: quia infamis non poteſt ingredi vrbem. vt Bald. in. d. l. ſed ſi milites. §. in nomine. ¶ Et infamis non poteſt eſſe aduocatus. vt in l. 1. ff. de offi. aſſe. & per Bar. in. l. 1. §. hoc edicto. ff. de poſtulan. & in. §. ait prætor. vbi gloſſa. in verbo, certis. dicit differentiam eſſe: quia officiũ aduocationis eſt honor, quia eis dantur multa priuilegia, ſed procuratio eſt onus. ¶ Nec poteſt eſſe notarius principis, quia propriè dicitur habere dignitatem, ſecundùm Barto. in. d. l. 1. C. de dignit. lib. 12. aliàs bene poteſt eſſe notarius: quia potius dicitur habere officium, quàm dignitatem. Bart. in. l. prima. C. de manda. princip. & in. l. hac lege. C. ad. l. Iuliã. repet. ¶ Nec põt eſſe notarius infamis banchi publici. vt Bartol. in dictis locis. & Alexan. in conſili. 80. in. 2. parte conſiliorum. ¶ Et quod ſupradictum eſt offi-
25 cium procurationis † infamare, dic hoc eſſe verum ſententia ſecuta. vt tenet dictus Zacharias in addi. ad Abba. in dic. cap. cùm deputati. de iudi. ꝙ nota. aliàs ſecus.

*SVMMARIVM*

1 *Solicitator aduocatus, & procurator æquiparantur.*

2 *Aduocati procuratores dici poſſunt: & diſpoſitum in aduocato, habet locum in procuratore.*

d **Solicitadores.** d Quia ſolicitatio facit negotium dici ipſius ſolicitatoris. Specula. in titulo. de iudi. §. 2. verſicul. curauero & ſolicitudinem. numero. 21. & omnia, quæ dixi ſuprà in gloſsis,
1 poſſunt hic adaptari: quia aduocatus † procurator, & ſolicitator æquiparantur. vt in capitul. 1. 3. q. 7. & in. capitul. Romana. §. neq; etiam. de foro competen. lib. 6. & tenet Specula. in titul. de ſalar. §. 2. verſicul. ſed nunquid. numero. 3. & in capitul. quia epiſcopus. 5. q. 3. & gloſſa. in. l. 1. C.
2 mandati. vbi aduocati † procuratores dici poſſunt: & diſpoſitum in aduocato, habet locum in procuratore. tenet Andre. Barb. in addi. ad Abba. in. capitul. paſtoralis. de iudi. in additio. quæ eſt in numer. 4. in parte, quòd ſic. ¶ Et. l. 1. §. aduocatos. ff. de vari. & extraordi. cogni. tamẽ vſus loquendi ſe habet in contrarium: quia ſolum iuriſperiti allegantes in iure, dicuntur aduocati: alij autem ignari legum proponẽtes ſimpliciter factũ nominãtur procuratores: & ideo ſi terminus aduocatus reperiatur in ſtatutis, vel in decretis, non intelligitur procurator, quia communis vſus loquendi ſe habet in oppoſitum. tenet Lanfran. de Oria. in repet. capitulo. quoniam contra. de probatio. in parte, teſtium depoſitiones numer. 177. quoq; differentia eſt inter eos: quia aduocare, eſt honor: & procurare, eſt onus. tenet gloſſ. in. l. 1. §. ait prætor. in verbo certis. ff. de poſtula.

e **Pleytos.** e Non ſolùm prohibẽtur, poteſtas, ſeu decurio, & eorũ officiales, & familiares eſſe procuratores ad negotia. vt in. d. l. ſi quis procurationem. C. de decur. lib. 10. ſed etiam prohibentur ne ſint procuratores, vel ſolicitatores ad lites nec ad iudicia, aliàs puniuntur arbitrio iudicis. vt Platea. ibi, verſiculo & nota. vt dixi ſuprà in gloſſ. *ni procuradores.*

f **Otros juezes.** f Vi. tex. in. l. ſi. C. de aſſeſſo. in fin. & gl. in. l. conſiliarijs. ff. eod. titulo. de aſſeſſo. in verbo, non prohibentur.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum, poteſt, an inducat neceſsitatem. Et vide hic multa de hoc verbo.*

g **Puedan.** g Scilicet ſi voluerint, quia ad hoc non coguntur, nec tenentur in ſyndicatu, ſi non faciunt: quia iſtud
1 verbum, poteſt, † poſitum affirmatiuè in legibus, & in reſcriptis, vel in contractibus, nunquã importat neceſsitatem præciſam, ſed cauſatiuã. facit. l. ſi mandauero. §. ſi. ff. manda. & in. l. ſæpe. ff. de offi. præſi. tenet Bar. in. l. gallus. nu. 4. ff. de lib. & poſth. ¶ Secus quando ponitur in vltimis voluntatibus, quia tunc verbum, poteſt, neceſſitatem inducit. vt gl. in. d. l. ſæpe. Et hoc verũ,

qñ verbũ poteſt, ponitur in oratiõe diſpoſitiuè per ſe principaliter: ſecus ſi poneretur inciden-ter per modũ cõditionis, vel cauſæ. vt in. l. 1. ff. đ iniuſto ru. & ibi gloſ. & hoc qñ verbũ, poteſt, re fertur ad hæredem, quia tunc importat neceſsi tatem præciſa. gl. in. d. l. peto. ſecundũ Iaſ. in d. l. gallus. nu. 27. ¶ Et idem eſt quando verbum poteſt po nitur in diſpo-ſitione negati-ua quia tunc in ducit neceſsita-tem præciſam, quia priuat po-tentiam. vt glo. ſingu. in. ca. 1. in verbo, non po-teſt. de reg. iur. in. 6. quæ iſtam differentiam facit & Bar. vbi ſu-prà. & in. d. l. 1. ff. de iniuſto rupt. nu. 1. & ibi per Ale. in addi. De qua additione vide per Ale. & Iaſo. in. l. ꝙ ſeruius. ff. de conditione cauſa data, nu. 6. ¶ Sed quando ante verbum, poteſt, præ-cedit negatio poſita ab non habente poteſtatẽ præciſam priuandi, quia ponitur à priuato pa-ciſcente non importat preciſam neceſsitatẽ. Ita Iaſ. in. d. l. gallus. nu. 23. ¶ Secundò non importat neceſsitatem, licet ante verbum, poteſt, præce-dat negatiua, quando reſultaret abſurdus intel-lectus, nam tunc importat ſolum præſumptio-nem. vt Abb. in. c. quãto. de præſumptio. quod dicit eſſe notandum ad ſaluandum dictũ teſtis, prout tenet Iaſ. vbi ſuprà. ¶ Concluſionẽ Bart. ꝙ verbum, poteſt, affirmatiuè prolatum in legi bus, contractibus, & reſcriptis, nunquam impor tet neceſsitatem præciſam, ſed ſolùm cauſati-uam. ¶ Limita, quando verbum, poteſt, eſt rela tum ad iudicem, vt in iſto capitulo, tunc impor tat neceſsitatẽ præciſam, quando ab eo petitur. ita Angel. & Fulgo. in. l. 1. ff. de iuri. omni. iudi. per illũ tex. cũ gl. in verbo, poteſt, qui addit, & debet. ¶ Et in fauorem Angel. & Fulgoſi. facit quod tenet Bal. in. d. l. gallus. quod ſi ſtatuto ca uetur, ꝙ poteſtas poſsit inquirere de quocunq; maleficio, licet vtatur verbo, poſsit, tamẽ impor tat neceſsitatẽ, ꝙ iudex teneatur inquirere, aliàs punitur in ſyndicatu de negligentia. quod eſt notabile ſecũdũ eũ, & Rapha. Cuma. ibi ſequtur. quia iuriſdictio importat neceſsitatẽ. vt in. d. l. 1. ff. de iuri. omni. iudi. ¶ Sed Alexã. in. d. l. gallus.

ſolicitadores [d] de los tales pleytos, y cauſas q̃ dẽtro del termino de ſu juriſdició ſe tratarẽ, ni ayudarã a ꝑſona q̃ ſea de fuera de ſu juriſdiciõ, aun q̃ el negocio ſe trate en ſu juriſdiciõ, ni fuera della ante otros juezes [f] ſeglares, o eccleſiaſticos, pero que el aſsiſtente, o el gouernador, o corregidor, o ſu alcalde puedan [g] ayudar en fauor de ſu

nu. 4. dicit, ꝙ nõ putat verũ dictũ Bald. quia iu-dex regulariter nõ põt per viã inquiſitiõis pro cedere, ſed per viã accuſatiõis. vt in. l. reſcripto. §. ſi quis actiõe. ff. de muneri. & hono. & in. l. 2. §. ſi publico. & ibi Bar. ff. de adulte. vbi ponit fal lentias. ſi igitur ſtatutũ diſpo-nit, ꝙ poſsit in quirere de qui buſdã malefi-cijs, apparet, ꝙ nõ ponit regu-lã, ſed fallẽtias. ¶ Præterea cõ-tra Bald. & Ra-pha. eſt text. in l. nõ quicquid. & ibi Bal. ff. de iudi. & ibi ex-preſsius Ange. dũ ait, ꝙ ſi ſta-tutũ dicit, ꝙ iu dex ex iudicio famæ præcedentis de maleficio cõmiſſo poſsit ponere reũ ad torturã, nõ facit iu dicẽ teneri eũ nõ ponere ad torturã, qui dicitur emanaſſe illud ſtatutũ ad tollẽdas opiniones cõ trarias doctorũ ſuper illa quæſtione, vtrũ fama ſit ſufficiẽs iudiciũ ad torturã. Vñ dixit Alexã. vbi ſuprà, ꝙ licet dictũ Bal. ſit in ſe verũ, quãdo procedit ſtatutũ per modũ regulæ, ſecus ꝑ mo-dũ fallẽtiæ, quia nõ poſsit ſuſtineri, licet magna ſit authoritas. Bal. Quã opinio. Alexa. ſequitur Iaſ. ibi. nu. 26. vbi quoq; ipſe dicit, ꝙ dicta limita tio Bal. nõ ſit vera. per. d. l. nõ quicquid. & per. l. 1. C. quomo. & quãdo iudex. & per tex. in. l. ſæ pe audiui Cæſarẽ. ff. de officio præſi. vbi verba imperatoris fuerũt relata ad iudicẽ, & tamẽ ver bũ, põt, parte petẽte, nõ importat neceſsitatem præciſam. Et ad tex. in. d. l. 1. ff. de iuri. omni. iu-di. reſpondet, ꝙ ibi ſtat propriè, dũ dicit poſtea abſq; ſub auditione gloſſæ: quia tex. ibi vult o-ſtendere quãtã potẽtiã habeat officiũ iudicis, & ſic quãtũ poſsit, nõ autẽ, an teneatur. ¶ Secũdò limita, quando diceretur, poſsit, & debeat, iſta verba geminata ſimul poſita importãt neceſsita tẽ præciſam. vt in. c. 1. in verbo, poſſumus, & de beamus. vt eccleſiaſti. beneſi. & in. l. prætor. in principio. ff. de edẽdo. & in Clemẽ. ſecunda, cũ glo. in verbo, debet. de ſtatu mona. Facit tex. in ca. eã te. de reſcrip. ibi, mandatũ dedimus & præ ceptũ. licet iſta nõ ſit propriè limitatio, quia eſt ꝓpter verbũ, debet. ¶ Tertiò limita, ꝙ ſi epiſco-po datur poteſtas diſpẽſandi cõtra ius per ver-bũ, põt, intelligiť ꝙ ſi diſpẽſatio ſit neceſſaria ec cleſiæ,



cleſiæ, vt notatur. 1. quæ[illegible]ca. exigunt. tunc epiſcopus poteſt præciſè co[illegible] per ſuperio rẽ ad diſpẽſandum, & ſic tunc verbum, poteſt, importat neceſsitatem præciſam. Ita Archidi. ſingulariter in. c. cùm ex eo. de electio. in. 6. & ibi Ioann. Andr. in nouella. vt refert. Iaſ. in. d. l. gallus. nu. 26. & ibi ſequitur Franciſcus de Are-tio. 2. col. verſic. & ad materiã. ¶ Quartò limita, quando verbũ, poteſt, eſt prolatũ à legiſlatore, tunc importat potentiã, & voluntatẽ, & non a-ctũ, & ſic neceſsitatẽ, eſt verũ, quãdo refertur ad iudicẽ, vt dictũ eſt in. 1. limitatione. Secus quan do refertur ad partẽ, quia tũc ſignificat neceſsi-tatẽ, & potentiã deductã ad actũ. vt eſt tex. no-tabil. in. l. 3. §. ſi quis acceperit. & ibi Barto. ff. de ſtatu lib. & plenius in dicta. l. 1. ff. de iniuſt. rup. & Bal. in. l. 1. 8. q. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & ſen-tit Frãciſcus de Are. vbi ſuprà, in verſi. in gl. po-ſito. & ibi Iaſ. num. 16. ¶ Quintò limita, vt dixi. quando ponitur verbum, poteſt, præcedẽte ne gatione, & ſic nõ poteſt: quia inducit neceſsita-tem præciſam, & priuat potentiã. per. d. glo. or dina. in regula. 1. de regul. iur. in. 6. & Bar. in. l. de his. de tranſa. & Bal. in. l. 1. col. penul. C. qui ad-mitti. & ſic infert Franciſcus de Are. & Iaſ. ꝙ ſi iudex concedat ſecundã dilationẽ ſine cauſæ co gnitione, quòd cõceſsio eſt ipſo iure nulla. cùm tex. dicat in. l. 1. C. de dilation. priuſquã ſemel tribui nõ põt. & verbũ, poteſt, cũ negatiõe præ cedente inducit neceſsitatẽ præciſam, & poten tiã priuat. ¶ Quoq; facit illud, qđ tenet Bart. in l. cùm lex. ff. de fideiuſſo. n. 6. vbi tenet, ꝙ ſi ſta-tutũ dicit, ꝙ mulier, vel minor nõ poſsit cõtra-here ſine cõſenſu duorũ propinquorũ, ꝙ ſi cõ-trahit ſine eorũ cõſenſu, talis cõtractus nõ valet adeo, ꝙ impeditur naturalis obligatio: quia di-cendo, nõ põt, aufert facultatẽ, & poteſtatẽ con trahendi. Quod facit ad. l. 54. & ad. l. 55. & ad. l. 61. de Toro, vbi mulier non põt cõtrahere, nec ſe obligare, vt ibi cauetur. ¶ Adde quoq;, quod tenet Abb. in. c. 1. de cauſa poſſe. & proprie. vlti. not. vbi cõtra partẽ inauditã nil poſſumus diffi nire, & ſic negatiua ibi præponitur, verbo, põt, & ſic eſt neceſsitatis præciſæ, & remouet poten tiam. Vnde ſecũdũ Iaſ. vbi ſuprà. nu. 18. eſt tex. ꝙ etiã papa, vel imperator nõ poſſunt, parte nõ citata, cauſam diffinire, etiã de plenitudine po-teſtatis. vt ibi plenius per Abb. & tex. in Cle. pa ſtoralis. §. cæterũ. de re iudi. & Bald. in. l. fi. C. de legibus. ¶ Et vi. Ang. ſingulariter in. l. ſi accuſa-toribus. C. de accuſat. vbi tenet, ꝙ papa, vel im-perator etiam de plenitudine poteſtatis nõ poſ ſunt in ſententia ſupplere defectum citationis contra nõ citatũ, quia aufert ſibi ius defenſionis

ꝙ eſt de iure naturali, & immutabili. vt in dict. Cle. paſtoralis. §. cæterum. & latiſsimè per Ioa. monachũ picard. Card. in gloſſ. extrauagan. in extrauaganti, quæ incipit, Rem non nouam. in titu. de dolo. & cõtuma. in verbo, non obſtanti bus aliquibus priuilegijs. vbi mirabiliter. & per Abba. in. c. cùm olim. de re iudi. nu. 20. cũ ſequẽ tibus. vbi vide quid in notorijs, an in eis proce-datur ſine citatiõe. & Mont. in. l. fi. titu. *de las he rencias*. for. ll. lib. 3. in gl. magna. col. 18. cũ ſequẽ-tibus. & Oldra. conſi. 43. Franciſcus de Are. cõſi. 62. Alex. in. l. de vno quoq;. ff. de re iudic. & ꝓ-bat tex. in capitul. nos in quẽquam. & c. Deus. 2. quæſtio. prima. & in. ca. quę notorijs. eã. cauſ. & queſt. & text. in capi. iudicas germanum. 3. q. 9. & capit. accuſatum. de ſimoni. ibi, neceſſe ha-buimus citandi. Quod eſt verum, niſi in aliqui-bus caſibus, in quibus iudex priuatus poteſt ꝓ-cedere ſine citatione. vt per Maria. in rubrica đ dilatio. folio. 30. ¶ Adde quoq; quod notat Ab-ba. in cap. 1. de fide inſtrumen. in. 2. notabil. vbi tenet, ꝙ papa vel imperator, nõ poteſt dare fidẽ ſcripturæ nõ authenticæ in preiudiciũ alterius partis, ex quo ibi in tex. negatiua præcedit ver bũ, põt, & ſic denotatur neceſsitas præciſa, & re motio potẽtiæ: qđ intellige, vt ibi per eũ. ¶ In ſimili adde ad ſupradicta qđ tenet Anto. de Bu tri. in. c. præterea. de dila. col. 5. vbi dicit de facto dixiſſe, quòd ſi ſtatutũ diſponat, ꝙ iudex non poſsit exercere iuriſdictionem ſuam vltra limi-tes ſuæ iuriſdictionis, quòd tunc nõ poterit pro nuntiare ſe iudicem competentem, quãdo per hoc excederet terminos ſuæ iuriſdictiõis, & ſen tentia eſſet nulla, per ea, quæ notantur in capi. ſi iudex, de ſentẽ. excommu. in. 6. Et hoc dictũ pro ſingula. ſequitur Alex. in conſilio. 77. in. 3. volumi. nu. 3. & ita limitatur regula. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & l. 2. ff. ne qui eum qui. ¶ Sed contra iſtam communem regulam ab omnibus indifferentur approbatam facit tex. fortiter in l. obligari. in principio. ff. de author. tutor. vbi text. dicit, quòd pupillus non poteſt obligari ſine authoritate tutoris. & ſic ibi negatiua præ cedit verbum, poteſt, & tamen ſi eſt pupillus proximus pubertati, obligatur ſine tutore natu raliter. vt in. l. 1. ff. de noua. & in. l. ſi pupillus. ff. ad. l. falci. ¶ Et propter iſtos text. Ludo. Roma. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in. 3. col. ff. de verbo. oblig. tenet cõtra dictã gl. in. d. regu. 1. de reg. iu ri. in. 6. & reprobat illã. Sed tu ſecũdũ Iaſ. vbi ſu prà, nume. 20. reſponde eã ſuſtinendo: quia tex. in dict. l. obligari. in principio, loquitur de effi caci obligatione, quia pupillus ſine tutoris au thoritate efficaciter obligari nõ poteſt: & quan

tum ad hoc denotat impoſsibilitatē de iure. Facit text. in. l. cōtra iuris regulas. in principio. ff. de pactis: tamen ſi eſt proximus pubertati, & habeat aliquem intellectum, poteſt ſine tutore naturaliter obligari, quia talis obligatio naturalis eſt in efficax. ¶Secundò contra dictam regulam facit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. oblig. &. § alteri. &. §. ſi quis alij. inſti. de inutili ſtipula. vbi iſta iura dicūt, alteri ſtipulari nemo poteſt: & ſic negatiua pręcedit verbū, poteſt: & ſecundùm iſtam regulam priuat potentiam, & reddit actū ipſo iure nullum. Et tamē iſtud eſt falſum: quia ſi quis ſtipulatur alteri, ſtipulatio non eſt ipſo iure nulla: patet, quia illi acquiritur naturalis obligatio. vt gloſſa. in. d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in verbo, intereſt. & Bartol. ibi. & Iaſ. Præterea, & fortius ſi ſtipulatio alteri facta eſſet ipſo iure nulla, etiam adiectio pœnæ eſſet nulla ipſo iure: quia ſi non valet principale, non valet etiam adiectio pœnæ acceſſoria. vt in. l. nō dubium. C. de legi. l. cùm principalis. vbi gloſſ. magiſtra. ff. de regul. iuri. & tamen ſi ſtipulationi alteri factæ adijciatur pœna, valet, vt dicunt textu. præ alleg. ¶Bartolu. in dict. l. cùm lex. ff. de fideiuſſo. Reſpondet huic difficultati. penulti. column. & dicit, quòd textu. in dict. §. alteri. loquitur per verbum de præſenti, ſcilicet, alteri ſtipulari nemo poteſt: & ſic ius non aſsiſtit obligationi illi, ſed non prohibet aliquid in futurum, nec in futurum aliquam facultatem aufert. Sed quando lex vtitur verbo futuri temporis, & ſic ſecus eſſet. ¶Sic in propoſito noſtro ſi lex dixiſſet, alteri ſtipulari nemo poſsit, & ſic vteretur verbo futuri temporis, tunc bene lex diceretur reſiſtere, & ſic actus factus ipſo iure non valeret. Sed Iaſo. vbi ſuprà, num. 21. dicit, quòd eſt truſa, quia non tollit difficultatem de verbo, non poteſt, quod eſt in illis iuribus ſupradictis: quod licet ſit præſentis temporis, tamen præcedēte negatione deberet inducere neceſsitatem. Aliam ſolutionem ponit Iaſ. vbi ſuprà, quem vi. nu. 22, ſed in fine dicit, quòd retinet opinionem gloſſæ. in dict. regula prima. quam Bartol, & omnes ſequuntur, ideo tu eam ſequere cum limitationibus dictis.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex tenetur ſuam iuriſdictionem defendere quando eſt in poſſeſſione.*

2 *Iudici infertur iniuria, ſi in iuriſdictione, quā poſsidet, turbatur: & poteſt eam reſiſtere armis materialibus, & legalibus.*

3 *Iuriſdictionē poſ[illegible] vtilitas eſt: quia ſi turbatur in ea, po[illegible] de facto reſiſtere, & impedientes punire, etiam ſi ſint clerici.*

4 *Epiſcopus, qui ab eccleſia ſubiecta non recipitur ad procurationem debitam, an poteſt frangere oſtia domus eccleſiæ, & violēter intrare. Et quid de canonico, qui ad eccleſiam non admittitur. Et quid de illo, quod factum eſt in re mea, & à me poſſeſſa, an poſsim mea authoritate illud deſtruere.*

5 *Iuriſdictio ordinaria impediri non debet per occupationem.*

6 *Libellus contra iuriſdictionem impedientem.*

7 *Pro iuriſdictione competit non ſolùm interdictum, vti poſsidetis, ſed etiam competit actio confeſſoria, & negatoria.*

8 *Iuriſdictionem iudex defendere debet, & impedientes punire, etiā ſi impedientes ſint penitus extranei à ſua iuriſdictione.*

9 *Parere qui non vult iudici vel ſuam iuriſdictionem impedit, dicitur rebellis.*

10 *Eximens à manibus familiæ poteſtatis captū pro aliquo delicto, pro quo eſſet condēnatus, dicitur impedire, & perturbare iuriſdictionem; & in crimen læſæ maieſtatis incidit.*

11 *Clericus ductus per officiales tēporales, poteſt eis auferri, quia illicitum committunt.*

12 *Eximens à manibus familiæ iniuſtè condēnatum, an puniatur.*

13 *Eximens in carcere poſitum, punitur. vide fallentias hic.*

14 *Fugere faciens carceratum pro debitis priuatorum, an teneatur ſatisfacere creditoribus.*

15 *An occultās debitorem alicuius, & nō patiēs eum capi teneatur ad debitum.*

16 *Qui notificauit debitori alicui⁹, quòd fugeret, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capere, & detinere, tenetur creditori ad debitū ſoluendum.*

17 *Impediens me quo minus aliquam vtilitatem conſequar, contra eum habeo ad intereſſe regreſſum.*

18 *Receptantes ſalitos, vel qui fregerunt, & propter*



*pter hoc cōueniri non poſſunt, an teneatur ad intereſſe.*

19 *Receptator quis dicatur.*

20 *Occultans, vel faciens fugere officialem tēpore ſyndicatus, an pro eo teneatur.*

21 *Contra eximentem aliquem de manibus familiæ probatur intereſſe per creditoris iuramentum.*

22 *Auferentes captum à familia, ſeu eximentes aliquem de carcere, quilibet in ſolidum tenetur, & vnius ſolutio non prodeſt alteri.*

23 *Eximens ſoluendo an debitor liberetur.*

24 *Perquiſitor, ſeu delegatus iudex, an pōt ſuam iuriſdictionem defendere.*

25 *Pro iuriſdictionis defenſione iudex delinquēs an teneatur ad ſatisfactionem delicti ipſe, vel ciuitas, pro qua defenſionem fecit.*

26 *Delictum commiſſum à prælato, ſeu iudice, collegio, ſeu conſilio vocato, & communicato, redundat in damnum collegij, & ciuitatis. nu. 29.*

27 *Eccleſia, ſeu conuentus, & ciuitas obligatur, ſi ratum habuit, quod factum eſt per prælatū, ſeu per iudicem.*

28 *Conſentire debent omnes de collegio, vel vniuerſitate ad hoc, vt vniuerſitas videatur feciſſe, & nō ſufficit maior pars: quia quādo tēdit actio ad dānum, requiritur quòd omnes cōcordent: & contradictio faceret, ne videatur geſtum ab vniuerſitate.*

30 *Iudex dans damnum fauore ſuæ iuriſdictiōis de ſuo ſoluere non tenetur: ſed reſpublica ad illius emendationem tenetur.*

31 *Priuatus intentans iudicium ad vtilitatē publicam, ſiue clericus ad vtilitatem ſuæ eccleſiæ, debēt ſibi refici expenſæ à fiſco, ſi vtilitas ſit fiſcalis.*

32 *Iudex poteſt de bonis communibus expendere pro amplianda ciuitate numero hominum & ciuium.*

33 *Iudex ex multis publicis poteſt aptare domū publicam.*

34 *Multæ impoſitæ per iudicem poſſunt per eum deputari in ſalarium aduocatorū, vel in refectione alicuius rei ſpectantis ad rēpublicam.*

35 *Iudex, qui dedit alteri damnum zelo iuſtitiæ, vt alij terreantur, & maleficia puniantur, nō tenetur, ſed fiſcus tenetur pro eo.*

36 *Iuriſdictionem cuius expēſis defendere debet iudex, * & an dominus villæ duplicem in paſcuis portionē habeat & in ſyluis cæduis: & ſi poteſt cum gregibus ſuis paſtalari: & ſcindere ligna montium dum ibi habitat.*

*An domini locorum teneantur in his, & ſimilibus contribuere.*

h
1 Iuriſdicion. [h] Quam defēdere tenetur, † dū eſt in poſſeſsione: & ſi impeditur ab alio, poteſt armis, legibus, & proceſsibus eam tueri. vt Bal. in Marga. Inno. in parte, iudex tuetur. verſi. 37. Et hoc debet facere, ſi vt reus conuenitur, quia poſsidet. * Et ideo dicit Enrriqus in. cap. 1. de tregua. & pace, & Peregrin. in parte bellum, in principio, ꝙ bellum dicitur licitum tam laicis, quàm prælatis pro defenſione ſuæ temporalis iuriſdictionis & ſi iudex extra ſuum territorium non poteſt capere reum, & ſi capit debet relaxari & ſi contra ſic illicitè captū formauit proceſſum, vel fecit executionem, tenet niſi ſit appellatū, tamen iudex territorij in quo captus eſt poteſt ſuam vlciſci iuriſdictionem: & tenet Paris de Put. in tracta. ſyndic. in verb. niſi contra officialem in fin. inquiens, ꝙ ſi vnus iudex exercet capturam in territorio alterius tenetur actione iniuriarum illi iudici in cuius territorio vel, iuriſdictione exercet ipſam capturam, vel iuriſdictionem: & clerici habentes temporalem iuriſdictionem in diſtinctè poſſunt arma ſumere ꝓ defenſione ſua & ſuorū, tenet Enrriq. in. c. clerici arma. de vita & honeſta. cleri. in fin. & vi. quæ poſui ſuprà. in. c. 1. in gloſ. 1. nu. 6. in fine. * ¶Sed ſi agat vt actor, debet agere corā ſuperiore, quādo vult conſequi commoda iuriſdictionis. vt dicit Baldu. ibi notari in. l. de iure. ff. ad munici-
2 pal. ¶Et ſi turbatur † in iuriſdictione, ſi eam poſſidet, iudici infertur iniuria, quia volūt eum expellere de territorio, talis poteſt reſiſtere armis materialibus, & armis legalibus, banniendo, vel excōmunicādo. tenet ſing. Ang. in. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. verſ. Itē quæro iniuria. in fi. allegādo Inn. in. c. venerabili. de cenſibus, addēs, ꝙ cùm iſte iudex nō ꝓcedit vt iudex, ſed vt pars, nō eſt neceſſarius ordo iudicij. Et ꝙ ſit licitū iudici ſuā iuriſdictionē defēdere, eſt tex. in. l. 1. ff. ſi quis ius dicē. nō obtemp. & Guido ſing. 706. §. licitum.

tum.&glo.in capitul.quod ſuper his.de maio-
ri.&obedi.❡Et ideo dicit Petrus de Ferra.in for
ma libelli in actionem confeſſo.nu.8.ꝙ eſt vtili
3 tas† poſsidere iuriſdictionem: quia ſi poſſeſſor
turbetur in ea extra iudicium, poteſt de facto
reſiſtere. Qđ
dicit valde no- jurisdicion, h o del
tandũ pro con
ſeruatione iuriſdictionum temporalium,&ec-
cleſiaſticarum, in quibus procedit illa vulgaris
regula,vim vi repellere licet.vt in.c.ſignificaſti.
el.2.de homic.&ibi gloſſ.&in.l.1.C. vnde vi.&
Ange.& Ferra.vbi ſuprà.&idem tenet Bart.in
l.1.§.hoc interdicto.ff.de itiner.actuq; priua.n.
2.&3.quem vide.vbi credo Ange.extraxiſſe. li
cet Barto.non allegauerit.&idem tenet.Abba.
in capitul.cum Vintonieñ.de elect. in fine.nu.
14.vbi per eum.&in cap.1.de immunita.eccleſ.
❡Quinimo iudex ſecularis quando clerici ali-
quid attentant in præiudicium temporalis iu-
riſdictionis,poteſt coercere clericos reſiſtentes,
& meritò:quia quilibet poteſt tueri ſuã iuriſdi-
ctionem etiam pœnali iudicio. vt in.l.vnica. in
principio.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. &In
noc.in.c.1.de offic.delega.Poteſt etiam nõ ſub-
ditos coercere.iuxta.c.Romana.de pœnis.in.6.
& ob id iudices temporales in dictis caſibus cle-
ricos multant,nec propter hoc incidunt in ſen-
tentiam excommunicationis,nec faciunt cõtra
libertatem eccleſiaſticam:quæ licet ſit tuenda,
& amplianda,non tamen ꝙ alijs ius ſuum aufe-
ratur.arg.c.ex tenore. de for. comp. non enim
debet apponi laqueus fauore eccleſiarum.vt in
capitul.mulieri.de iur.iur.& iuriſdictio eccleſię
tueri debet ob reuerentiam Dei, ſcilicet iuſtè.
Sed nullatenus iniuſtè: & ſic contra eos poteſt
procedi,prout tenet Bernardus Lauren. in tra-
ctat. de poteſtate ſeculari ſuper eccleſiaſticas
perſonas.nu.13.cum ſequentibus.tomo.5.tract.
fol.vlti.442.❡Tamen dicit ibi,ꝙ executio hu
iuſmodi multæ pecuniariæ non debet fieri con
tra perſonam clerici,nec in bonis eccleſiaſticis,
quia non ſubijciuntur iudici temporali,ſed exe
cutio fit in bonis immobilibus,ſeu in rerum tẽ-
poralitate,ſi qua habent,cùm talia bona tempo
ralia ſubijciuntur iuriſdictioni regum,& aliorũ
temporalium dominorum.vt.ca.quo iure.8.di-
ſtinct.&in.l.ſi captiuus.§.expulſus.ff.de capti.
& poſtlimi.reuerſ.& Oldra.conſil.59.&conſi.
17.& ita dicit dictus Bernar. ꝙ ſeruatur. & vide
quæ dicam in.ca.20.infrà eod.in gloſ. *Vſurpan.*
num.9.❡Quod verò de epiſcopo, qui non reci-
4 pitur ab eccleſia ſubiecta † ad procurationem
debitam,ſi poteſt frangere oſtia domus eccle-
ſiæ,&violenter intrare? Et quid de canonicis,
qui non admittuntur ad eccleſiam,& ad capitu
lum? Et quid de illo,quod eſt factum in re mea,
& à me poſſeſſa,an poſsim mea authoritate il-
lud deſtruere? Vide Alexan.& doct.in.l.1.§.nũ-
tiatio.ff.de noui ope.nuntia.num.2.cum ſequẽ
tibus. ❡Et ꝙ iuriſdictio ordinaria per occupa-
5 tionem non debeat † impediri, tenet Ioann.Mo
nachus in.c.cum epiſcopus.de offici. ordi.in.6.
& Bart.in.l.ſepulchri.ff.de ſepulchro. viol.nu.
3.vbi eſt conceſſum iudicibus ſuam iuriſdictio-
6 nem defendere.❡Et libellus † contra impedien
tem ſic intentatur. Talis procurator talis vniuer
ſitatis,vel domini nomine ipſius dicit,cum ipſa
ſit in poſſeſsione, vel quaſi talis iuriſdictionis
turbat illam,& moleſtat,quo minus vtatur ple
nè & pacificè iuriſdictione ipſa. Quare peto per
vos ſententialiter ei interdici,ne illam deinceps
turbet,ſed pacificè vti ſinat poſſeſsione vel qua
ſi iuriſdictionis prædictæ,& illam in hoc potio
rem eſſe ſententialiter declarari:vt ponitur iſta
forma ab Specul.in titul.de cauſa poſſe.& pro-
prie.§.1.nume.16.verſic.porrò.vbi dicit hoc eſ-
ſe interdictum vti poſsidetis quod nota. Et ꝙ
iſtud interdictum competat,ſi turbatur in iuri-
ſdictione.tenet Bar.in.d.l.ſepulchri.&in.l.vlti.
ff.vti poſsi.& facit.l.ſanæ mentis.ff. de iniurijs.
&.c.1.de offi.delega.❡Tu quoq; dic, ꝙ non ſo-
lùm pro iſta iuriſdictione competit interdictũ
7 vti poſsidens, † ſed etiam competit actio cõfeſ-
ſoria,& negatoria,ſicut competit pro ſeruituti-
bus ruſticis & vrbanis.vt notatur pro Innoc.in
cap.conquerente.de offi.ordi.&in.c.inter qua
tuor.de maior.& obedi.&in.ca.abbate.de ver-
bo.ſigni.& tenet dictus Petrus de Ferra.in.d.li-
bello.actio confeſſo.in parte,plenam & omni-
modam iuriſdictionem.verſi. & aduertendum.
nu.8.&idẽ tenet Ia.in.§.æquè ſi agat.inſtitu.de
actio.nu.35.&idẽ Iaſ.vbi dicit,ꝙ iſta eſt cõmu-
nis opinio in.l.ſi prius.ff.de noui oper. nuntia.
nu.4.& ſic ego aliquando intẽtaui,& obtinui.
❡Intantum iudex põt ſuã iuriſdictionẽ defen-
8 dere,& impedietes punire,habet etiam † locũ,ſi
impedientes ſint penitus extranei à ſua iuriſdi-
ctione.vt tenet Bar.in.l.oĩbus.§.is videtur.ff.ſi
quis ius dicẽ.nõ obtẽp.in fi.nu.6.vbi ait ꝙ con-
tra tales remedia ciuilia prodita ſunt. vt.ff. nec
quis eum,qui in ius voca.per totum.&.ff.de eo
per quẽ factũ erit. & in.l.1. C.de his qui latro.
❡Item in remedijs criminalibus. vt in authen.
vt omnes obediant iudic.prouinc.§. accipiant.
aliàs.arripiat.colla.5.ſed in caſibus,vbi remedia
criminalia non apparent expreſſa,putat Barto.
ibi.in dict.num.6. ꝙ iudex poſsit punire tales
impe-



impedientes crimine ſtellionatus: quod habet
locum,vbi deficit nomen delicti. vt in. l.1. ff.de
crimi.ſtellio.de iure canonico poteſt punire ex
officio ſuo.vt in capitu.1.&.ca.ſanè.el.2.de offi.
delega.quod ſequitur Alexand.in dict.§.is vide
tur.numer.6.& Iaſo.ibi.nume.16.❡Talis enim,
9 qui iudici non vult parere, † vel ſuã iuriſdictio-
nẽ impedit,dicitur rebellis.vt tenet Abba.in.d.
c.ſanè.el.2.de offi.delega.nu.4. &idẽ Bart. ibi,
col.3.verſi.nota.ibi,cõtumax & rebellis.vbi po
nit quoq; differẽtiam inter contumacẽ,& rebel
lem,& rebellis eſt,qñ de facto reſiſtit.* Adde in
propoſito,quod ſingulariter Bernardus Lauren
tius in tract.de poteſta.ſecula. ſuper eccleſiaſti.
perſonas.tomo.5.tracta.fol.441.cũ ſeq. vbi po-
nit caſus in quibus iudex ſecularis,ſeu tempora
lis coercere poteſt clericũ:& ſextus caſus dicit,
ꝙ eſt in.l.ſi quis curialis. C.de epiſcopis & cleri.
vbi ſi curialis clerizetur poteſt per temporalẽ,
etiam per manuum iniectionem ad curiam re-
uocari,& poteſt huius eſſe ratio,quia vbi aliqua
ſunt in cognitione & iuriſdictione ex natura
cauſæ iudicij temporalis poteſt cognitio ſeu iu
riſdictio exerceri per temporalem iuriſdictionẽ
in clericum:vt in.c.verum de for. Comp.&.ca.
ex tranſmiſſa eo titul.quæ loquuntur in feudũ
&in.c.cæterũ,de iudit.vnde ſi clericus reſiſtat,
tunc iudici ſeculari poteſt de facto repelli,& e-
ius perſona poteſt de facto a feudo exui ſine me
tu excommunicationis ſecundum.Innoc. in.d.
c.verum,& ex hoc inquit, quòd quotidie pra-
cticatur ꝙ in cauſis quæ pertinent temporali-
bus de iure,vel ex priuilegio,vel quando cleri-
ci aliquid attentant in præiudicium temporalis
iuriſdictionis,profectò iudices temporales poſ-
ſunt coercere clericos reſiſtẽtes,& merito: quia
quilibet poteſt tueri ſuam iuriſdictionẽ & pœ-
nali iudicio,vt in.l.vnica in prin.ff.ſi quis ius di
cen.non obtemp.& Innoc.in.c.1. de officio. de-
lega.quo caſu iudex poteſt etiam non ſubditos
coercere iuſta text.in.c.Romana.de pœnis. lib.
6.& plene Innoc.in.d.c.1.de officio.deleg.& ob
id iudices temporales in dictis caſibus clericos
multant:nec propter hoc putat eos incidere in
excommunicationis ſententiam,nec contra ec
cleſiaſticam facere libertatem:quæ licèt ſit fouẽ
da & amplianda,non tamẽ quod alijs ius ſuum
auferatur.arg.cap.ex tenore.de for. comp.non
enim debet apponi laques fauore eccleſiarum:
vt in capitulo.mulieri.de iur. iur. vbi ſunt con-
cordantiæ:iuriſdictio enim eccleſię ſemper tue
ri debet ob Dei reuerentiã,ſcilicet iuſtè,ſed nul
latenus iniuſtè,vt dicitur de pupillari cauſa: vt
in.l.quotiens, nec vtique. ff. de adminiſtra.tu-
to ex quibus dictus Bernardinus Laurentius di
cit, & opinatur quòd iudices ſeculares contra
perſonas eccleſiaſticas iuriſdictionem exercen
tes debito modo vtique non excedunt,& ma-
ximè quia hoc faciunt ex priuilegio iuris, vel
papæ,aut ſaltem ipſo papa ſciente & tolerante:
ad quod faciunt notata in capitul.quoniam de
vita & honeſt.cleri.& Innocen. in capitul. 1. de
tregua & pace:verum eſt tamen quòd tunc ex-
ecutio huiuſmodi multæ pecuniariæ non fiat
contra perſonam clerici,nec in bonis eccleſiaſti
cis quia non ſubijciuntur iudici temporali, ſed
bene fit in bonis eorum temporalibus immobi
libus,tamen cum mobilia ſequantur perſonam
iuxta.l.ſi captiuis.§.expulſus.ff.de cap.& poſt.
limi.re ver.& notat Dynu.in. l.etiam.§.patro-
nus.ff.de bonis.liber.& plene Oldral.in conſil.
59.& conſi.17.fiet igitur executio in bonis im-
mobilibus ſeu in rerum temporalitate,ſi qua ha
bent cum talia bona temporalia ſubijciuntur iu
riſdictioni regum,& aliorum temporalium do
minorum:vt in capitul.quo iure.8.diſtin. & ita
inquit quòd ſeruatur:quod nota, quia ex hoc
euenit practica, quam auditores chancellariæ
habent iubere iudicibus eccleſiaſticis ſub poena
temporalitatis,& quòd ſint extranei huius re-
gni.& vi.per dictum Bernard.vbi ſuprà alios ca
ſus in quibus iudex temporalis poteſt coercere
clericum vbi ſingulariter.*❡Et adde ſecundum
Iaſo.in dicta.l.in omnibus.§.is videtur. nume-
ro.6.quòd non ſolùm puniuntur impedientes
10 iuriſdictionem,verunetiam eximentes † à ma-
nibus familiæ poteſtatis captum pro aliquo
delicto, pro quo eſſet condemnatus: quia ta-
les eximentes dicuntur impedire, & pertur-
bare iuriſdictionem, & incidunt in crimen
læſæ maieſtatis.tenet Bartolu.per illum textu.
in.l.cuiuſq;.ff.ad.l.Iul.maieſta. & in.l.legis iu-
liæ. ff. ad.l. iuli. de vi publi. & Bald. notabili-
ter in.l.additos.C.de epiſcopa.audi.& Hippo-
ly. de Marſi. in ſingul.223. quem vide, & idem
tenet Iaſon.in.§.poenales.inſti.de actio.nume-
ro.102.per dictum Baldu.in dicta.l. additos. &
per.l. fina. C. de oper. liberto. & per. l. 3. C.de
exacto.tribu.libro.10.& ibi per Andre.de Baru
lo & Guido.pap.ſingul.300. & latius per eum
in conſilio. 211. vbi concluſiuè tenet, ponendo
qualiter puniatur eripiens hominem a manu
officiariorum,quòd aut eripitur homo condem
natus, vel condemnandus cum eſſet confeſſus
de crimine:tunc talis eripiens incidit in crimen
legis iuliæ maieſta.vt per Bartolu.in.d.l.cuiuſ-
cunq;.ſi verò eripiatur aliquis non condemna-
tus,vel confeſſus:tunc talis eripiẽs condemnari
debet

debet ad mortem.in alijs autem caſibus qualiter
puniatur talis eripiens captiuatũ à manu officia
riorum.habetur in auth.vt omnes obedi. iudic.
§.eripiat.colla.5.¶Quod fallit, quando clericus
11 ducitur† per officiales tẽporales,quia eis impu
nè põt auferri,quia cõmittũt illicitũ. Quod eſt
verũ,vbi cõſtat eũ eſſe clericũ,aliàs ſecus, vt te-
net ſingula.Guido papa in deciſio.73.in fine.&
Bal.in.c.1.de offi.deleg.in fi.¶Quoq; fallit, qñ
condẽnatus, qui eximitur à manibus familiæ,
12 eſſet† iniuſtè cõdemnatus,quia tũc eximẽs non
punitur.tenet Hipp.de Marſil.in.l.1.ff.ad.l.cor
nel.de Sica.nu.67.&in.l.1.ff.de quæſtio.6. col.
nu.26.&.27.cũ ſequẽtibus. Sed de hoc dubito:
quia licet iniuſtè captus,nõ põt eximi:vt infrà
dicetur.¶Prędicta procedũt, qñ aliquis eximit
captũ à manibus familiæ. ¶Quid ſi aliquis exi-
13 mit poſitum† in carceribus ab ipſis carceribus.
Ioan. Fab.in.d.§. pœnales. dicit diſtinguendo.
Aut erat captus ꝓ debito ciuili, & tũc eximens
tenetur ad prĩcipale debitũ.ꝑ.d.l.3.quę incipit,
quotiẽs,de exactori.tribu.libr.10. quę lex licet
loquat̃ in fiſco,habet locũ in priuato,imò ĩ pri-
uato expreſsè loquit̃.ſcd̃m Bart.ibi,&Iaſ. in.d.
§.pœnales.nu.104.&Ioan.Fab. quicqd dixerit
gl.ibidẽ in.d.l.quotiẽs.¶Si verò erat carceratus
pro cã criminali.& ſic pro maleficio, tũc ſi erat
cõuictus,& cõfeſſus,& cõdẽnatus, tũc eximens
crimine læſæ maieſtatis tenetur.vt in.l.4. verſ.
pe.vbi eſt caſus.ff.ad.l.iuliã maieſta.& Guido.
pap.in ſingula.408.§.aliquis.vbi dicit, ꝙ ſi ali-
quis homo ingreditur carceres.& reũ de aliquo
crimine victũ,ſeu aliàs cõpeditatum ſoluit,& li
berauit,punitur capite: nã tenetur crimine læ-
ſæ maieſtatis,vt dicit eſſe caſum in.l.cuius.§.Itẽ
contra confeſſum.ff.ad.l.iuliã maieſta. ¶Sed ſi
non eſſet conuictus,nec confeſſus, non videtur
ꝙ habeat locũ illa pœna. ſcd̃m Ioan. Fab.ibi,in
dict.§.poenales.nu.9.verſi.itẽ aduerſus.¶Tamẽ
Iaſ.ibi nu.104.dicit.ꝙ quicqd dixerit Ioã. Fab.
ſi nõ erat cõfeſſus, vel condẽnatus de maleficio
qualiter eximẽs puniatur,dicit ꝙ eſt text. in.d.
§.arripiat.in.d.auth.vt omnes obedi.iudic.pro-
uinc.colla.5.& Barto.in dict.l.4.ff. ad.l. iuliam
maieſta.vbi quoq; poſsit procedere de incarce-
rato pro maleficio confeſſo, & condemnato,
ne dum ſi eximat de carceribus, ſed etiam ſi
quis eximat à manibus familiæ. & in extraua-
ganti ad reprimendum.in glo. in verſicu. tanga
tur.& idem tenet Iaſo.in dicta.l. omnibus.§.15.
videtur.numero.17.& Speculator in tit. de præ
ſcript.§.2.& Hoſtien.in.c. à nobis. de apoſtatis.
Quia ille,qui eſt detentus,vel captus à familia,
vel ducitur ab ea,dicitur eſſe incarceratus. vt in
l.qui neq;.ff.de verbo.ſignifi.& tenet Barto. in
l.eiuſdem.§.transfugas.ff.ad.l. Cornel. de ſica-
rijs. & Auguſt. de Ari. in additio. ad Angel.de
Gambeli.in tract.de malefi.in parte,ꝙ fama pu
blica.numer.56.¶Sed ego teneo,ꝙ ſi eſt captus
pro delicto,licet non ſit conuictus, nec confeſ-
ſus,qui eximit eum à carcere,ſeu à vinculis,pu-
nitur ea pœna,qua ipſe captus puniendus erat.
per.l.1.C.de his qui latro.quem tex.allegat Bar
in propoſito in.l.ſi quis.in fine.ff. ne quis eum
qui in ius vocat.vi eximat.& Alex.conſil.35.in
2.volumi.nu.5.& facit & tex.in.l.14.tit.29.par-
ti.7.quam vide.& Montal.ibi,quæ habuit ortũ
à.l.vnica.ff.de effracto.& ab his,quæ notantur
in.l.eos.ff.de cuſto.reorũ.& eſt tex.nouiſsimus
de noſtro iure regio,qui iſta decidit, loquendo
in eximente à manibus familiæ delinquentem.
in.l.5.tit.12.lib.8.in ordi.regali.verſic. *y ſi le toma
re el preſo*.vbi tenet,ꝙ ſi ab officialibus captum
quis ceperit,ſeu quomodocũq; ne capiatur im-
pedierit,vel vt executio iuſtitiæ non fiat, ſi ta-
lis pati pœnam ſanguinis merebatur,illam cap-
tum accipiens,ſeu executionem iuſtitiæ impe
diẽs patiatur.ſi autem captus poenam ſanguinis
ſubeundus nõ erat,propter auſum temerarium
contra iuſtitiam cõmiſſum,ſi generoſus fuerit,
per medium annum in carcerem iaceat, & per
decem annos à regno exulet:ſi verò generoſus
non fuerit,per annum in carcerem permaneat
à regno quoq; inſuper ꝑ bienniũ exulet. ſi bo-
na ſua viginti mille marabitinorum quãtitatem
exceſſerit ſex mille marabitinorũ ſoluat: ſi mi-
noris ſunt quãtitatis,quartã perdat bonorũ:&
ſi ſoluendo non ſit,per annum in catenis iaceat,
& per quadriennium à regno exulet. Et ſi talis
condemnatus ante exilium completum ſine re
gis mãdato in regnum intrauerit,exilij tempus
duplicetur.Et ſi tertiò ingredi rebelliter contẽ-
dat,vltimo ſupplicio puniatur.Quæ lex ad lite
ram ſeruatur,quando aliquis eximit captũ pro
delicto à manibus familiæ.Sed quando eximit
à carceribus,vel vinculis,ſeruatur poena dict.l.
partitæ,ſcilicet,ꝙ debet pati eam poenã,qua ca
ptus puniendus erat,de quo per Ange.in tract.
malefi.& ibi per Auguſt.in additio.in parte, ꝙ
fama publica.verſi.ſecundò quæro. nu. 55. cum
ſequẽtibus.Et Saly.in.l.1.C.de falſ.mone. in.7.
notabil.dicit,ꝙ qui cuſtoditum fugere fecit, ea
poena,qua ille punitur.vt in.d.l.ad commenta
rienſem.C.de cuſto.reorum. verſi. ſi quis fecit.
Tamen Auguſti.in dictis additio.ad Angel. de
malefi.in parte ſupradicta,numer. 57. intelligit
hoc,ꝙ eximens aliquem à carcere, tenetur pro
eo,& non in plus,ꝗ teneretur ipſe principalis,
qui



qui fuit exemptus.vt dicit tenere glo.& Ange.
ibi,ponderãdo text.in.l.1.§.hęc verba.ff.ne vis
fiat eis,quod dictum Angel.non inuenio: imò
nec illum tantùm legi.dicit Auguſti. vbi ſuprà
fore intelligendum in ciuili,ſed in criminali nõ
procedet intellectum ſuum,poteſt eſſe,quia in
criminalibus licet quis ſit iniuſtè captus, & in
vinculis vel carcere poſitus, & nullam pœnam
mereatur captus,tamen eximens eum, meretur
pœnam:quia captus de mandato iudicis,de cu-
ius iuriſdictione cõſtat,licet captura ſit iniuſta,
non eſt reſiſtendum de facto,ſed de iure per ap-
pellationis remedium.Ita tenet Angel.ſingula
riter in.l.1.ff.ne quis eum qui in ius voc.vi exi.
allegando Innocẽ.in.c.ſi quãdo.de offi. delega.
& alia iura,vt ibi per eum.¶Et talis eximens in
iſto caſu poteſt puniri ad petitionẽ iudicis, qua
ſi eius iuriſdictio ſit turbata,vbi captura eſt in-
iuſta reſpectu rit⁹,& ordinis,& tũ eximens de-
bet puniri, etiã ad petitionẽ partis.& vi. Hip-
poly.de Marſi.in ſua practi.crimin.§.attingam.
nu.49.vbi remiſsiuè.*Et etiam iſta actio eſt po
pularis vbicunquæ majeſtas prætoris eſt offen
ſa,tenet Bald.in.l.ſiquid id quod in. 2.lectu.ff.
de iur.om.iud.& vi.quæ dixi.infrà.in.ca.20. in
gl.iuriſdiction.& in glo.*remediado*.*¶Et eundẽ
Hippoly.in dict.pra.§.opportunè.numero.20.
vbi tenet,ꝙ ſi aliquis eſt captus ex mandato iu
dicis pro aliqua ſumma,qui verè non eſt debi-
tor,attamen eximens eum à manibus familiæ,
cadit in pœnam,etiam ſi velit oſtendere, quòd
exemptus non erat debitor. tenet Cæpola con
ſil.14.in.4.columna. ¶Quod dicit Angel.vbi
ſuprà fallere,quando aliquis eſſet captus de mã
dato eius, de cuius iuriſdictione non conſtat;
putà,de mandato delegati à principe,qui ſuum
mandatum in publicum non deduxit, tunc nõ
punitur eximens,quia licitè eximit exemptũ.
¶Idem ſi fuit captus de mandato non habentis
iuriſdictionem,quia exceſsit terminos iuriſdi-
ctionis ſuæ.per.l.prohibitũ.C.de iure fiſci. lib.
10.¶Quoq; fallit ſecundùm Ioann.Fab. in.d.§.
pœnales.verſicul.item aduerſus.nume.9. quan
do quis non eſt damnatus,nec captus pro deli-
cto ab imperatore,vel ab eius officiali, ſed à iu
ſtitia inferioris,putà,ducis, vel Marchionis,vel
ſuorum officialium,tunc eximens non incidit
in.l.Iuliam maieſtatis,ſed aliter debet extraor
dinariè puniri. Quia ad hoc vt incidat in illam
pœnam.l.iuliæ maieſtatis.requiritur, quòd ca-
ptus,vel carceratus ſit ab imperatore, vel eius
officiali.Quod dictum Ioannem Fab. ſequitur
Iaſ.in dicta.l.omnibus.§.is videtur. numer. 16.
vbi dicit,quòd eſt notandum, quia eſt magna
limitatio ad prædicta iura,& ad deciſionẽ Bar-
to.Sed dictus Iaſ.in.d.§.pœnales.nu.107. dicit,
quòd ſi hoc dictum Fabri eſt verum,eſt aureũ,
& notabil.dignum, nec alibi inuenitur. de quo
dicit,quòd dubitat.per dict.l.4.verſi.penul.ff.
ad.l.iuliam maieſta.ibi,propter hoc in vincula
coniectum emiſerit. Et propter iſtam dubita-
tionem in.d.§.pœnales. & propter affirmatio
nem per eum factam in.d.§.is videtur. videtur
mihi, quòd ſit verum illud, quod multi aſſe-
runt.ſ.quòd lectura in.d.tit.de actionibus.non
ſit Iaſ.ſed Alexan.de Imol.& propter alia,quæ
laborando ſcripta inueni in multis locis. ¶ Et
quod limitatio Ioan.Fab.non ſit vera,ſed quòd
dicta pœna habeat locum,ſcilicet, pœna legis.
4.ſuprà allega.etiam in eximente delinquen-
tem à carcere Ducis, Marchionis, vel aliorum
dominorum.tenet tex.in.l.14.titul.29.parti.7.
ibi. *E porende mandamos,que ſi alguno fuere oſado de
ſacar preſo de la carcel del Rey, o de algun adelantado,
o de comun de algun concejo; o de otra priſion qualquier
en que fueſſe metido por mandado del Rey, o de alguno
de los otros que han poder de iuzgar por el,que deue re-
cebir tal pena qual deuia recebir aquel que fue ſu deſa-
cato por fuerça*.qui tex.loquitur in criminalibus,
vt ex eo patet,& inquantum text.dicit,*que de-
uen iuzgar por el*,ſcilicet,quando à principe ma-
giſtratus eſt conſtitutus ad iuſtitiam exercen-
dam,vel ab alio,qui habet poteſtatem à princi
pe.vt dixi latè in cap.primo.ſuprà in gloſſ.1.in
princi.quia vt tenet Alexan.in.l.prima. in fin.
nume.35.verſicul.vnde dicit Bald. ff. de iuriſdi.
omnium iudi.quòd omnis iuriſdictio eſt impe
ratoris,& ipſe eſt,qui iuriſdictiõem tribuit, ma
giſtratus creando,vel confirmando, vel præſtã
do authoritatem creandi,vel confirmandi, alle
gando Bald.in capit.1. §.ad hæc.1.colum. de pa
ce iura firman.per illum text. & per.§. iudices
verò fallit quoque,niſi condemnatus,vel alius
pro eo,putà conſanguinei, vel amici appellaſ-
ſent iuſte à ſententia condemnationis iuxta.l.
non tantùm.ff.de appella.quo caſu ſi iudex nõ
obſtante appellatione vellet exequi ſententiã,
quæ non eſt amplius reiterabilis, vel retractabi
lis,iſto caſu licitum eſſet etiã facto reſiſtere iu-
dici,& impunè talem executionem impedire,
quia per appellationem ſublata eſt iuriſdictio
iudicis à quo.ita Inno.ſingulariter in.c. ſi quan
do.de offi.deleg.verſi.tranſactione.quod dictũ
reputat notabile Bal.ĩ.d.l.additos.C.de epiſco
pa.audienti.vbi vide alia plura per eũ.& ſequi-
tur Iaſ.in.d.§.pœnales.nu.108.vbi alios doct.al
legat hoc idem ſequẽtes.& idẽ tenet Ange. ibi.
num.17.de quo per Abb.in.d.c.ſi quãdo. & de
intellect.

intelle&#1.nu.2.¶Vltimò limita prædicta de exi
mente,vt non procedat in Cardinalibus:nam ſi
Cardinalis obuiauit ei,qui ducitur ad mortẽ,ha
bet ex cõſuetudine priuilegium hoc,ꝙ poſſunt
eum eximere,& à morte liberare,ſecundũ Bal.
in.d.l.additos.& Iaſ.in.d.§.poenales.num.109.
¶Si autem eſſet aliquis incarceratus pro debitis
14 priuatorum,faciens† eum fugere de carceribus
tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus.text.
eſt ſolennis in.d.l.quotiens.C.de exacto. tribu.
lib.10.vbi tex.iuncto vno intelle.gloſſæ adhuc
probat aliud,quod eſt ſingularis , ꝙ etiam ſi il-
le denuò reducatur ad carceres,hoc nõ obſtãte,
qui fecit eũ primò fugere,tenetur creditoribus
ſoluere.& ita per illũ tex.dicit Iaſ.in.d.l.omni-
bus.§.is videtur.nu.17.quod tenet Saly.in.l.bo
næ fidei.C.de rebus credit.& in.l.admonẽdi.ff.
de iureiuran.& ibidem Ludoui.Roma.colu.25.
vbi refert & ſequitur.¶Si autem aliquis occul-
15 tauit† debitorẽ alicuius,& non patitur eum ca
pi,an teneatur,maximè ad creditum?Bald.in.l.
fi.C.de ope.liber tenet,quòd non:ſed Salyc.ibi
tenet contrarium,& fortè melius,ſecũdùm Iaſ.
in.d.l.omnibus.§.is videtur.in fi.& idem tenet
Iaſ.contra Bal.pro Saly.in.d.§.poenales. inſtit.
de actio.nu.102.& credit etiã, ꝙ iſto caſu proui
deatur creditori,mediante tit.ff.ſi quis ius dicẽ.
non obtemp.hoc modo,quia iudex habet præ
cipere illi occultanti ne impediat executionẽ.
& ſi cõtemneret præceptum,poſsit iudex proce
dere ad multas, & ad alia remedia , quæ tradi
ſolent per ſcribentes in dict.l.1.ff.ſi quis ius di-
cen.nõ obtempe.& opinionem Salyce.licet de
eo non faciat mentionem,ſcilicet,quod nedum
ille qui de facto eximeret captum, tenetur cre-
ditori ad ſolutionem.¶Sed etiam ille,qui noti-
16 ficauit† debitori alicuius,quòd fugere deberet,
quia creditor ſuus ordinauerat facere eum cape
re,& detineri,tenetur ad ſoluendum debitum
creditori,ſi talis debitor fugam arripuit.ita do-
ctor del Caſtillo in.l.66.de Toro.in gloſ.*de ſear
raygar*.3.colum.verſic.& nota allegando meum
Hippolytum de Marſilijs, in repetitio. rub.ff.
de fideiuſſo.columna.7. numero. 16.&.17.vbi
allegat Petrum de Anchara.in conſilio.341.inci
piente, Viſo themate.in fine.& idem tenet Hip
polytu. de Marſil.in ſingula.137. quem vide.&
Bald.in capitul.dilectus.columñ.4.de appella.
& ibi Cardi.Alexa.& Ioann. de Ana.conſil.55.
incipiente,quia dubia ſuper facto iſto occuren
te.in fine.vbi dicit,quòd reperit,ꝙ cõſuluit Sa-
lycetus,& dominus ſuus Petrus de Anchara.&
inter alia allegant text.in.l.ſi in certo.verſicul.
cuſtodiam.ff.cõmoda.cum ibi notatis.per glo.
& in.l.ſi à bonæ fidei poſſeſſore.verſi.ſi verò cu
ſtodiæ.ff.de rei vendi.allegant etiam notata in
l.pe.C.de operis liberto. ¶Ego in fauore Saly.
& Anchara.& Hippolyt. & ſequacium allego
dictum Paul.de Caſt.in.l.dedi tibi.§.fi. qui in-
cipit.quanq̃.nu.6.ff.de condi.cauſ.data. vbi di-
cit per tex.ibi,qui non eſt alibi , ſecũdùm Ray.
17 de for.quòd ſi tu impedis† me , quo minus ali-
quam vtilitatẽ conſequar,habeo cõtra te regreſ
ſum ad omne intereſſe.vnde infert Paul. de Ca
ſtro,ſi aliquo volente mihi aliquid relinquere,
tu impediuiſti,teneris mihi ad intereſſe.¶Et ad
de Ioann.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de
iudicijs.§.generalia.verſ.poſſet poni. vbi ponit
de tutore,qui procurauit, vt teſtator ſibi relin-
queret totum,vel partem eius,quam pupillo re
linquere intendebat,ꝙ pupillus poteſt agere ad
intereſſe.quod dictum Paul.ſequitur Alexã.in
additio.ad Bar.in.d.§.quãquàm. ¶Et idem qđ
Saly.& Anchar.tenet Fran.Curtius in additio.
ad Paul.de Caſt.in.l.ſi per alium.§.docere.ff.ne
quis eum qui in ius vocatus vi exi.& idem in ex
preſſo tenet Ioanne.de Plat.in.d.l. quotiẽs.vbi
ſingulariter de iſta materia. ¶Circa ſupradicta
vide notabile dictum Ioann.de Plat.in.§.præte
rea.inſtitu.de actio.vbi tenet,ꝙ licet receptaue
18 rim† in mercatores ſalitos,vel qui fregerũt,non
propter hoc poſſunt conueniri vt eos exhibeãt
nec teneor ad intereſſe. & idem tenet & ſequit̃
Hippoly.de Marſi.in ſingula. 366. quod nota.
¶Sed hodie dictum Plat.Iaſ.& ſequacium non
tenetur,quia contrarium diſponitur per tex.in
l.5.titul.8.*de los troques y cambios*.lib.5.in ordina-
men.regali.vbi cauetur , quòd nullus receptet
dictos mercatores ſalitos , aliàs ad debita, quæ
ipſi tenentur,teneantur.& facit.l.80.in pragma
ticis.fol.78.& tex.ſingula.in.l.4.ti. 17.lib.8. in
ordi.regali.vbi idem tenet,ꝙ receptantes,ad de
bita teneantur,& hoc quando malefactorẽ, ſeu
debitorem abſcondit,quia tũc dicitur recepta-
19 tor,† nõ in eo,qui dedit potum,vel cibum.tex.
& ibi Bart.in.l.1.§.ꝙ autem.ff.de ſeruo corrup.
vbi Bar.dicit facere pro ſtatutis,qui dicunt , ſi
quis receperit malefactorẽ,vel bannitum. Quo
q; receptator debet eſſe ſciẽs,prudẽsq;,vt demũ
puniatur,ſi ſciuerit ipſum eſſe debitorem rebel
lem,non autẽ ſi ignorauerit.vt in.l.1.C.de deſer
tori.mili.lib.12.& ibi Plat.nu.3.& facit.l.3.§.nõ
tantùm.ff.de incen.rui.naufra. &.l. metodorũ.
ff.de poenis;& in dubio præſumitur ignorãtia,
niſi foret notorium.vt in.l.1.ff.de recepta. pro-
quo facito quod notat gloſſ.in.l. ſi tutor. C. de
pericul.tuto.prout tenet dictus Plat.in.d.l.1.&
ſtatur iuramento ſuo.vt ibi per eũ.nu.4.& Hip
poly.



poly.in.l.qui ignorans.ff.ad.l.cornel.de fal.nu.
22.& Feli.in.c.à nobis.de exceptio.& Plat.in.l.
fi.C.de fabricen.lib.11.& Luc.de penna.in.d.l.1.
20 col.1.¶Idẽ eſt in occultante, vel faciẽte† fugere
officialem tẽpore ſyndicatus,quia tenetur ad re
ſtitutionem in quadruplum,ſecundûm Bal.in.
l.2.C.de aſſeſſo.¶Sed intellige verũ in foro con
ſcientiæ poſt condemnationem,ſed ante ſolùm
tenetur ad dãnũ, quod reſtituere debebat ipſe
officialis,ſi in ſyndicatu fuiſſet. ita ſingulariter
ſumma Angeli.in parte,reſtitutio.§. 9.ver.vtrũ
faciẽs fugere.de quo vide quę latè poſui ſuprà,
in.c.1.in gl.ni recibira dadiua.verſi.ſed vtile eſt.
nu.20.¶Adde vnũ ſingulare,ꝙ contra eximen-
21 tem aliquẽ de manibus familiæ intereſſe† ꝓba
tur per iuramẽtum creditoris.tenet Bart.in.d.l.
ſi per aliũ.§.docere.ff.ne quis eũ.& tenet Paul.
de Caſt.in.l.ſed eximendi.§.item ſi is.eo.tit. &
tenet Anto.Frãc.in additio.ad Abb.in.c.dilecti
filij.de foro compe.in additione finali: quę inci
pit,ex contractu.poſt medium.& Angel.in.d.
§.pœnales.nu.16.vbi tenet , ꝙ in iſta actione in
factum cõtra eximẽtem iuratur in litem: & ſpe
ciale eſt,quamuis ſit ſtricti iuris propter rigo-
rem iuris conſeruandum.de quo ibi per eum,&
format quæſtionem vt clarius intelligatur.¶Et
ideo dicit Montal.in glo.ordi.in parte , iudices
prætores.ꝙ ille,qui aufert captum,vel alio mo
do eum eximit,ſuccedit ne dum in intereſſe,&
pœnam,ſed etiam eſt in maius periculũ , quàm
erat reus principalis , quia facilior eſt probatio
contra eum.Dicit ad hoc tex. valde notabil.in
l.2.§.prætor ait.ff.eo.tit.ne quis eum qui in ius
voca.vi exi.& Bald.ibi. & probatur per. d.l.fi.
C.de operi.liberto.& in.l.conſiliarios.C.de aſ-
ſeſſo.& gl.in.d.l.quotiẽs.¶Item nota,ꝙ ſi plu-
res abſtulerũt captum à familia,vel vi eximunt
22 aliquẽ de carcere,ꝙ quilibet tenetur† in ſolidũ,
& vnius ſolutio non prodeſt alteri.per tex.in.l.
2.§.fi.ff.ne quis eum qui in ius vocatus vi exi.&
ibi Bal.& tenet Mõtal.vbi ſuprà:& tenet in ex
preſſo Pau.de Caſt.in.l.pen.quæ incipit, ſi per
alium.§.hoc iudicium.ff.eo.ti.nec pœna ſoluta
ab vno,liberat alium,& etiam debitor remanet
23 obligatus.¶Sed an ſolutio† facta ab eximente
debitorẽ liberet?Glo.in.d.l.pen.quæ incipit, ſi
per aliũ.§.1.tenet quòd non,ſed aliqui antiqui
tenent ibi contra. ¶Sed Ange. & Flori. ibi con
cordant,dicendo.Aut primò debitor fuit con-
demnatus,& ſoluit quod debebat,& eximẽs. li
beratur quoad ipſum actorẽ: quia amplius ſua
non intereſt,& primũ debitum eſt extinctum.
¶Aut primò fuit exactus eximens , & tunc nõ
liberat eximẽs debitorẽ:nã id quod ſoluit exi-
mens,videtur ſolutũ in pœnã ſui delicti.l. man
cipia.C.de ſeruis fugit.¶Sed iſtã diſtinctionem
Ang.de Are.in.d.§.pœnales.nu.18.dicit,ꝙ non
credit eam verã:imò quamuis ſit primò exactus
debitor,nõ ſit liberatus eximẽs propter dolum
ſuum,& ſuum delictũ.Præterea quia vt eximẽs
teneatur,nõ habetur reſpectus ad quãtum in ve
ritate teneatur exẽptus:quia etiam ſi in nihilo
tenebatur,& calũnioſè eſſet exemptus, tamen
eximens tenetur.vt in.d.l.ſed eximẽdi.§.item.
& in.d.l.ſi per aliũ.§.1.in fi.¶Pro quo etiam fa
cit quod dictũ eſt,ꝙ ſi ſunt plures,qui eximunt
captum,quilibet tenetur in ſolidum. vt in. d.l.
pen.§.hoc iudicium.Sicut etiã dicimus, ꝙ duæ
cauſę lucratiuæ procedentes à diuerſis debitori
bus poſſunt concurrere in eadem re, etiam quo
ad exactionẽ,qñ primò extimatio rei fuit exa-
cta.l.Meuius.§. duobus. & ibi Bartolus latiſsi-
mè.ff.de lega.2.& in.l.planè.§.1.in.2.reſponſo.
ff.de lega.1.Præterea poteſt dici,ꝙ quoad debi
torem ſit rei perſequutio,& quoad eximẽtem
ſit poenalis.Sed poenalis non tollitur per per-
ſecutoriam,nec ecõtra.vt in.l.ſi pro fure. §.1.ff.
de condi. furti.cum ſimilibus. ſiue ſit exactus
primò debitor,ſiue non,quia non liberatur al-
ter,qui tenetur ad poenam.ſecundùm Ange.in
dict.§.poenales.quod mihi placet.¶Sed quid in
24 iudice delegato,† ſeu perquiſitore,qui ſunt idẽ
an poteſt defendere ſuam iuriſdictionem limi-
tatam,quam habet, & punire turbantes eã? Et
videtur ꝙ non:quia iuriſdictio delegata nõ ex
tenditur ad perſonas nõ expreſſas in reſcripto.
vt in.c.1.& glo.de offi.delega. ſed de iſtis impe
dientibus non habetur mentio in reſcripto , ili-
cò ad ipſos non extenditur iuriſdictio. Sed dic,
ꝙ illud intelligitur vniuerſaliter.& fallit in iſtis
qui impediunt proceſſum iudicis, quia contra
ipſos bene extenditur iuriſdictio.vt in.c.1.de of
fi.delega.Et eſt ratio:quia omnia videntur ſibi
commiſſa,ſine quibus iuriſdictio explicari põt.
cap.præterea.el.2.de offi.delega.&.l.2.ff.de iu-
ri.om.iud.Cõtra iſtos ergo turbãtes põt delega
tus exercere cẽſuram:qa permiſsũ eſt iudicibus
defendere ſuã iuriſdictionẽ iudicio poenali. vt
in.l.1.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtẽp.licet Ioan.de
Imol.in.d.c.1.& in.c.dilectus.de poenis variet.
¶Sed tu cõclude poſt ſcribẽtes in.d.ca.1.đ offi.
deleg.ſcđm And.ſicul.Barb.ibi.co.25.cũ ſequẽ.
¶Quod ſi tertius delinquit in perſonã iudicis
delegati,nõ põt illũ punire,niſi ex hoc cõtĩgat
ſuam iuriſdictionẽ impediri.Et ita reducitur ad
cõcordiã Inn.in.d.c.1.& in.c.dilect⁹.nã in. ca.1.
tenet,ꝙ põt ſuã iniuriã vlciſci.p.c.ſi qs erg.2.q.
7.ſed in.c.dilectus.tenet oppoſitũ.& cõcorda vt
dictum

dictum eſt. ¶Quoq; dic, ꝙ tex.in.d.cap. ſi quis
erga. loquitur in ordinario. de quo plenè per
Abba.in.d.cap.cum veniſſent.de iudi. Et atten
de, ꝙ in caſu, in quo pōt delegatus punire, non
intelligas ꝙ poſsit imponere pœnam ordinariā
ſed extraordinariam, quia ipſe non eſt deputa-
tus ſupra illam iniuriam. ¶Si verò delinquitur
contra partes, vel teſtes, & ſimiles perſonas ne-
ceſſarias in iudicio. conclude, ꝙ ſi ex hoc ſua iu
riſdictio impediatur, poteſt vlciſci, aliàs ſecus,
& ad limites impedimenti poteſt ſe impedire,
& non aliter. Sed contra officiales delinquētes
carum ſe contrarium tenet Inno.in.d.cap.dile-
ctus, ꝙ non poteſt ipſe procedere, niſi impedi-
retur ſua iuriſdictio, ſed debet facere eos punire
per ordinarium. ¶Quam aūt poteſtatem poteſt
exercere delegatus in iſtos tales impedientes?
Dic ꝙ cenſura eccleſiaſtica, etiam ſi hoc non ſit
expreſſum in reſcripto. vt voluit Inno.in.d.c.1.
Et quoq; poterit eos multare pœna pecuniaria
ſecundum eundem: quia omnia videntur com-
miſſa, ſine quibus iuriſdictio exerceri non pōt
idem tenet Abb.in.d.c.1.num.6. ¶Quid ſi alius
præter litigatores, eſt ſuſpectus, ꝙ vult impedi
re iuriſdictionem, vel offendere eos, qui ad ſuū
iudicium ſunt vocati? Dicit Inno. ꝙ iudex coget
eum pręſtare cautionem ſuper eorum ſecurita
te.arg.cā. literas. de reſti.ſpol. tenetur enim iu-
dex aſsignare partibus locum ſecurum.cap. ex
parte.de appella. ¶Sed limitatur hoc, niſi eſſet
tanta ſæuitia, ꝙ non poſſet per cautionem me-
deri, quia dicit Hoſti. ꝙ ſuſpenderetur cenſura,
donec mutentur tempora, vel per deū, vel eius
vicarium aliud conſilium apponatur, & conſu-
latur, ꝙ ad tp̄s deſiſtat.arg.in.d.cap.literas.&.c.
ex tranſmiſſa.de reſti.ſpol. ſecundum Barb. vbi
ſuprà, in.d.c.1. ¶Sed quæritur, ſi iudex, ſeu po-
25 teſtas pro defenſione ſuæ iuriſdict. delinquat, †
& damnum det, an ille teneatur ad ſatisfactio-
nem delicti, vel ciuitas, rōne cuius defenſionē
fecit? Et videtur ꝙ ille tenetur, & non ciuitas:
quia delictum perſonæ in eccleſiam, vel ciuita-
tem ſeu rempublicam non debet redundare. Et
ideo ſi Abb. delinquat, vel alius monachus, vel
clericus, iniuriam faciendo, vel damnum dan-
do, vel alicui eius poſſeſsionem occupando, ec-
cleſia non tenetur. Nam qua ratione delictum
tutoris non obligat pupillum. vt in. l. neq;.ff.
de reg.iur.& in.l.pe.ff.de tabulis exhibend. ea-
dem ratione delictum clerici. vel prælati, nō de
bet eccleſiam obligare; cum pupillus, & eccle-
ſia, & reſpublica parificentur ex vna parte, &
eorum adminiſtratores etiam parificentur ex
alia. vt in.l. orphanatrophos.C.de epiſcopis, &
cleri.& in.cap.1.de in integr.reſtitu.& ibi gloſſ.
¶Et quia ex delicto officialis non tenetur vni-
uerſitas ad pœnam, ex eo, ꝙ in generali manda
to non venit, ꝙ faciat incidere in pœnam. tenet
Bar.in.l.aut facta.§.fi.vlti.colu.ff.de pœnis. ſe-
quitur Alex.in conſi.105.in.3.volu. conſiliorū.
nu.27. ¶Sed in contrarium videtur ratione prę
dictæ parificationis: quia iure expreſsè cauetur,
ꝙ pupillus teneatur de dolo tutoris. vt in.l.1.§.
hoc edicto.ff.ne vis fiat ei, qui in poſſe.& in.l.ſi
vna.§.ſi dolo.ff.de peculio.& in.l.3.§.pe. &. ff.
de adminiſtra.tuto.l.fi. ¶Dyn. in regula delictū
perſonæ.de regul.iur.in.6. pro ſolutione dicit,
ꝙ ſi ex delicto, vel dolo prælati, vel alterius per
uenit ad eccleſiam aliquid, eatenus teneatur ec-
cleſia, ſicut tenetur pupillus de eo, quòd ad ſe
peruenit ex delicto tutoris. vt in.l. ſupradicta.
Sicut pater ex delicto filij tenetur, & dominus
ex delicto ſerui inquantum ad eos peruenit. vt
in.l.1.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arma.& in. §. ſi
quis eum, & in.§.ſi filius.& in.l.2.§.fi.ff. de pe-
culi. Et eodem modo tenetur ciuitas, vel vniuer
ſitas, quatenus ad ſe peruenit ex facto, vel deli-
cto præſidentis.1.iudicis.vt.ff.de vi & vi arma.l.
ſi in me.&.ff.de dolo.l.ſi ex dolo.§. Sed an mu
nicipes. Tunc eccleſia non videtur pati damnū,
quod eſt diminutio patrimonij. vt in.l.4.ff. de
damno infecto. cùm de ſuo nō ſoluat, ſed quod
ad eam peruenit reſtituit. Et iſtam ſolutionem
quoq; tenet Ioann. Andr.in.d.regula delictum
in mercuriali.in princ. ¶Vbi Dyn. ponit quo-
que alium contrarium de.l. iubemus nullā. C.
de ſacroſanct.eccleſ. ¶Sed ſoluendo dicit, ꝙ de-
lictum commiſſum à pręlato, ſeu à iudice, colle
26 gio, ſeu conſiſtorio, † vel capitulo vocato, & cō-
municato redundat in damnum eccleſię, ſeu vni
uerſitatis. vt in.d.l. iubemus. Secus eo non com
municato: quia delictū ſolius poteſtatis, vel prę
lati, ſeu alicuius, vel aliquorum de collegio, ec-
cleſiæ, vel vniuerſitatis non præiudicat. & ita in
telligitur.d.regula delictum. & iſta eſt commu
nis ſolu. ſecundùm Dyn. ibi. Et eam quoq; dicit
communē. Abb.in.c.1.de dolo & contu. nu.12.
& Bart.in.d.l. iubemus nullam. vbi quoq; dicit,
ꝙ ſic debet intelligi.d.c. delictum.* Et vid.l.17.
titul.10.part.7.* ¶Quinimo non ſolùm obliga
tur eccleſia, ciuitas, vel vniuerſitas quando com
municato conſilio fuit factum, & de ſuo conſen
27 ſu, verunetiam obligatur † vniuerſitas, ſi ratum
habuit quod factum eſt per prælatum, ſeu per
iudicem, & hoc caſu obligatur eccleſia, ſeu vni-
uerſitas etiam in delictis. vt notat gloſſ.in. cap.
cùm dilectus.de ordi.cogni.in.gloſſ.3.& vi.Ba'.
& Abba. Notat etiam gloſſ. & ibi Bartol. in.l.ſi
quis



quis in tantam. C. vnde vi. tenet ad literā. Alex.
in additio.ad Bart.in.d.l. iubemus nullam. in fi
28 nali addit. ¶Sed hoc intelligitur verum †, quan
do omnes de capitulo, vel de collegio cōſenſiſ-
ſent: ſecus ſi maior pars capituli conſenſiſſet, &
minor contradixiſſet, quia adhuc nō fieret præ
iudicium eccleſiæ.* Et dicitur quis conſentire
quando quis de capitulo tacet & non contradi
cit illa quæ malefiunt in capitulo: & tenetur
pœna cum alijs qui expreſſè conſenſerunt vt te
net ſingulariter Innocen.in.c.1.de his quæ fiūt,
à præla. ſine conſen.nu.4.& Abb. ſingulariter.
in.c. veſtra de locat.nume.6.in.fi.& idem Abb.
in.c. continebatur.de his quæ fiunt, à prælato.
nu.9.& Fel. latè.in. eo.in.c. omnes.de conſtitu.
nume.12.& Ioan.de Ana.in.capi.veniens. de ſi-
mon.nume.4.& Abb. ſingulariter.in.c.1.de his
quæ fiūt. à maio.part.nume.13.& vi. quæ dixi.
in.c.44.in glo. *ſe ſalgan*.nume.2.* Nec obſtat.l.
maior.ff.ad municipales. quia debet intelligi de
his, quæ tendunt ad vtilitatem, vel ſaltem non
tendunt ad damnum: & tunc quod maior pars
facit, videtur feciſſe totum capitulum, vel vni-
uerſitas. Sed quando tendit actio ad damnum,
requiritur ꝙ omnes concordent, & cōtradictio
vnius faceret, ne videatur geſtum ab vniuerſita
te. Quod perpetuò tene menti, ſecundùm Paul.
de Caſt.in.d.l. iubemus nullam. numer.6. quod
dicit raro reperies alibi hoc dictum, & eſt pul-
chra limitatio ad.l. maior.& vi. aliquid per Ro-
ma.in ſingula.44. ¶Et in caſu iſto non ciuitas,
ſed iſta maior pars tenetur ad damnum, non in
ſolidum, ſed quilibet tenetur pro parte. vt tenet
Bald.in.c. edoceri.de reſcript.nume.3. dicendo,
ꝙ ſi plures admittuntur ad communionem offi
cij publici, & ſimul delinquunt in officio, quili
bet tenetur pro parte. quod eſt notandum. Ad
quod facit, quod tenet idem Bal.in.c. cùm dile-
cta.de reſcrip.nume.5. vbi tenet, ꝙ ſi multitudo
hominum facit ſibi vnum caput, ſiue capitaneū
omnes dicuntur principales, tamen vnuſquiſq;
tenetur pro ſe, & non pro alio. vt notatur in. l.
prætor.ff. vi bono.rap.& vi. Bald.in rubr.de his
quæ vi met.cauſ.in decretali.nume.13. vbi ſingu
lariter.& vide ſuprà in gloſſ. *juntaran*, in fine. &
quæ ibi dixi in capitulo.2. ¶ Alij faciunt aliam
diſtinctionem. Aut delinquit contrahendo, vel
delinquendo, aut negligendo, aut delictum rea
le & mere ſuum, aut eſt delictum, vel actum, &
incluſum, ſeu coniunctum cum adminiſtratio-
ne. vt per Bartol. Bald.& Paul.in dicta.l. iube-
mus nullam. ſingulariter diſtinguentes & quo-
que ibi per eos quid in acquiſitis, & quid in ac-
quirendis.& per Abb.in dict.capitul.1.de dolo
& contu. ¶Sed contra ſupradictam concluſio-
nem, in qua cauetur, quòd quando communica
to conſilio fecit, non tenetur, ſed vniuerſitas. fa
29 cit glo. † in.capit. placuit.16.quæſti.6.& Archi.
ibi.& Cardi.in.d.c.1.& glo.in.c. priuilegium.11.
q.3. vbi indiſtinctè volunt, ꝙ quantuncūq; hoc
delictum ſit communicato conſilio, nunquam
præiudicet eccleſiæ, vt eccleſia priuetur re ſua:
quia cū expreſsè non poſſet prælatus & capitu
lum ſine cauſa legitima, & ſolennitate debita,
alienare bona eccleſiæ.12.q.2.c. ſine exceptiōe.
multò fortius tacitè, maximè delinquendo. Et
diſtinctio, quæ fit, an fiat communicato conſil.
vel non, procedit quo ad ea, quæ cadunt in po-
teſtate prælati, & capituli, vt in obligando ec-
cleſiam pro aliqua legitima cauſa. vt legitur in
capit. quòd quibuſdam de fide inſtru. non au-
tem quoad alia. notat in ſimili Barto.in.l. ſcien
dum.ff.de verborum obligat. Et hoc plus pla-
cet Abb. vt ipſe ait in dict.cap.1.de dolo & con
tuma.num.13.&.14. cum ſequentibus. vbi ſin-
gulariter hoc altercat melius, quàm alibi: quem
vide, & concludit in num.18.& dicit, quod ſi res
ſpęctat ad menſam prælati, puniatur ipſe præla
tus in vita delinquentium: ſi verò res erat eccle-
ſiæ, & non pertinebat ſolùm ad menſam præ-
lati, & capituli, tunc condemnabuntur ipſi de
proprio ad æſtimationem. & idem voluit tene-
re Bald.in prælud.feudo.in finali diuiſione, li-
cet Abb. eum non alleget.nume.58.* Tamen ſi
ipſa eccleſia, vel ciuitas, ſeu villa ſoluit damnum
ex forma ſtatuti, poteſt repetere ab eo qui dam
num dedit: tenet Alberic.in. Rub.ff.de lib. cau
ſa.nu.2.* ¶Attamen quicquid dicat Abbas, ego
30 teneo, † ꝙ ſi iudex fauore ſuæ iuriſdictionis ali-
quod damnum fecit, quòd non tenetur ſoluere
ex ſuo, ſed reſpublica tenetur tale damnum
emendare, & ſoluere condemnationem con-
tra eum factā. vt tenet ſingulariter Paris de Pu-
teo in tractatu ſyndica.in parte, an officialis poſ
ſit capere rem.folio.69.in libro portatil. vbi di-
cit, quòd ſi officialis accipiat boues alicui᷉ pro
homine traxinando ad iuſtitiam; quòd illi bo-
ues de cætero cùm arabunt in terram, & nun-
quàm germinabit fructum illa terra arata cum
dictis bobus, dicit quòd non iudex, ſed reſpu-
blica ad emendam illorum boum ſic deteriora-
torum tenetur, & ſoluetur talis emenda, non de
pecunia iudicis, ſed de pecunia publica. per no
tata in argumen. per Bartol.in.l. diuus.ff. de bo
nis damna.& in.l. cùm ratio.§. Si plures. eod.ti-
tulo. vbi tenet quòd expenſæ pro exercitio of-
ficij ſunt faciendæ ex multis extraordinarijs
paruulis, & quòd talia vilia non conuertantur
O in ſuam

in ſuam vtilitatem, ſed in vtilitatẽ officij. ¶ Maximè ſi illud, quod facit iudex pro dicta defenſione, habet cauſam ſucceſsiuam: quia tunc quã uis non præcedat tractatus vniuerſitatis, imputatur vniuerſitati. vt Cardina. in clementina. 1. de pœnis. & tenet Pala. Ruui. in repetitione. capitul. per veſtras. de dona. §. 18. fol. 65. nume. 36. quòd dicit eſſe notandum. ¶ Et facit idẽ, quod tenet Pala. Ruui. in dict. repetitio. capitulo. per
31 veſtras. §. 39. nu. 6. fol. 75. vbi dicit, quòd ſi † priuatus intentat iudicium ad vtilitatem publicã, ſiue clericus ad vtilitatem eccleſiæ ſuæ, debent ſibi refici expenſæ à fiſco, ſi vtilitas ſit fiſcalis, id eſt, afferens lucrum fiſco. Et dicit eſſe caſum notabilem in. l. ſi mulier in opus ſalinarum. ff. qui potio. in pigno. habe. ſecundùm Bal. in. l. 1. in prin. iuxta finem commenti. ff. de Iuſti. & iure. & text. in capitulo. ex parte. de accuſatio. & Franciſc. de Aret. tenet ita in. capitul. ſi quis teſtium. de teſtibus. 3. column. Et licet Palat. Rui. alleget. d. l. ſi mulier. ego non inuenio. & credo quòd eſt tex. in. l. fi. §. fi. ff. de pignora. actione. * Sed quid ſi minor pars cõcilij ciuitatis, vel aliqui particulares illius in fauorẽ ciuitatis ſeu reipublicæ litigant, cuius expenſis ambæ partes litigabunt: vi. doctor. in. capitulo. cum inter canonicos. de electio. & in. capi. præteritæ. eod. titul. vbi quòd factum eſt à maiori parte vniuerſitatis pro ſequitur expenſis vniuerſitatis, niſi euidenter conſtet de improbabili cauſa, & minor pars & ſingulares faciant ſuis expenſis, & ſi obtinuerint ab vniuerſitate recuperabũt: prout tenet curia Piſana libr. 2. cap. 16. & an ſi iuuantes perdiderunt equos, & arma, & alia an poſsint, recuperare illa ab eo in cuius auxilium veniũt, vi. glo. & ibi Docto. in. l. quoniam. C. ad. l. Iuli. de vi. priuat. & melius quàm alibi per Peregrin. in parte emenda, vbi per. 3. columnn. latas diſtinctiones facit. * ¶ Adde quod tenet idem Bartol.
32 in. dict. §. ſi plures. vbi dicit, ꝙ rectores † pro ampliandã ciuitate numero hominum, & ciuium, poteſt expẽdere de bonis communis, & eſt iuſta cauſa expendendi. ¶ Et in ſimili facit quod tenet Bar. in. l. multarum. C. de modo mul. vbi
33 quando iudex † non poteſt facere aliter aptare cameram, imponat aliquam multam, & deputet eam ad fabricã vel expẽſas palatij: quod dicit menti tenendũ, ſed credo, ꝙ palatium debet eſſe ciuitatis, & non priuati. Et ita intelligit Salyce. ibi, dum dicit, ꝙ iudex in impoſitiõe mul-
34 tæ poteſt eam deputare † in ſalarium aduocatorum, vel in refectione alicuius rei ſpectantis ad rempublicam. Et Bald. in. l. 2. C. communi rerũ alie. num. 3. dicit, ꝙ iudex poteſt donare fiſcalia modica, ſed magna non, niſi ipſe princeps. ¶ Facit quod tenet Andreas de Iſerni. in tit. de pace iura. firman. in vſi. feu. §. receptatoribus. circa fi
35 nem. vbi tenet, quòd non tenetur † iudex, qui vt maleficia puniantur, & alij terreantur, zelo iuſtitiæ dedit alteri damnum, ſed tenebitur fiſcus ad illud damnum: quia hoc exigit publica, vtilitas. argum. l. contra. §. fi. ff. ad Silania. & in. l. 1. C. in quibus cauſi. ſeru. & per notata. in. l. ſi is cum quo. ff. famil. herciſcun. vbi de villa exuſta propter contumaciam alterius ſocij, quod Andre. latè examinat in. d. §. receptatoribus. & ibi intelligit hoc verum, ſi iudex aliter non potuit prouidere. Et facit quod tenet Stephanus. Aufre. in deciſione. 70. Tholoſa vbi dicit, quòd ſi officialis delinquit præ textu officij, & ad cõmodũ ipſius officij, ſeu vniuerſitatis, ſucceſſor in officio tenetur ſatisfacere, ſecus ſi officialis delinquit, vel cõtraxerit ad cõmodum proprium, vel libidinẽ ſuam ſecundam, nam tunc non ſucceſſor, ſed ipſe, & eius hæres conueniri debent. iuxta quod legitur, & notatur in. l. 1. & 2. ff. ad. l. Iuliã repetund. & in. l. iubemus. C. eo. tit. Et ita voluit Siculus limitare. c. aduerſus. de immuni. eccleſ. Et eſt tex. & ibi glo. expreſſa in. l. ſi laborante. §. æquiſsimum. ff. ad. l. Rhod. de iact. vbi tenet, quod ſi quis pro communi vtilitate, vel alterius damnum patiatur, eſt ſibi reſtitutio facienda. ¶ Nec obſtat, quòd officialis nil debet recipere à prouincialibus. vt in authen. de manda. princi. §. fi. colla. 3. quia eſt verum pro ſe, ſed ſecus pro executione officij. ſecundùm Bartol. Bald. & Cyn. in. l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. & tenet dictus Paris de Puteo, vbi ſuprà: quẽ vide. & Barto. in. d. §. fi. intelligit data mercede de publico. ¶ Sed quando aſinus accipitur ad aliquem ſuſpendendum, gratis poteſt iudex accipere.
39 vt Paris. de Pute. vbi ſuprà. ¶ Quoq; tu dic, † ꝙ quãdo iudex facit aliquid pro defenſione iuriſdictionis, faciat ex multis extraordinarijs per eum impoſitis, & applicatis operibus publicis, vel expẽſis iuſtitiæ: & his deficiẽtibus expenſis Cameræ regis. Sed requiritur licentia regis, vel ſuorũ ſenatorũ: quam licentiã illicò concedunt dum petitur, ſi videtur eis neceſſarium eſſe: & hoc, quando iudex contendit cum aliquo alio iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari ſuper iuriſdictionem, vel ſuper delictum. ¶ Secus ſi ciuitas contendit ſuper territorio & iuriſdictione cum alia ciuitate, villa, ſeu domino, quia tunc expenſis ciuitatis debet defendi. & ita ſeruatur. Quia omnia iſta ſunt ciuitatis, & communia vniuerſitatis, putà, fontes, plateæ, termini, viæ, mõtes & campi, & ſimilia. vt in. §. vniuerſitatis. Inſtit.

de re-



de rerum diui. & in. l. in tantum. §. vniuerſitatis ff. eodem. text. in. l. 4. titul. 28. partit. 3. ¶ Et ſi ciuitas, ſeu villa reditus non habet, vel non ſufficiunt, illis deficientibus, collecta per habitatores imponitur, à qua clerici, nec alij priuilegiati ſunt immunes. argumen. text. in. l. 20. tit. 32. partit. 3. & l. penulti. & fi. ff. de operi. publi. & l. ad portus. C. eodem. & l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanctis eccleſi. ¶ Et quoque tenetur, etiam ſi lis ſit ſuper iuriſdictione, licet iuriſdictio ſit regis, ſeu domini, vt dixi in capi. 1. ſuprà eodem in gloſſ. *nueſtros*. numero. 1. Quia iuriſdictio videtur data territorio, & ei cohæret. vt in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum ſignificatione. & facit in argumen. text. in. l. 7. titul. 16. libr. 2. in ordinamen. regali. vbi ſalaria correctorum, vel iudicum ciuitatum, vel villarum ſoluuntur de proprijs conſiliorum: quorum defectu ſoluuntur per eos, qui pro neceſsitatibus, & vtilitatibus conſiliorum contribuere conſueuerunt. Illicò ſi ciuitates iſta ſalaria ſoluunt ius ſibi dicentibus, & adminiſtrantibus à fortiori defendere debent dictam iuriſdictionem ſuis expenſis. Quia ſi habent ciuitates, & villæ territorium, debent quoque dictam iuriſdictionem defendere: quia territorium nõ eſt aliud, quàm terræ ſpatium munitum, & armatum iuriſdictione. tenet Baldus in Rubri. quæ ſint regalia. in vſibus feudorum, & territorium habet intra iuriſdictionem. textus in lege finali. ff. de iuri. omi. iudic. ¶ Et facit quod tenet Petrus Antiboli. in tractatu de m[illegible]. in ſecunda parte. §. reſtat. nume. 3. tomo. 6. tract. fo. 21. vbi tenet, quòd licèt ciuitas propter publicam vtilitatem fiſci non poteſt indicere collectam, tamen propter emergentem neceſsitatem totius prouinciæ bene poteſt, vt ſi eſt negotium tangens iuriſdictionem magiſtratus, quia ad eam conſeruandã poteſt iudici, & ſic intelligit. l. in honoribus. ff. de vaca. mune. & caſus in. l. omnes. C. de operi. publi. Et eſt ratio ſecundùm eum nam licèt collectam imponere ſit ius reale, tamen ex quo officium eſt conceſſum, ad eundẽ modum talia regalia videntur conceſſa. argumen. l. ſecundæ. ff. de iuri. om. iudi. ¶ Tamen nota vnum ſingula. quòd ſi pro ſupradictis indicitur collecta in aliquo loco, ſeu villa alicuius domini: ipſe dominus tenetur contribuere, ſi in ipſa habet demanialia, molendina, deheſas, & agros, & ſimilia, tenet Lucas de Penn. in. l. hac prouidentiſsima. C. de quibus muneri. præſta. nemi. lice. libro decimo. colum. 7. verſic. 18. & 19. vi. quæ dixi infrà, in. c. 23. in glo. *den orden*. nu. 4. ¶ Et in cõtributione iſta tenetur talis dominus pro duobus vicinis in talibus & ſimilibus contribuere: quia ſicut ille habet duplicem portionem in paſcuis, & in ſyluis ceduis illius villæ, & ſic poteſt cum gregibus ſuis paſcuari pro eo numero, quo duo vicini de diuitibus tallis villę, & ſcindere li-

bien publico 1 no lle-

gna mõtium, dum ibi habitat, prout tradit collectari. in capit. quæſtiones. de rerũ permut, & ſeruatur in practica, & probatur in. c. 21. Deute. quia in hoc habetur reſpectus ad dignitatem vſuarij. l. plenum. ff. de vſu. & habita. * Et tenet Gregor. Lopez. in. l. 9. titulo. 18. parti. 3. in gloſſ. *como los ricos*. * Ita tenetur in ſupradictis cõtribuere pro duobus vicinis ex diuitibus illius villæ, vt æqualitas ſeruetur: vt in lege in ſacris. C. de proximis ſacro. ſcrini. lib. decimo, & lege finali. C. de fruct. & litis expen. & capit. final. 3. quæſtio. 9. cap. nouit. §. penultimo, de iudicijs. cap. cùm inter. de exceptio. & facit textus, & ibi doctores in lege ſecũdùm naturam eſt commoda cuiuſq; rei. ff. de regu. iuris. * Et quia qui plus participat de cõmodo plus de expenſis debet ſoluere: tenet Grego. Lopez. in. l. fi. tit. 5. part. 3. in glo. fi. & facit ꝙ tenet Specu. in titulo. de inſtrum. editio. §. nunc vero aliqua. nume. 27. vbi inquit, ꝙ quãto aliquem honoramus tãto eum poſſumus onerare, vt in. l. imperator. ff. de lega. 2. & c. 3. de rebus eccleſi. alie. vel non.

1 **Bien publico.** 1 Vide quę latè dixi ſuprà. in. c. 1. in gloſſ. *el bien comun de la tierra*. & vi. text. in. l. qui neceſſariò. C. de aduoca. diuerſ. iudi. & ibi Bal. vbi tenet, ꝙ licet quis magiſtratũ gerat, poteſt eſſe aduocatus pro ſua republica: Secus contra eam, quia habet honorẽ, & ſalarium ab ea. ¶ Ex iſto tex. põt notari illud, quod tenet Luc. de Pena. in. l. in filijs. C. de decuri. lib. 10. vbi ait, ꝙ ſtuduerũt imperatores, vt res ciuitatũ publicè regerentur, vt ſub pace, & iuſtitia viuerent in ſalute. Quod dicit, ꝙ facit contra modernos principes, ꝙ licet vrbes diſſentiant inuicẽ, quãuis & ad paratũ exterminiũ proruãt, nulla eis cura eſt, dũmodo in nullo quæſtus pecuniæ minuat. Et ibi vi. quoq; p eũ, an patria debet diligi vel iuuari.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocare, ã teneat iudex gratis, pro republica*
2 *Fideles imperij, & cõmendatores an teneãtur ſequi regem, ſi fructus feudi, vel commendatorum non ſufficiunt ad itineris expenſas.*
3 *Extra territorium iudex non tenetur aduocare pro republica.*

k **No lleuando dineos.**[k]

Idem tenet Matth.de Affli.in tract.de iure protho.in parte prohibemus.nu.3.dicendo,ꝙ officialis nil poteſt recipere pro defendẽdo aliquẽ, & punitur qui donat, & officialis, qui recipit extraordinariè arbitrio iudicis.vt in.c.

uãdo dineros [k] por ello, ſo pena que ſi algo por ello lleua-

2.de alie.iudi.&.l.2.c.ne lic.poten. & Specul.in tit.de ceſsi.actio.§.1.verſi. cæterum. ſed hoc in-
1 tellige,quando conſilia eſſent modica, † vel rara,& lites ſint paruę:ſecus ſi ſint magnæ.❡Quoq; intellige,quando ſalarium,quod habet ex officio,ſeu iuriſdictione,eſt ſufficiens ad laborem & facundiam eius:ſecus ſi non ſit ſufficiẽs, quia tunc talis iudex non aduocabit pro republica gratis.argu.eorum,quæ notat Paris de Pute.in tracta.ſyndi.in parte,poteſtas cùm eſſet in officio.fol.61.loquendo in aduocato,quòd non teneatur gratis aduocare pro rege, ſicut nec alia perſonalia munera ſubire cum ſumptu, vel ſin. vt Inno.in.c.ſicut.el.2.de iureiuran.in principi. ❡Sicut & aliàs differt vtrum habeat ſalarium à publico,vel non.vt in.l.final.ff.de officio. aſſe. Quod dicit eſſe verum, quando dicta conſilia eſſent modica,& in paruis litibus.Secus verò ſi magnæ,& ſalarium publicum,quod habet, nõ eſt ſufficiens ad laborem, quia tunc gratis non aduocabit.dicit eſſe argumen.in.l.apparitores. C.de exacto.tribu.lib.10.& in.l.Meuia.§.fi. ff. de annuis lega.❡Vbi Bart.num.5.dicit,ꝙ fide-
2 les † imperij non tenentur ſequi imperatorem, ſi fructus feudi ad expenſas itineris non ſufficiunt.Quod dicit ibi Alexã.in additio.ad Bart. notari pro Baronibus,qui non tenẽtur ſequi regem.ſi fructus Baroniæ non ſufficiunt.& Bart. in.l.imperator.ff.ad Trebell.& Bal.in.l.qui manumittitur.C.de ope.liberto.❡Quod facit quoq; pro commendatoribus ſancti Iacobi, Calatrauæ,& Alcantaræ,ꝙ non tenẽtur ſequi regem, ſi fructus ſuarũ commendarum non ſuppetunt. quod nota.Et vi. Guid. pap.in ſingula.226.vbi tenet,ꝙ quanuis dominum ſequi debeant, non tamen ad ſuas expenſas,niſi aliud ſit de conſuetudine vel pacto ad hoc.c.non minus.de immunita.eccleſ.*Et vi.de hoc Greg. Lopez in.l.17. tit.18.parti.2.& vi.quæ dixi.in.ca.9.infrà in. ca. iudi.ſyndic.in.glo.*ſacar la gente*.*❡Quoq; intel-
3 lige iſtum tex.quando in ſua † iuriſdictione, & territorio lis tractatur,ſecus ſi extra quia limitata,& diſpoſita,intra territoriũ,ſeu in territorio, vltra non ducũt effectum.vt in.l.ex ea.ff. de poſtula.& in.l.3.ff. de officio præſi. & in. l. extra territorium.ff.de iuriſ.om.iudi. & in.l. in eius. in prin. ff. de pœnis. tenet ad literã Signorellus de homod.in conſili.99.in fine. * Et facit quòd tenet. Gregor. Lopez. in.l.8. titul.20. par.2. in gloſ.magna, loquẽdo in dominis, quia tenentur ad defenſionem ſubditorum reſpectu ſui diſtrictus & territorij,nam extra territoriũ ad hoc non tenentur.

ren, lo tornen con el doblo [1] para la nueſtra Camara.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pœna iudicis procurantis,ſeu aduocantis.*

2 *Iudex,ſeu familiaris,qui nil recepit pro aduocatione,ſeu procuratione,an puniatur.*

3 *Datum iudici,vel familiari, vt patrocinetur, an poteſt repeti tãqnam datum ob cauſam procurationis,quæ non eſt ſecuta.*

1 **Doblo.** [1] Per tex.iſtum videtur,ꝙ corrigatur.d.l. ſi quis procurationẽ.C.de decurio.lib.10.vbi dicit,ꝙ cõſiliari⁹, vel poteſtas,qui conſtituitur procurator, damnetur in exilium,& conſtituens puniatur, amiſſo priuilegio in exilium:quia hic in tex.noſtro
1 dicit,ꝙ tantùm illud,† quod recepit ratione aduocationis,procurationis, vel ſolicitudinis, cũ
2 duplo reſtituat Cameræ regis.❡Sed quid † ſi talis poteſtas,vel ſui officiales,& familiares ratiõe huius aduocationis,vel procurationis nil receperunt. Credo quòd puniãtur arbitrio iudicis. vt in.d.l.ſi quis procurationem.& Pla.ibi,verſ.
3 & nota.❡Vbi quoq; quærit Plat.an datũ † pro patrocinio perſonis ſupradictis,qui nõ poſſunt patrocinari,nec procurare,dũ ſunt in officio, ſi põt repeti tãquã datũ ob cauſam procuratiõis, quã non eſt ſequutus an verò donari videatur tanquàm ſcienter & cõtra prohibitionem legis. Et dicit ꝙ gloſ.ibi, & in.l.ſi militẽ.de condi. ob cauſ.dicit,ꝙ ſi dans ignorabat eſſe iudicẽ,vel decurionẽ,vel ſciebat, ſed credebat illos poſſe admitti ad procurationem,tũc repetet: quia iuris ignorãtia nõ nocet in dãno vitando.l.iuris ignorãtia.ff.de iuri. & facti igno. Si autẽ ſciebat eos nõ poſſe procurare,tũc ſi dedit ſub cõditione ſi procuraret,cauſa nõ ſequuta,repetet,ſecus ſi dedit ſimpliciter ſub modo vt eſſet aduocatus, vel procurator,quia tunc tanquàm turpiter datum

donare



donare videtur.& licet Ioan.de Plat.in hoc remaneat,mihi videtur, ꝙ licet ille, qui dederit, ſciuerit,vel ignorauerit,quòd ille non poſsit aduocare,ſeu procurare,repetit quod dedit: quia ille qui accepit,accepit contra legem, quam debet ſcire,& cuſtodire.vt pro Barto.text.in.l.26. titul.22.part.3.ibi *porque la maldad y la enemiga fue de parte del juzgador, que lo recibio*. & per iſtum text.qui indiſtinctè loquitur, non faciendo differentiam inter ſcientiam, & ignorantiam.

Prætorum Cap.III.finis.

Sequitur Caput. IIII.

# S V M M A R I V M.

1 *Ciuis vnius prouinciæ, vel ciuitatis, non poteſt in ea eſſe officialis iudex ſeu aſſeſſor,aliàs in pœnam ſacrilegij incidit.*

2 *Locum tenens non debet eſſe ex prouincia quã regit,quia debet eſſe eiuſdem iuris, & conditionis illius,in cuius locum ſubrogatur:& debet eſſe talis, qui à principio potuiſſet eligi ad tale officium.numero.4.Et ibi de doctore,qui vult legere per ſubſtitutum.Et de colonis,qui faciunt laborari & cultiuari poſſeſsiones & arbores per indoctos & ineruditos.Et de epiſcopo ſuccedente in executionem teſtamenti. numero.8.*

3 *Geſta à laico,à prælato ſubrogato, ſunt nulla.*

5 *Ex permiſsione principis bene poteſt quis eſſe iudex,ſeu aſſeſſor in patria ſua.*

6 *Aſſeſſor procuratoris Cæſaris poteſt eſſe in propria patria.*

7 *Iudex poteſt quis eſſe in patria ſua,ſi eſt homo eminentiſsimæ ſcientiæ.*

9 *Iudex poteſt quis eſſe in propria patria, quãdo per legem determinatur.*

10 *Vt iudex quis in propria patria nõ poſsit eſſe, quid requiritur.*

11 *Menſuratio de vna ciuitate ad aliam,quomodo debet fieri.*

12 *Menſuratio de molendino ad molendinũ quomodo fit.*

a **Tierra.** [a] Idem tenet tex.in.l.hi qui.& in.l. ſi cui. ff. ex quibus cauſ.maio.vbi cauetur,ꝙ ci-
1 uis † vnius prouinciæ, vel ciuitatis, non põt in eadem eſſe officialis,vel aſſeſſor.ratio huius eſt ſecũdùm gl.ibi, ratio ne ſuſpicionis,ne qd gracioſè agat, Itẽ quia nõ timeretur,cùm nemo propheta ſit receptus ſine honore, niſi in patria ſua, vt in euãgelio teſtatur.Et idem ſequendo tex.& glo.tenet Paris de Put.in tracta. ſyndica.in parte,ſtatutũ ciuitatis.fol.77. nu.4. & eſt tex.& ibi Bar.& Plate.in.l.nullus apparitor.C.de diuerſis officiali.& appari.iud.libr.12. vbi Plat.in nu.1.tenet, ꝙ quis non debet gerere officiũ apparitoris,vel executoris in prouincia, in qua oriundus eſt,vel in qua habitat, ſiue larẽ cõſtituit,niſi ſpeciali cõceſsione principis, aliàs incidit in pœnã ſacrilegij:quod eſt notandũ, & vide tex.in.l.nulli patriæ.C.de officio recto.ꝓuinci.& Bar.in.l.ꝙ ſeruius.ff.de conditione cauſa data.nu.2.*Vi.latè per Par. de Pute.in parte aſſeſſor.nu.16.cũ ſeq.& ꝙ committat quaſi ſacrilegium impetrans iudicaturã in patria ſua, tenet Pe regri.in parte iudex.capi.4.& in parte ſacrilegiũ. qõ.3.* ❡Eodem modo ſicut corrector, vel aſsiſtẽs non põt quis eſſe iudex in ſua
2 patria,ita nec per cõſequẽs debet habere locũ † tenentẽ ex illa prouincia,vel ciuitate, quam regit,vt hic in noſtro tex.ibi,*no tenga alcaldes ni alguaziles*. & tenet ad literã Amodeus Iuſtinus in tract.ſyndi.in parte.Itẽ in eo ꝙ dictus poteſtas retinuit in.dict.officio: vbi ait,ꝙ ſi poteſtas reti

*Prætorum.*

Item, que no tẽga alcaldes, ni alguaziles que ſeã vezinos, ni natura

*Caput. IIII.*

les ꝺla tierra [a] quel lleua en cargo, y q̃ los buſq̃ el los mejores y mas ſuficiẽtes q̃ pudiere auer

 nuir

nuit aliquem officialẽ de terra, vel loco propin
quo ciuitatis, quam regit, cõtra formã electiõis,
tenetur ad pœnã in electione contẽtã, ſicut di-
cit eueniſſe in ſyndicatu domini benedicti de
Gracionis poteſtatis Anconæ, quia ex forma
ſuæ electionis non poterat retinere in officio a-
liquẽ officialẽ de Vrbino, & fuit condemnatus
in ducatis centum. ¶Et ratio poteſt eſſe: quia li
cet quis poteſt per ſubſtitutũ officium admini
ſtrare publicũ, vt hic, & in.l.quiſquis.C.de epi-
ſco. & cleric. & in.l.ad ſimilitudinem. &.ff.de
adminiſtra.tut.l.decreto.& in.l.quid ergo.ff.ad
municipal.&.c.vlti.de offi.deleg. debet eſſe ta-
lis ſubſtitutus, vel locum tenẽs, & ſic ſubrogat⁹
in locũ poteſtatis debet eſſe eiuſdem conditio-
nis, profeſsionis, iuris, ſiue artis, & idoneus ſci-
entia, moribus, & peritia: nec ſufficit ſcientia, ni
ſi adſit peritia cuius eſt ille, in cuius totũ ſubro
gatur: & debet eſſe talis, qui à principio potuiſ-
ſet eligi ad talẽ locũ, vel officiũ vt tenet Bal.in.
l.parabolã.C.de epiſ.& cle.per illũ tex.& tenet
Bar.& Plat.in.l.1.& in.l.agẽtes in rebus. in fin.
C.de agenti.in rebus.lib.12.*Et tex.ſingula. in.
l.7.tit.18.parti.2.& ibi Grego.Lopez.in gloſ.*en
ſu lugar*. & ibi etiam dicit ꝙ quando ſeruitium
debet fieri principi non admittitur ſubſtitutus
niſi de eius voluntate.*Et Ioan.de Pla.in.l. nul
lus qui.C.de decurio.libr.10. nu.3. Et quoq; di-
cit, ꝙ debet ſeruire periculo ſubſtituẽtis. Quod
dicit Bal.in.d.l.parabolam, ꝙ facit contra iudi-
ces, & aſſeſſores regni, qui qñ recedũt ex prouin
cia vt reuertantur domũ fortè ex aliqua cauſa
neceſſaria, ponũt in locũ ſuum vnum ciuẽ, vel
aduocatũ illius ciuitatis, vel terræ in qua erant
iudices.vel aſſeſſores, quod nõ poſſunt, quia à
principio ſubrogatus nõ potuiſſet eligi, quia e-
rat ciuis, & propterea ſecundũ eum ſubrogatio
nõ tenet, nec tenebit etiã, quod per eos factum
eſt. Sequitur Iaſ.in.§.fuerat.Inſtit.de actio.col.
2.nu.7.& Abb.& Feli.in.c.1.pen.col.de ſumma
tri.& fide Catholi.Alex.in additio.ad Bar.in.l.
1.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.lib.iuſſ.fuer.in.1.ad
ditione.& Corſe.in notabil.ſuis.in verbo, ſubſti
tutus.*Vi.Peregri.in parte iudex.q.12.in gloſſ.
in delegabilia.*Et Hippoly.de Marſi. in repet.
Rub.de probatio.nu.343.vbi dicit, per illam do
ctrinã Bal.& ſequaciũ proximis ſuperiorib⁹ die
3 bus cõſultus reſpõdiſſe, ꝙ omnia geſta † à quo-
dam laico mero ſubſtituto à quodam prælato
erãt nulla, quia nõ poterat ſubrogari loco ipſius
prælati in tali officio eccleſiaſtico. ¶Et in adiu
torium Hippoly.licet ipſe non dicat, facit quod
tenet Abb.in.c.cùm cauſam.de electio.num.9.
vbi tenet, ꝙ laicus nõ põt eſſe vicarius epiſcopi,
quia eſt alterius profeſsionis. Et idẽ tenet in.c.
decernimus.de iudi.num.9.& vtrobiq; per eius
additionatores, vbi tenẽt, ꝙ põt eius conſultor
eſſe, vt Imol.Butri.& Inno.in.d.c. decernimus.
tñ vicarius epiſcopi põt eſſe, licet non ſit ſacer-
dos.vt Abb.in.c.ab excõmunicato.de reſcri. n.
16.& dictũ Hippo.de Marſi.probat text.in.l.2.
tit.7.lib.1.for.leg. ¶Sed Ioan.de Pla.de quo Iaſ.
nõ meminit, nec moderni meminerunt, tenet
cõtrariũ.in.d.l. nullus apparitor. C. de diuerſis
offi.& appa.iudi.lib.12.dicendo, ꝙ in hoc docto
4 res tenẽt cõtrarium: quia imò quis † põt eſſe lo-
cũ tenẽs iudicis in prouincia ipſius locum tenẽ-
tis: quia nõ reperitur iure cautũ de prohibitiõe
locũ tenẽtis, & quia nõ habet multum durare.
arg.ff.de offi.aſſe.l.ſi in eadẽ. Sed credo, ꝙ ſi ta-
lis locũ tenẽs in officio parũ durat, ꝙ põt ſubro
gari, & valẽt geſta per eũ, & ita aliquãdo vtitur,
quia iſti ciues ponũtur in locũ tenẽtes, quando
in breui iudex eſt ſtatim reuerſur⁹. vt tenet Pla
te.in.d.l.nullus apparitor.& Bal.in.l.1. in repe.
ff.de offi.aſſe.vbi ait, ꝙ quis põt eſſe locũ tenẽs
in propria prouincia, & delegatus, quia ab ex-
tra non põt faciliter haberi. & hoc tenet Cy. &
Guiller.quos Bal.refert, & ſequitur Par.de Put.
in tract.ſyndi.in parte, aſſeſſor, an poteſtas. fol.
59.nu.18.ſed dicit, ꝙ de iure cõſtitutionis regni
aſſeſſor, & actorũ magiſter, nõ põt eſſe de pro-
pria patria vnde habet incolatũ, vel maiorẽ par
tẽ fortunarũ, prout in nro.ca.cauet.* Vel, ꝙ ſit
originarius, vel ꝙ ſit domiciliarius: quia prouin
ciales prohibentur, vt in.l. his qui. ff. quib. ex
cauſ.maio.& in.l.cõſiliarijs. C. eo. prout tenet
Pari.de Put.ibi, nam prouinciales autẽ dicũtur
qui in prouincia habẽt domum.l. prouinciales.
ff.de verb.ſigni.item iudex non põt eſſe de pro
uincia arg.l.3.C.de diuer.offici.lib.12.ſecũdum.
dict.Par.de Put.* ¶Iaſ. quoq; hoc altercat in.l.
ſi in eadẽ.ff.de aſſeſſo.nu.7.& dicit, ꝙ Guiller.
& Albe.tenẽt, ꝙ locũ tenẽs põt eſſe quis in pa-
tria ſua, quia cenſetur eſſe delegatus ad vniuerſi
tatẽ cauſarũ, & vt delegatio alicui poſsit fieri, re
quiritur, ꝙ ſit ſubditus. Tamen dicit, ꝙ Marti-
nus Laud.tenet cõtrariũ: quia ſi prohibetur quis
eſſe aſſeſſor in patria, qui tamen nullã habet iu
riſdictionẽ, quãto minus poterit eſſe locũ tenẽs,
qui habet iuriſdictionẽ, & põt pronũtiare, & ra-
tiones propter quas quis prohibetur eſſe aſſeſ-
ſor, militãt magis in locũ tenente. & ſi vera eſſet
opinio Laudẽ.grauiter erraretur in practica, tñ
tu tene eam, & ſic ꝙ non põt eſſe locũ tenẽs in
propria patria.per.d.Ioan.de Pla.& per iura ſu-
pradicta. Tamẽ ſi cõſtituitur ad paucos dies, be
ne poteſt eſſe: quia ad multos dies non põt ordi
narius



narius abeſſe, & ſi lõgo tẽpore obeſſet, deberet
loco ſui alius ordinarius poni licẽtia principis.
vt in.l.ſi quis.C.de offi. præſi. præto. Affricæ,
vel aliũ locum tenentem extraneum ille iudex
in locũ ſui ponere debet.quod nota. ¶Ex quo
infertur ſecũdùm Bar.in.d.l.1.C.de princip.agẽ
ti, in rebus. ꝙ ſi doctor vult ſeruire per ſubſtitu
tũ, debet ſeruire per doctorẽ, & nõ per ſcholarẽ
licet ſufficiẽs ſit. Idẽ tenet Abb.in.d.c.1. de ſum
ma Tri.& fide catho.nu.2.vbi latè, & per eius
additio.ibi, & per Feli.3.col.verſi.2. ¶Et idẽ in
milite: qa ſi vult ſeruire per ſubſtitutum, debet
ſeruire per aliũ militẽ, & nõ per domicellũ. vt
tenet dictus Corſetus in.d.notabil.in parte, ſub
ſtitutus.& Iaſ.in.d.§.fuerat.num.8.vbi dicit, ꝙ
eſt vidẽda gl.& Ang.in.l.ſtipulationis commo
diſsimũ.& Ang.& Imol.in.l.cõtinu⁹.§.ſi ab eo.
ff.de verb.obli. ¶Et facit quod notat Bart.in.l.
1.C.de mãcip.& colo.patri.lib. 11. contra colo-
nos, qui faciũt laborari, & cultiuari poſſeſsiões,
& arbores per indoctos, ineruditos, & nõ exper
tos culturæ, ꝙ ſi prædia ex hoc effecta ſunt de-
teriora, tenentur dominis, quia imputandũ eſt
ipſis colonis cui in eruditos miſerũt ad culturã.
quod ſequitur Iaſ.vbi ſuprà. Et idẽ tenet Anto.
Corſe.in ſuis notabil.in parte, colonus.* Et cõ-
ductor tempore debito non colens prædiũ ru-
ſticum, põt ab eo expelli, & ſoluet etiã intereſ-
ſe arbitrio iudicis: vt in.l.5.titu.17.libr.3. fori.ll.
vi.l.7.tit.8.par.5.& Peregri.in part.locatio.qõ.
8.& Plat.in.dic.l.1.C.de mancip.& collo. & vi.
Pau.de Caſtr.in.l.& hæc diſtinctio.§.cum fun-
dum.ff.locati.& vi.l.74.tit.18.par.3.& ibi Gre-
go.Lopez & Bertachi.in tracta.gabellarũ in.4.
part.nu.15.tomo.6.tract.* ¶Et vi.Iaſ.vbi ſuprà,
an ſi paſſagiũ debeatur alicui põti, qui eſt deſtru
ctus, & poſtea eſt renouatus, an idẽ paſſagiũ no
ui põti debeatur, tanquã loco primi ſubrogato.
¶Eodẽ modo de ſcriptore, qui promiſit ſcribe-
re librũ, non põt ſcribere per diſcipulũ, quia ſua
uius ſit per magiſtrũ.tenet Alex.in.l.ſtipulatio
nes cõmodiſsimæ.n.6.iam allega. ff. de verbor.
oblig.& Ioã.And.in regula.qui facit per alium.
de regu.iur.in.6. ¶Idẽ dic, quãdo epiſcopus ſuc
cedit executori propter negligẽtiã, quia debet
ſeruare formã impoſitã per executorem primi
executoris.vt Bal.in.l.fi.C.ſi mancip.ita fuerit
aliena.& notat Bal.in.l.fi.col.7. C. vñde legiti.
¶Et idẽ dic de ſubſtituto, quia ſubſtitutus pote
ſtatis debet obſeruare tẽpora aſsignata poteſtati
per ſtatutũ.vt ibi per Alex.in additio. ad Bart.
ibi per eundem, an actio ſubrogata ſapiat natu-
rã eius, in cuius locũ ſubrogatur. ¶Tamẽ dic, ꝙ
5 ex permiſsione principis † bene põt eſſe iudex,
locũ tenẽs, ſeu aſſeſſor quis in propria patria, &
hoc per quatuor mẽſes, per.l.in conſiliarios. C.
de aſſeſſo.aliàs punitur.vt in.l.nulli patriæ. ſu-
prà allega.C.de offic.recto. prouin.* Quia ſine
iſta conceſsione principis in prouincia vnde ori
ginem ducit iuriſdictionis adminiſtrationẽ im-
petrans, tanquã ſacrilegus eſt puniendus. tenet
tex.in.l.11.tit.18.part.1.vbi ſingulariter &.l.fin.
C.de crimi.falſi.& ꝙ puniatur tenet Par.de Pu.
in.d.verb.aſſeſſor.nu.16.*Et in iſta conceſsione
debet dicere, ꝙ rex iubet non obſtãte tali lege,
aliter nõ valeret, & puniretur, prout tenet Paris
de Put.vbi ſuprà. ¶Vbi dicit, ꝙ quoq; fallit in
6 aſſeſſore † procuratoris Cæſaris, qui eſt inter fi-
ſcũ & priuatũ, vnde vni priuato pluſquã alteri
ſuſpectus haberi nõ debet, & habet ſalarium de
bonis procuratoris Cæſaris.vt in.l.fi.de aſſeſſo.
¶Fallit quoq; ſecundũ cũ in homine eminẽtiſ-
7 ſimæ † ſciẽtiæ, quia iſte talis bene põt eſſe aſſeſ-
ſor, vel locũ tenẽs in propria patria, quia ꝑpter
ſuã eminẽtiſsimã ſciẽtia receditur à regul.iur.&
ſtatutorũ ſecundũ Bald.in.l. ſed & reprobari.§.
amplius.ff.de excuſa.tuto. Facit tex.in.l.ad be-
ſtias.ff.de pœnis.& tãgit Ludo.Roma.in.l.cùm
quid.ff.ſi cert.peta. ¶Et Iaſ. in. d.l. ſi eadem. ff.
de offi.aſſeſſo.nu.8.idem tenet dicẽdo, ꝙ dicta
8 lex debet limitari, niſi nõ inueniret † alium idò
neũ locum teniẽtẽ niſi illum de patria propria,
quia neceſsitas facit probabile, quod aliàs eſſet
prohibitũ.vt in.l.1.ff.de offi.cõſul.& glo.in.l.1.
in principio.ff.de offici.eius cui mand.eſt iuriſ.
in verbo, non aliter. ¶Fallit quoq;, niſi aliud
9 per legem † determinaretur, quia tunc in pro-
pria patria poteſt eſſe aſſeſſor, vt in caſu aliquo
de electio.vt in cap.fundamenta.in fine, de ele.
in.6. Quod eſt verũ, quãdo non habet ſalarium
à publico, nec iuriſdictionẽ, quia tunc põt aſsi-
dere in ſua prouincia.vt glo.in.d.l.in cõſiliarijs.
10 ¶Et ad hoc † vt prohibeatur eſſe iudex, vel lo-
cum tenens, ſeu algazelus in propria patria, re-
quiritur, ꝙ ſit originarius, vel domiciliatus, quia
prouinciales prohibentur.vt in.l.his qui.& in.
d.l.in conſiliarijs.& prouinciales dicuntur, qui
in prouincia habent domicilium, vt in.l.prouin
ciales.ff.de verbo.ſignifi.prout tenet dictus Pa-
ris de Put.vbi ſuprà. ¶Circa iſtum tex. pone, ꝙ
eſt lex, ſeu ſtatutum, ꝙ non poteſt eligi pote-
ſtas de terra, quæ non diſtet ad minus per octo-
ginta miliaria ab illa vrbe, vt eſt Florentiæ: po-
ne ergo, ꝙ ciuitas Peruſina benè diſtat per octo
ginta milliaria eundo per itinera conſueta, quæ
ſunt in pluribus locis deſtricta, ſed ſi fieret mẽ
ſuratio per rectam lineam, eundo per campos,
& agros directa via non diſtaret vltra ſexaginta
O 4 millia-

miliaria, an poterit idem eligi in poteſtatem?
Barto.in.l.1.ff.ſi quis cautio.num.6.dicit, quòd
11 non: quia menſuratio † debet fieri per rectitudi
nem loci, & ſi non poteſt fieri per terram, fiat
per aẽrẽ. Et dicit quòd ita eſt determinatum in
quadam extra
uagãti, in qua
Papa ſtatuit,
ꝙ monaſteria
mendicãtium
non poſsint eſſe propinqua infrà tantum ſpa-
tium. & ibi ponitur, quòd menſuratio non po-
teſt fieri per terram, ſed debet fieri per aërem,
quod dicit eſſe notandũ. ¶ Tamẽ Pau. de Caſtr.
ibi nu.4. dicit, ꝙ ſibi videtur contrarium: quia
ſtatuentes legem, non habuerunt reſpectum ad
iſtam menſuram, ſed ad menſuram vulgarem, &
communem vſum loquendi. vt in. l. cum dela-
nionis. ff. de fundo inſtruct. & dicit ꝙ iſtum ca-
ſum habuit Florentiæ, & illa extrauagãs ſerua-
tur in terminis ſuis, & non in alijs. Et idem quod
Paul. tenet Iaſ. ibi. nu.5. allegando Bal. in. l. non
ſolùm. in fine principij. ff. de excuſ. tuto. ¶ Vbi
quoq; Iaſ. ſuprà dicit, ꝙ ſi ſtatutum diſponeret,
quòd non poſsit fieri molendinum niſi fiat per
centum perticas à remotis alterius molendini,
12 ꝙ mẽſuratio † non fit per aërem, ſed per curſum
loci, in quo aqua decurrit, non obſtante doctri-
na Barto. & dicit ꝙ conſuluit Alexan. in conſi.
22. in. 4. volu. conſi. vbi ſingulariter idem tenet,
quod Iaſ. & Paul. in. d. l. ſi quis cautio.

## para los cargos que les diere[b], q̃ no ſean

### *SVMMARIVM.*

1 *Præſes prouinciæ debet eſſe ſplendidus virtu-
tum, morum, & nobilitate, & iuſtitiæ obſer-
uatione præfulgidus, & officia non debet aſſu
mere quæſtu pecuniæ, ſed ad commodum ſub-
iectorum.*
2 *In officijs concedendis, quæ ſint conſiderãda.*
3 *Honores licet gradatim ſint conferendi, fal-
lit, niſi aſsiduitas laborum faciat aliquem an-
teire.*
4 *Notoriè peritus, tranſit ſine examinatione,
ſaltem modica pro forma.*
5 *Scholaris præſtãtis ingenij, ſi ſpes eſt in eo ma
gnæ ſcientiæ, licitè poteſt ad doctoratum pro-
moueri.*
6 *Boni mores pluſquam diuitiæ operantur.*
7 *Locum tenens debet eſſe laudabilis, & habere
debet induſtriam, & peritiam, & alia, de qui
bus hic.*
8 *Iudex quam ſcientiam debet habere.*
9 *Iudex exhibere ſe debet æqualem bene viuẽti
bus, & iuſtitiam exercere circa peruerſos.*
10 *Peritum non ſufficit eſſe, niſi experientiã ha-
beat ius ad quod eligitur, exẽplum pone hic.*
11 *Imperitia cauſatur ab ignorantia.*
12 *Imſipientem; & imperitum ſe cognoſcens, in
culpa eſt, ſi ingerit ſe, aut ingeri patitur nego-
tio, cuius artem ignorat.*

b **Que les diere.** b Quia præſes prouinciæ † debet eſ
1 ſe virtutum, morumq; nobilitate ſplendidus, &
iuſtitiæ obſeruatione præfulgidus, vt ſic ſe &
cælo dignũ exhibeat. vt tenet Lucas de Penna
in. l. præcepit. C. de canone largi. tit. libro. 10. 3.
col. ¶ Et debet conſiderare, ꝙ iſta officia, magi-
ſtratus, & adminiſtrationes non aſſumat lucro,
quæſtu, & pecuniæ, vt Ambr. 2. de officijs. quia
qui aurũ diligit, non iuſtificabitur. Eccleſiaſtes
31. vbi de hoc ſatis: quia talis honor non eſt affe
ctandus, niſi ad commodum ſubiectorum. vt di
ctus Lucas de Penna in. l. ad ſplendidioris. C. de
diuerſis offi. lib. 12. 1. col. ¶ Et in concedendis his
2 officijs † merita præcedentia ſunt conſideran-
da, & vita laudabilis meritorum, eſt iuſta cauſa
dignitatis tribuendæ. vt tenet Ioan. de Plate. in
l. agentes in rebus. C. de agenti. in rebus. libr. 12.
Nam fides diuturna, induſtria literata, militia,
probitas commendat officialem. tenet Plat. in.
l. proximos. C. de proxi. ſacro. lib. 12. ¶ Sic etiam
prodeſt tutori præcedens vita laudabilis ad ſa-
tiſdationem præſtandam. vt in. l. legitimos. ff.
de legit. tutel. & in. l. teſtamen. ff. de teſta. tutel.
¶ Ideo dicit glo. in dict. l. agentes. ꝙ prodeſt ha-
ctenus fuiſſe bonum. vt in. l. 3. §. is qui. & in. l.
non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. & idem
tenet tex. & ibi Plat. in. l. 1. C. de diuerſis offi. ap
pari. iudi. lib. 12. in fi. ¶ Vbi quoq; dicitur, ꝙ ad
officia miniſtranda ſunt extollẽdi, & proponen
di, qui meritorũ fulgent inſignijs. vt in. l. 1. C. de
Caſtren. pecul. Et licet gradatim honores ſint
3 † cõferendi. vt in. l. honor. §. gerẽdorũ. ff. de mu
nerib. & hono. eſt verũ, niſi aſsiduitas laborum
faciat aliquẽ anteire. vt tenet Plat. in dict. l. agen
tes in rebus. nu. 1. verſi. nota ex princ. ¶ Et facit,
quod tenet Abb. in. c. cõſtitutus. de appella. nu.
4 4. vbi notoriè peritus † trãſit ſine examinatiõe,
ſaltem modica pro forma. & eſt gloſ. in. c. de pe
tro. 45.



tro. 45. diſtinct. & in. c. epiſcopos. 23. diſtinct. &
tenet idẽ Hippoly. de Marſi. in ſua pract. crimi-
nali. §. aggredior. nu. 128. de quo ſingula. per So
cin. in ſuis regulis & fallen. in parte, lex genera-
liter loquens. Et nõ ſolùm ſi eſt peritus, ſed ſi ta
lis ſcholaris pauco tẽpore ſtuduerit, & non ha-
bet ſcientiã idoneã ad doctoratum, tamen ſi eſt
5 † præſtãtis ingenij, & in eo eſt ſpes magnæ ſciẽ
tiæ futuræ, licitè poteſt promoueri ad doctora-
tum. vt tenet Inno. in. c. cùm in cunctis. de ele-
ction. Quod dictum dicit ſingula. Barba. in tra-
cta. de præſtan. Cardi. in. 1. q. Baſilica. col. 26. Et
ita dicit limitari text. in. l. nemini. C. de aduoca.
diuer. iudi. & tenet additio Ioan. de Pla. in. l. ma
giſtros. C. de profeſſo. & medi. libro. 10. & tenet
Soci. in fallẽ. ſuis, in parte, lex generaliter. verſi.
fallit, nam licet regulariter, quiſquis nõ ſtudue
rit legitimo tẽpore, ſi eſt præſtantis ingenij, &
eſt ſpes futuræ ſcientiæ, licitæ promouetur ad
doctoratũ. & facit tex. iũcta gl. in. l. 1. C. quibus,
6 & aduerſus quos. ¶ Nam boni mores, † pluſquã
diuitiæ operantur. vt inſtitu. de ſuſpect. tuto. in
fine. ¶ Et talis locũ tenens, & ſic ſubſtitutus de-
7 bet eſſe laudabilis. † vt in. l. 3. §. illud. C. de Can.
largi. lib. 10. & ibi dicit Lucas de Pen. ¶ Et debet
habere induſtriã, ne à malis hominibus decipia
tur. l. argentũ. ff. cõmodati. & debet habere peri
tiã, quæ eſt plenitudo ſcientiæ, & prouidentiæ,
vel artis perfectio. vt in. l. 2. C. de vſuca. pro em-
pto. & peritia, eruditio, & ſciẽtia in prælatis, &
iudicibus criminũ requiritur. vt in. d. l. agentes.
¶ Imò dicit Luc. de Pen. ibi. col. 2. ꝙ tanta in eis
debet eſſe ſciẽtia, & eruditio, ꝙ quicquid agãt,
quicquid loquãtur, ſit doctrina ſubiectorum, vt
ait Hierony. ad Fabiolam. * Et vi. Peregri. in par
te electio. 5. q. in gl. eligi. vbi ait, ꝙ ad reipublicę
gubernationem vocari debent iuris ciuilis ſapiẽ
tes, & non alij, & ſi non fiat ita per conſules ciui
tatum, vel per eos qui talia officia prouidere de
bent, ſed forte mandantur gubernari ab alijs im
peritis, in culpa ſunt, & non excuſantur, ſed pu
niri debent de mala electione: Bar. in. l. omnem
in. fi. ff. de Iuſti. & iur. * ¶ Sed quis dicetur ſuffi-
8 cienter literatus † ad iſta officia exercenda? Tu
dic, quòd iſte text. loquitur de ſcientia ſufficiẽ-
ti, inquantum dicit, *mas ſufficientes que pudiere*. &
quando lex loquitur de ſcientia ſufficienti, re-
quiritur ſcientia ſufficiens talis, qualem requi-
rit qualitas officij, qđ quis exercere debet. Vn-
de dicitur quis habere ſciẽtiã ſufficientẽ, quãdo
ſufficienter põt explere ea, quæ neceſſario incũ
bũt ſuo officio, & hæc ſufficiẽtia diſcernitur ſe-
cũdùm arbitriũ boni viri, cõſiderata qualitate lo
ci, vbi quis habet illũ actũ exercere, & conuerſa
ri, & ſecundùm qualitatẽ officij ſui. vt tenet mi
rabiliter Andr. Sicul. Barb. in conſi. 34. in. 2. libr.
conſiliorũ. col. 24. vbi quoq; ponit, quis dicatur
habere eminentem ſcientiam, vel mediocrem,
vel ſufficientem. Et idẽ quod Barb. tenet Inno.
in. c. cũ in cunctis. de electio. in principio. quem
vide. * Et. l. 22. tit. 5. par. 1. & vi. Grego. Lopez. in
l. 2. tit. 9. part. 2. in glo. *nobles*. vbi inquit, ꝙ illa. l.
limitat iura diſponentia ꝙ nobiliores debẽt eli-
gi ad officia: quia intelliguntur de nobilitate &
potentia media, non maxima: ne ad officia de
dignentur, nec ex magna potentia prorumpãt
in illicita: nam vt dicit Bal. in. l. per adoptionẽ.
ff. de adoptio. nobiles pro maiori parte ſunt ſu-
9 perbi & inimici popularium. * ¶ Item iudex †
bene viuentibus debet ſe exhibere æqualẽ, qua
ſi honore ſuppreſſo, & circa peruerſos exercere
iuſtitiam, vt ait Hieron. ſuprà Ieremi. libr. 20. &
eſt tex. in. l. 16. tit. 4. part. 3. ¶ Et ſecundùm eun-
dem Luc. de Pen. vbi ſuprà, ſciẽtia quidem valet
quoad cognitionẽ, experientia quoad operatio
nem. nam & experientia æquiparatur ſcientiæ.
vt in. l. certi. C. de iudicijs. & ſic non ſufficit ali-
10 quẽ eſſe † peritũ, niſi experientiã habeat eius,
ad quod eligitur. ſecundũ eundẽ Lucã de Pen.
vnde dicit, ꝙ in bello non tãtùm multitudo, &
virtus in docta, quã ars, & exercitiũ ſolent præ-
ſtare victoriã. Exercitata quidẽ paucitas ad vi-
ctoriã prona eſt, rudis autẽ, & indocta multitu-
do expoſita eſt ſemper ad cædẽ, vt dicit Vege-
tius. 1. de re mili. quia bellũ quidẽ robore, non
numero confici ſolet, vt Oroſius. 2. ad Auguſt.
11 ¶ Et ecõtra imperitia † cauſatur ab ignorantia.
ca. diuus. 25. q. 1. & ea nil eſt imperfectius ſecun-
dũ Marcũ in ſaturnalibus, quæ eſt propriè circa
artẽ, in qua agitur. vt in. l. ſi per errorẽ. ff. de iu-
riſ. om. iudi. cũ ibi notatis quinimo ipſa imperi-
tia ſicut inſipiẽtia pœna eſt. Vnde Augu. 21. de
ciuit. Dei. c. 14. nõ parua pœna eſt ipſa inſipien-
tia, vel imperitia, quæ vſq; adeo fugiẽda meritò
iudicatur, vt per pœnas doloribus plenas pueri
cogãtur quęq; artificia, vel literas diſcere ipſum
q; diſcere, ad quod pœnis adigũtur, tam pœnale
eſt eis, vt nũquàm ipſas pœnas, per quas cõpel-
lũtur diſcere, malint ferre, quàm diſcere, alias im
peritia, & infirmitas æquipollẽt. vt colligitur in
l. 3. §. ſi vero. ff. de libero homi. exhiben. ¶ Et eſt
12 in culpa, qñ quis ſe inſipientẽ, † & imperitum
agnoſcẽs, ingerit ſe, aut ingeri patitur negotio,
cui⁹ artẽ ignorat. vt in. l. Iulian⁹. §. qui tñ. ff. de a-
ctio. emp. & in. l. ſi ſeru⁹ ſeruũ. §. pe. ff. ad. l. aqui
liã. ¶ Et ſic, ꝙ eſt differẽtia inter peritũ & prudẽ
tẽ, de quo legitur, & notatur in. c. nemo perito-
rũ. 11. q. 3. & per Archi. in. c. cõmiſsi. de hęre. li. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conſanguinei qui dicantur.*
2 *Conſanguinei dicuntur etiam nati ex illicito coitu, & durat talis conſanguinitas vſq; ad quartum gradum.*
3 *Familiares vocãtur largo modo cõſanguinei.*
4 *Spurij, an dicantur de ſtirpe, vel domo, & ſint coniuncti, & habeant cognationem, ſeu coniunctionem.*
5 *Liberorum appellatione, vel conſanguineorũ, & parentum, an veniant naturales, & quid in contractibus, ſtatutis, & in vltimis voluntatibus.*
6 *Illegitimi dicuntur coniuncti, inſpecta naturali æquitate, & conſanguinei, & in eis cadit affectio naturalis.*
7 *Naturales filij an, dicantur de domo, & de familia.*
8 *Statutum, quòd nullus cõſanguineus, vel affinis Peruſini poſsit eſſe poteſtas, & ſint contracta ſponſalia cum filia ciuis Peruſini, non impeditur eſſe iudex, quia propriè non dicitur affinis.*

c Parientes. c Conſanguinei qui dicã
1 tur, † vi.gl.in.l.1.ff. de ſuis
& legiti.hæredi.& Hoſti.in ſumma.in titul. de
conſanguin. & affi.§.1.&.2.& Iaſ.in.l.fratres.C.
2 de inoffi.teſta.in fine. ¶ Et conſanguinei † dicũ-
tur etiam nati ex illicito coitu, vt Ioan. Andre.
in arbore affinita.in parte principa. & Abb.in
c.in literis.nu.1.de teſtibus.& Bald.in.dic.l. fra-
tres.nu.1.verſi.aduerte intelligas. & in.l.fin. C.
de verbo.ſignifi.& in.cap.diſcretionẽ.de eo qui
cogno.cõſanguin.vxo.ſuæ. ¶ Et durat talis con
ſanguinitas vſq; ad quartũ gradũ.vt hic.& gloſ.
in.c.poſtremo.de appella. ¶ Et cõſanguinei di-
cũtur illi, qui ex eodẽ ſanguine procedũt.vt te-
net Cardi.Zabare.in Cle.1.de conſangui.& affi
3 ni.11.q.num.9. ¶ Et largo modo † familiares vo-
cantur cõſanguinei, quia nobiſcũ habent habe-
re familiaritatẽ, quia ſumus de eadem familia.tè
net Abb.in.d.c.in literis.num.6. ¶ Per quod vi-
detur, ꝙ iſte text. habeat locum in conſangui-
neis non legitimis, & ꝙ illi nõ poſſunt eſſe offi-
ciales poteſtatis: quia cõſanguinei dicũtur etiã
nati ex illicito coitu, vt dictum eſt. ¶ Sed cõtra
hoc in expreſſo tenet Ange.in.l.filiũ diffinim⁹.
ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iuri. quaſi in fine.
verſ.extra.gl.vbi referẽdo.Cy.tenet, ꝙ ſi ſtatu-
tum dicit, ꝙ nullus de domo magnatum poſsit
habere officium in cõmuni, per illã. l. dicit Cy.
4 ꝙ ſpurij † non dicũtur de domo, vel ſtirpe. Ita
notat ipſe in.l.cũ pater.§.mater.ff.de lega.2.nã
nullam legiti-
mam cõſequẽ-
tiam faciũt ſpu
rij.l.fi.C. de na
tura. libe. ideo
ſpurij non fa-
ciunt domum,
& poſſunt ha-
bere tale offi-
ciũ. ¶ Ratio po
teſt eſſe, quia ta
lis ſpurius non
videtur ꝓpriè
cuniunctus. vt
Hoſti. & Ioan.
Andr.in.c.non
nulli.§. ſunt &
alij.de reſcript.
Bal. & Ang.ex

ſus pariẽtes c dentro del quarto grado, ni yernos, ni cuña dos caſados con ſus hermanas, o hermana de ſu muger ſin nueſtra licencia & mandãdo, ſo pena q̃ pierda el tercio de ſu ſalario, & otroſi q̃ guarde la

preſsius in.l.ſed hæc.in principio. ff. de procu-
ra.& Bald.in.l.cùm acutiſsimi. C. de fideicom-
miſsi.columm.2.& in.l.fœmina.C.ad Turpilia.
& Bartol.in.l.ſecunda.ff.ad accuſa. & intelligit
hoc Bald.in.dicto.§.nonnulli. Siue ſit aſcenden
tes, ſiue deſcendentes ſiue collaterales.per.l.le-
ge Iulia.§.nec diſtinguitur.ff.de ritu nuptia. Et
facit quod tenet Dynus in conſilio.14.incipien
te. In Chriſti nomine amen. Diligentur conſi-
derata.vbi dicit, quòd ſpurius non videtur habe
re cognationem, vel coniunctionem. allegat.§.
fin.in authen.quibus modis natura.effi.ſui. col
la.5.ꝙ conſilium Dyn.allegat Bal.in.l.id quod
pauperibus.pen.columm.C. de epiſcopis & cle
ricis.dicens, ꝙ ſpurij non veniunt appellatione
coniunctorum.& Ioan. de Imol.in.l. ex facto.
§.ſi quis rogatus.ff.ad trebellia.dicit idem in na
turalibus, quod ſicut ſpurij non dicuntur cõiun
cti, ita nec naturales.de quo latè per Felin. in.d.
ca.ſunt & alij.colum.16.&.17.cum ſequẽtibus.
& Alexan.in.d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.*Et
qui filij de iure ciuili dicantur ſpurij: vi. Peregr.
in part.ſpurius & melius in parte filius. q.1. ſu-
prà.verſi.ſpurij.* ¶ Et an appellatione liberorũ
5 † vel conſanguineorũ, & parentum veniant na
turales, & quid in contractibus, & quid in ſta-
tutis, & quid in vltimis voluntatibus, vi. Ale-
xandum, in dicta lege, ex facto. in dicto. §. ſi
quis rogatus. numero. 17. & latiſsimè per Ia-
ſo.ſaltem remiſsiuè.in.§.pœnales. Inſtitu. de a-
ctio.numer.58. & Cy.& Bald.in lege libertinũ.
C.de interdict. matrimon. & Baldum, & alios
in lege, quia ſemper.ff.de in ius vocand. Barto-
lus, in lege ſecunda.ff.de accuſatione. Panorm.
in cap.in præſentia.de probatio. ¶ Sed in cõtra
rium adducta non obſtant, quia iſte tex. loqui-
6 tur inſpecta naturali æquitate, † in qua omnes
illegitimi dicuntur cõiuncti.nã ſecũdùm natu-
rã ſunt cõſanguinei, & in eis cadit affectio natu
ralis, hinc eſt quoad matrimonium impediẽdũ
dicuntur conſanguinei.c.per tuas.de probatio.
vt probat Abb.in.d.§.ſunt & alij in fine.& Feli.
ibi.17.col.verſi.excipiuntur ab iſta limitatione
& per conſequens cadũt ſub diſpoſitione iſtius
tex.ita ꝙ non poſſunt eſſe officiales poteſtatis.
¶ Iaſ.quoq; in.d.l.fi.de verbor.ſignificatio. nu.
13.aliter ſoluit.& hoc intelligit, & concludit, ꝙ
naturales filij non dicuntur de domo, ſeu de fa-
7 milia, niſi aliud ſit ex communi † vſu loquẽdi,
vel alia coniectura ex ſtatuto colligatur, vel ni-
ſi ſtatutum loquatur per nomina naturæ, nõ iu
ris.vt Bart.ibi. & in.l.pronũtiatio.§.familiæ.ff.
de verb.ſigni.& in.l.de tutelis.ff.de.ca.diminu.
& idem tenent Bald.& Ang.in.d.l.fi. & referũt
ita fuiſſe iudicatum.*Et Peregrin.in parte ſpu-
rius.vbi etiam dicit, quòd eſt iſtius ratio, quia ſi
non cõtinentur in fauorabilibus, ergo nec in pœ
nis irrationabilibus & ſic non continentur ba-
ſtardi filij qui ſunt flos primitiuus, id eſt pri-
mus amor, multominus continentur ne potes
etiam legitimi ex baſtardis nati ſecundũ. Bald.
in ſubgeſtioni.C.de verbo.ſignifi.* ¶ Quæ om-
nes fallẽtiæ cadũt in tex.noſtro, inquãtũ dicit,
*que no ſean ſus parientes dentro del quarto grado.* Et
ex communi vſu loquendi conſanguinei dicun
tur etiam illegitimi, & noſter tex. loquitur per
nomina naturæ, & ex eo colligitur, quòd nõ de
bet tenere officiales, qui ſint conſanguinei, mo
do ſint legitimi, vel illegitimi. & ita tene. ¶ Vi-
de Bar.in propoſito in.l.ꝙ ſeruus.ff.de cõditio.
cauſ.data, cauſ.nõ ſequut.in principi.vbi tenet,
ꝙ ſi eſt ſtatutum, quòd nullus poſsit eſſe pote-
8 ſtas, qui ſit conſanguineus, vel † affinis alicuius
Peruſini, ꝙ ſi ſunt contracta ſponſalia cum filia
ciuis Peruſini, quòd non impeditur, quia nõ di-
citur affinis propriè, & ideo eligi non prohibe-
tur. Quod dicit eſſe menti tenendum, quia fuit
de facto. ¶ Tamen iſte tex. fallit in principibus
agentium, qui poſſunt tenere domeſticos, & cõ
ſanguineos ſuos in officijs, ſi eorum fides, & in-
duſtria eſt probata: non obſtante, quòd regula-
riter nõ liceat præſidibus, & alijs oficialibus, &
iudicibus tenere ſecũ in officio conſanguineos
ſuos, vt hic, & in.l.nullus.C. de aſſeſſ. hoc tenet



Plat.in.l.ex agentibus.C.de principibus agen-
ti.in rebus.lib.12.& ſic patet ſecundum eum, ꝙ
propter fidem, & induſtriam quis recipitur ad
officium, qui aliàs non reciperetur, vt ibi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex, nec corrector nemo poteſt eſſe, nec eius locum tenens, nec perquiſitor, nec receptor, nec relator, niſi antea per decennium ſtuduerit in ſtudio generali, & hoc doceat fide notarij ſtudij.*
2 *Doctor vt fiat, requiritur quòd ſtuduerit per quinquennium.*
3 *Pragmatica dicta, vtile eſſet quòd ſeruaretur.*
4 *Imperiti non ſunt præficiendi, & idoneis non debet interdici licentia iudicandi, ſeu legẽdi.*
5 *Homo eminentis ſcientiæ poteſt habere officia, licet nondum ſtuduerit tempus in.d.pragmatica ſtatutum.*
6 *Scholaris ſi ſit excellentis doctrinæ, debet præcedere doctorem.*
7 *A ſtatuto, quòd minor viginti quinque annis non habeat lecturam ordinariã, receditur ſi eſt præſtantis ſcientiæ propter excellentiam.*
8 *Si ſtatuti forma poteſtas debet habere collateralẽ doctorem, qui debet facere fidem de doctoratu, propter ſuam ſcientiam diſpenſatur, quòd doctoratum non teneatur docere.*
9 *Notus non eſt neceſſe, quòd examinetur.*
10 *Scientia adulterina præſumitur doceri in ſtudijs particularibus niſi ex perſona legẽtis, & audientis aliud iudicetur.*
11 *Ad honorem cum vanitate & imperitia quis non debet aſcendere.*

d Prematica. d Quæ eſt lex.58.in lib.
pragmaticarũ.fo.63. vbi
1 cauetur, quòd nemo † põt eſſe iudex, corrector,
nec eius locũ tenens, nec perquiſitor, nec rece-
ptor, nec relator, niſi antea in ſtudio generali
ſtuduerit per decẽniũ, & hoc doceat fide nota-
rij ſtudij, & ꝙ talis, qui vult eſſe iudex, ſit ad mi
nus. 26. annorũ & per iſtã pragmaticã ſi ſerua-
retur, corrigitur dictum Paris de Pute.in.d.tra-
cta.ſyndi.in parte poteſtas cùm eſſet in officio.
fol.61.nu.7.vbi tenet, ꝙ aſſeſſores vt poſsint aſ-
ſumi

ſumi ad officia,debent ſtuduiſſe per quinquen
niũ in iure ciuili,& ꝙ ſtuduerint cõſtitutiones,
leges. &capitula regni. & ſint examinati per
protonotarium,vel eius locũ tenentẽ: ꝙ qui ſi
reperti ſunt inſufficiẽtes,debẽt ad ſtudiũ reuer

**prematica[d] q̃ mandamos hazer cerca delos que an ſalido de los eſtudios antes de auer eſtudiado el tiẽpo por nos ordenado,& q̃ no lleue alcaldes ni alguaziles que perſona alguna de nueſtra corte ni de fuera della le diere por**

ti. & idem di-
cit de actorum
notarijs, & in
cõſtituẽdis ad-
uocatis. ¶Et
hoc ad inſtar
doctoris: quia
2 vt aliquis fiat†
doctor, requiri
tur, ꝙ ad min⁹
ſtuduerit,& au
diuerit iura per quinquennium.argu.in Proœ-
mio fforũ.§.ſed quia.verſi.quibus. in tali enim
tempore ius præſumit nil legitimæ ſcientiæ iu
ris deeſſe:& ex hoc videtur,ꝙ contrarium præ
ſumatur in minori tempore:quia nemo repen-
tè,nec temerè proſilire debet ad munus docto-
ratus,& ſic ad officiũ iudicãdi,quia nemo repẽ-
tè fit ſummus,de pœnit.d.2.§.hæc quę de chari
tate.& tenet Cardi.in Cle.2.de magiſtris.nu.35.
¶Et ſi hoc, & dicta pragmatica ſeruaretur, &
3 †examinarẽtur,nõ eſſet iuſtitia extirpata,& ſe
pulta,& aliqui probati literati non ſic egerent:
quia hodiernis temporibus non eſt opus legi-
bus,nec eruditis viris,quoniã ſolùm viget pro-
ratione voluntas,libitum profectò,ac cæca vo-
luntas ſubrogata eſt in locum iuris,& rationis:
& verè non fateor,multi ſunt ius dicentes, ſeu
locum tenentes iuris dicentium, quibus nimiũ
licet libitum,& apud eos quod placet, licet: &
cùm iura eis allegãtur,& oſtẽdũtur, obaudiũt,
& de directo ſolùm ex ceruice ſua ſentẽtias con
tra iuſtitiam,æquitatẽ,& bonos mores audaci-
ter proferũt quibus meritò dici poſſet,ius, & iu
ra negãt homines,& numina fallunt: Nec iouis
imperiũ nec phlegethonta timẽt.vt tenet Hip
poly.de Mar.in repeti.rub.de fideiuſſo.in fine.
nu.383.cum ſequentibus. vbi circa hoc magnã
ponit lamentationem, & magna cum ratione.
¶Quia,vt dicit Cardi.in Cle. cùm ſit. de magi-
4 ſtris.verſi.quartò noto.nu.23.imperiti† nõ ſunt
præficiendi,aliàs imperitus matheſęos riſui pa-
tebit.37.diſtin. c. qui de menſa. & dicit mathe-
ſeos,quod ſicut imperiti non ſunt præficiendi,
ſic etiam econtra idoneis nõ debet interdici li-
cẽtia legendi,& iudicandi.vt in cap.1.eod.tit.&
ca.prohibens. ¶Sed iſte text.& pragmatica di-
cta fallit in homine,qui ante tempus ipſius ha-
5 bet eminentem† ſcientiam,quia tunc poteſt ha
bere officia,licet non ſtuduerit tempus in ea ſta
tutum.qui aſsiduitas laborum,facit quem ante
ire.vt tenet Ioan.de Plate.in dicta.l.agentes.C.
de agenti.in rebus.lib.12.nume.1.verſi. nota ex
principio.Et facit quod tenet idem Plat.in. l.1.
C. de conſuli-
bus, & nõ ſpar
gendis. libr.12.
in fine vbi ait,
quòd licet an-
tiquiores præ-
feruntur in ele
ctionib⁹. C. de
decurio.lib.10.
l. Alexandrin.
quandoque ta
men noui eliguntur propter ſua merita, vt ibi.
& arg.de iure deliber.C.l.fin.§.ſint autem.¶In
ſimili facit,quia quandoq; ingenium ſupplet tẽ
pus in bene ſtudentibus,ſicut induſtria ſupplet
tempus.vt in.c.monachus.77.diſtin.nec ſuffi-
cit quis diu in ſcholis fuiſſe, ſed laudabiliter vi-
xiſſe inquirendum eſt.vt in capit.gloria epiſco
pi.12.quæſtio.2.& argumen.in.l.2.C.de his qui
veniam æta.impetra.& gloſſ.in capitu.tunc ex
literis.de in integr.reſti.in verbo, inſtitutus. gl.
in.l.vnicuique.C.de proximi.ſacro.ſcrini.libr.
12.& Sebaſti.Sapia.in additio.ad Abb. in proœ
mio Grego.in.1.additione.& Antoni. Franc. in
additio.ad eundem Abbat. in capitul. dilectus.
de procura.in.1.additiõe poſt medium. & quia
ingeniũ docile etiã ſine doctore, laudabile eſt.
vt Ioan.Andr.in.d.cap.tunc ex literis.¶Et facit
glo.in.l.1.C.de annonis ciuili.libr.11. vbi tenet,
6 ꝙ ſcholaris† ſit excellentis doctrinæ,debet præ
cedere doctorem.ſequitur Iaſ.in.l.cùm quid.ff.
ſi cert.peta.nu.12.vbi quoq; tene,ꝙ ſi eſt ſtatu-
7 tum,ꝙ minor† vigintiquinq; annis non habeat
lecturã ordinariã,receditur,ſi eſt præſtãtis ſcien
tiæ propter excellentiã.& idẽ tenet Alexã. ibi,
nu.4.&.5.tamẽ talis maior excellẽtia debet pro
bari per quindecim teſtes.vt Alexan.ibi, nu.7.
¶Et facit quod tenet Bald.in.l.adminiſtrantes.
8 ff.de excuſa.tuto.vbi ait,ꝙ ſi ex forma† ſtatuti
poteſtas debet habere collateralem doctorem,
qui debet facere fidem de doctoratu,ꝙ propter
ſuam ſcientiam diſpẽſatur cũ poteſtate,ꝙ nõ te
neatur docere doctoratũ,quia ex tũc non debet
facere fidẽ de doctoratu,nec oſtẽdere priuilegiũ
doctoratus,& nihilomin⁹ poteſtas habebit ſala
riũ cõſtitutũ pro doctore.¶Facit quoq; ꝙ tenet
Car.ĩ Cle.1.de iur.iura.§.nos itaq;.n.8.q.18.vbi
9 ait,ꝙ not⁹† nõ eſt neceſſariò, ꝙ examinet. ꝑ gl.
ibi,in verbo,aliqualẽ.Sed ſi nõ eſt oĩno not⁹, ali
qualiter



qualiter examinatur,ſed facilius,quã incogni-
tus. vbi arguit, ꝙ cùm Bachalarius notus ſit in
ſcientia,& moribus,facilius pertranſire debet in
priuata examinatiõe,per iura,quæ allegat dict.
gloſſ.& per capi.veniam.35.quæſt.9.& vi. text.
in cap. nullus.

**ruego,[e] ſaluo que el**

24. diſtinctio.
& Abbat.in.c.
fraternitatis. De clericis non reſidenti. & facit
quod dixi ſuprà in gloſſ.*que les dieren.*¶Et facit
quoque quod tenet Cardina.in Clementi.cùm
ſit.de magiſtris.quæſtio.2.numer. 35. vbi dicit,
quòd ad hoc,vt quis ſit doctor,requiritur,quòd
examinetur, niſi notitia euidentis ſcientiæ a-
liud inducat.argumen.in Clement.Romani. §.
nos itaq;.de iureiuran.ſed in hoc tenerẽ, quòd
tenui in dict.gloſſ.*que les dieren.*ſcilicet quòd ſal
tem pro forma, requiritur aliqualis examina-
tio.Licet Ioann.Andre.in capitul.conſtitu.el.2.
de appella.& Feli.in.c.clerici.circa fi.2.colũ. de
iudicijs.& Socinus in fallẽ.ſuis,in parte, lex ge
neraliter.verſic.fallit ratione famæ.In expreſſo
dicant,nã licet regulariter ille, qui doctoratur,
debeat examinari, fallit,ſi eſt aliquis bonæ fa-
mæ,qui publicæ viſus eſt legere,& cõferre, vel
facere alia,ita ꝙ ex fama ſit doctus.nam iſte po
terit ſine alia examinatiõe licitè doctorari. ¶In
quantum dicta pragmatica,tenet ꝙ requiritur,
quòd ſtuduerint in ſtudijs generalibus,& ſic ap
probatis, videtur prohibere in particularibus
10 nõ ſtudere,quia in illis præſumitur,† ꝙ docea-
tur ſcientia adulterina.vt in Proœmio fforum.
§.hæc autem omnia. ¶Quod intellige,niſi ex
perſona legentis,& audientis in loco particula
ri aliud iudicetur.argumen.in.ca. tuæ. de cleri.
non reſid.cum ibi notatis per Hoſt.tenet ad lite
ram Card.vbi ſuprà.¶Et in talibus officijs attẽ
di debent ea,quæ dixi in.dict.glo.*que les dieren.*
quia nimis abſurdum eſt,vt quis cum vanitate,
11 †vel imperitia aſcendat ad honorem peritiæ li
terarum:quia aſcenſus debet eſſe per gradũ vir-
tutum,non vitiorum.c.dum ſanctam. in fin.de
pœnitẽ.diſtin.2.vt tenet dictus Card.in.d. Cle.
cùm ſit.in principio.quem vide. ¶Et quia ho-
norem conferre inſipienti,eſt reipublicę ſubuer
tere vitam.Et impoſsibile eſt vt alios vtiliter re
gat,quem proprius ſubuertit error. tenet Lu
cas de Penna.in.l.filios.C.de decurio.lib.10.

e **Por ruego.** e Idem tenet text. &
ibi Ioan.de Pla. in.l.cõ
tra publicã.C.de re milit.libr.12.nu.1.vbi hono-
ris,& dignitatis augmentum non ſuffragio, ſed
laboribus conuenit adipiſci.& in.l.1.C.de prin
cip.agẽti.in reb.lib.10.Quod non ſeruatur,imò
hodie non morum honeſtas, ſed verborum ve-
nuſtas attenditur,non ſcientiæ viſus,ſed ſtulti-
tiæ riſus,non puritas manuum,ſed quãtitas mu
nerum confouẽtur,& nõ virtutes,ſed veſtes ad
inſignes honores & vtilitatis officia promouen
tur.vt in.c.fertur.1.q.1.& ibi Archidi.nu.3. vbi
exponit vitia,ideſt vitioſos,ideſt dũ vitioſi pro
muneribus honores recipiunt,& officia, & non
meritis proprijs.ſ.alienis,ſcilicet, progenitorũ,
& in aſſequutione,honorum ei,qui proprijs la
borauit viribus,& expoſuit ſe periculis prefera
tur. Vnde Ouidius.13.Meta.Propoſita arma pe
to meritis expendite cauſam,Dummodo ꝙ fra
tres Telamon Peleuſq; fuerunt.Aiacis meritũ
non ſit,nec ſanguinis ordo,Sed virtutis honor
ſpolijs quæratur in iſtis.Et parum ſuprà, Nam
genus,& proauos,& quæ non fecimus ipſi, vix
ea noſtra voco. Et Tullius contra Saluſtium.
Nec mecum his conferri decet, Patres concri-
pti,qui iam deceſſerunt,omniq; odio carent,&
inuidia,ſed cum eis,qui mecum vnà in republi
ca verſati ſunt,glorioſum quidem eſt honorem
paſsim impedire, ſed laudabilius bene meritis
digna præſtare: quicquid enim talibus tribui-
tur,pro generali potius vtilitate largitur. Dicit
Caſsi. 4. vari. Quod vocamus in meritis virtu-
tum,aut vitæ ſic extollendis.Hodie nil ſibi gra
uitas,nil induſtria vendicat,tantum auri profa-
nus amor obtinet.Hodie honor vitia indefenſè
remunerat,& in locum vltoris,ſeu iudicis is,qui
fuerat puniendus,adijcitur.tenet Lucas de Pen
na in.l.ſi quando.C.de diuerſis offic.& appari-
to.iudi.libro.12.in fine.& probat text.in.l.5.ti-
tulo.16.libr.2.in ordi.regalibus.¶Quinimo nec
talis prouiſio officialium debet fieri ad clamo-
rem,ſeu petitionem populi, ſeu ciuitatis: quia
talis clamor impedit animum, ne poſsit diſcer-
nere æquum.vt in.l.ſi conſtat.ff.de appellatio.
& in.l.ſi priuatus.ff.qui & à quibus:& quia ali-
quãdo quod placet populo,diſplicet Deo:quia
populus eſt docendus,non ſequendus. vt Bald.
in.capitulo.2. de electione. ¶ Vbi quoq; tenet,
quòd quando prouiſio: ſeu electio fit ad peti-
tionem præcedentem, & inſtantem, præſumi-
tur, quòd iſte clamor fuerit cauſa finalis eli-
gendi, etiam ſi fiat per debitam electionem,
ſeu prouiſionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Corrector debet eligere ſibi locum tenẽtem & cæteros officiales.*

Eſcoja.

f
1 **Eſcoja.** [f] Nota text. q corrector † debet ſibi eligere locũ tenentem. Et per iſtũ text. corrigitur text. in.l.10.titul.16. lib.2.in ordi. Regali. vbi cauebatur, q rex debebat eligere, & nominare locũ tenẽtẽ in prouiſione ſpeciali: quę lex non vtitur, ſed ſolùm in prouiſionibus officiorum dat rex poteſtatem eligẽdi, & ponẽdi ſibi locũ tenẽtẽ, & remouẽdi ad libitũ ſuũ: & dicã infrà in gl. *iuſticia.* in prĩcipio. ¶Et quoq; electio aliorũ officialiũ pertinere debet ad poteſtatẽ ciuitatis, dũtamẽ in cõcilio ciuitatis approbetur. tenet Ioan. de Plat. in.l. præcepit.C.de Cano.largi.titulorum.lib.10.nume.6. Sed ad euitandas plures barateriàs, quæ contra ius & conſciẽtiã fiunt inter correctores, & inter ſuos locũ tenentes, eſſet vtile ſeruare dictam.l. ordina.& ſi non iubetur ſeruari, & ſic quòd rex prouideat, loca tenentes non poſſunt vitari dictę barateriæ.* Et q iudices & locũ tenẽtes correctorũ, & iudicũ ciuitatũ poni debẽt à rege: tenet. Greg. Lop. per tex. ibi in.l.22.tit.9. par.2.in gl. *les deue dar.* vi. quę dixi, ſuprà, in.c.1.in gl. *fiel.* nu.42.in additione, & in.c.19.infra. eo.

**eſcoja [f] el que el entendiere que le cũple[g] para deſcargo de ſu cõciencia, y para la buena adminiſtracion de la**

### SVMMARIVM.

1 *In electione officialis attendi debet prudentia & merita vitæ.*

2 *Vitam laudabilem habere debet, qui ad præcipuum gradum honoris promouendus eſt.*

3 *Rex pati non debet quenquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.*

4 *In electiõe officialis cõſiderãda eſt nobilitas: prudẽtia, fidelitas, & bona cõſciẽtia cum mẽtis integritate, ac rerũ experientia, & etiã ſolertia, & morum probitas, & artis peritia.*

5 *Nobilis dicitũ, qui eſt prudẽs, & virtute imbut⁹.*

6 *Scientia hominem nobiliſſimum facit.*

7 *Laudabilis vita debet attẽdi, & etiam ſi inhabilitas ei proueniat ex defectu natalium debet promoueri.*

8 *Fructus ſapientiæ eſt glorioſus labor.*

9 *Viliſſimus eſt reputandus, ſi non præcedit alios ſcientia, quæ eſt honore præſtantior: quia vbi non eſt ſcientia, non eſt bonum.*

10 *Diuites, & non pauperes ſunt eligendi.*

g
1 **Le cumple.** [g] Scilicet, vt prudentia, † & merita vitæ clareſcant.c.innouamus.60.diſtin.in fine. Item virtutum.40.diſtinctio.per totum.& in.c. miramur.61.diſtinct. Item merita probitatis. vt in.l. vnica. C. de præfectis digni. libr.12. ¶Debet enim qui adpræcipuum† gradũ honoris promouendus eſt habere vitam laudabilem proprijs moribus inſtitutam.C.de profeſſo.qui in vrbe Conſtanti.lib.12.l.1. quia propter merita præſtantur officia.vt in.l.2.C.de vetera.libro.12.&
3 dixi ſuprà gloſſ. *que les diere.* ¶Et rex † non debet pati quenquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorũ prolixitas ſuffragatur. vt in.l.fi.C.de tyronib⁹. libro.12.& Montalu.in gloſſ.ordi.in parte officiales conſiliarij. ¶Et Ioan.de Platea. in.l.1.C. de conditis in publicis horreis.libro.10. numer.
4 5.vbi ait, quòd in electione † officialis conſideranda eſt nobilitas, quia nobiliores ſunt eligendi, vt gloſſ.in authentic.de defenſo.ciui.§.interim.collatio.3.& facit quod tenet Bald.in.capitul.per inquiſitionem.de electione.in fine.nume.5.vbi ait, quòd viles perſonæ non debent attentare publicos honores, quia iniuriam facit dignitati, qui eam committit viliſſimis. vt in.l. iudices. C. de dignita. libro.12. quia ſicut pulchra ſponſa requirit pulchrum ſponſum, ita publici honores requirunt honorabiles perſonas. vt in.d.l.fi.C.de condi.in publicis horre. lib.10. *Vi.quæ dixi ſuprà.in gloſſ. *que les diere.* nu.8.* Et prudentia, fidelitas, & bona conſciẽtia, cum mentis integritate proueniens, ac etiam rerum experientia, vt.C. de nob. C. comp.§.ſed cùm ſit neceſſarium. ac etiam ſolertia, & etiam morum probitas, & artis peritia, vbi quoque
5 tenet, quòd ille dicitur † nobilis, qui eſt prudens: & virtuoſus: & ſic virtus nobilitat ho-
6 minem. ¶Et ſimiliter ſcientia † nobiliſſimum facit eum. vt in.l. prouidendum.C. de poſtula. & gloſſa.in.capitulo.de multa. de præbend. ¶In tantum hoc eſt vetum, quod etiam ſi in-
7 habilitas † ei proueniat ex defectu natalium, debet promoueri.capitulo. apoſtolica. in fine. 56.diſtinctio. &. capitulo. cenomanenſem. vbi patet de meritis virtutum.capitulo.tali.1.quæſtio.7.nec enim poteſt de illius promotione dubitari, cui pro laboribus multis pro moribus caſtis, pro actibus eximijs celſioris loci præmium debetur, vt in.c.miramur.61.diſtinct.Itẽ dantur



dãtur honores & dignitates.Itẽ propter reuerẽtiã ſtudiorũ, vt tenet dictus Lucas de Pẽn.in. d. l.ſi quãdo.C.de diuerſis offi.& appari.iudi. lib. 12.verſi.& nota.vbi quoq; dicit, bonorũ nãq; la-
8 bor† glorioſus eſt fructus. Sapiẽtiæ.3.& deinde apoſto. dicit. 2.ad Timoth.

**Iuſticia, [h] por los qua**

ca.2. labora ſicut bonus miles Chriſti merita ſcientiæ, ętatis, & vitæ.c.talia merita.8.qõ.3.& quia requies eſt habere fructus ſui laboris.glo.in.l.omnes.C.de
9 ferijs. ¶Nam viliſſimus† reputandus eſt, ſi non alios præcedat ſcientia, quæ eſt honore præſtantior.c.viliſſimus.1.quæſtio.prima.& vbi nõ eſt ſcientia, non eſt bonum. Prouerbio.19. potiſsimè hæc locum habent.in ſacerdotibus, & iudicibus, de quibus ſcriptum eſt, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirit dominus ex ore eius, quia angelus domini exercituũ eſt. Malachi.2.& in capitulo.niſi.§. pro defectu.de renuntiation.aliàs iuſtè dicitur contra eos. Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, nec ſacerdotio fungaris mihi. Oſeæ.4.& in.d.§.pro defectu. ¶Et ad talia officia non ſolùm debent eligi
10 literati, † & experti, vt dictum eſt, ſed etiam debent eſſe, diuites: quia ſi ſunt in ſumma, & intolerabili inopia, eligendi non ſunt, tenet Plat.in. l.ad ſubeunda.C.de decurion.lib.10. nam gerẽs dignitatem, honorem, vel adminiſtrationem, hæc ſine amplis facultatibus adminiſtrare non poteſt, ſicut anima ſine corpore corporaliter nil agit.1.q.1.c.ſi quis obiecerit.aliàs eſſet inane nomen honoris, ſecundum Lucam de Pen.ibi, in fine.vbi quoq; dicit, q iuſtè igitur ab horrenda eſt indigentia, quæ quodammodo morti cõparatur. Vnde Eccleſi.40. Fili in tempore vitę tuę ne indigeas: melius eſt enim mori, quã indigere.* Et Greg. Lopez.in.l.2.tit.9.part.2.in gloſſ. *pobredad.* & facit.d.l.ad ſupradicta.* ¶ Sed quis dicatur pauper, arbitrio iudicis relinquitur gl. in auth. præterea.C.vnde vir & vxor. cum ſimilibus.* Et Angel.in.l.infundo.ff.de rei vendica. Grego.Lopez.in.l.7.titulo.9.part.2.

### SVMMARIVM.

1 *Per locũ tenentẽ poteſt iuſtitia adminiſtrari, & põt poni locũ tenens ſine licẽtia principis.*

2 *Locũ tenens poteſt pœnã ſanguinis imponere.*

3 *Locum tenens poteſt facere omnia, quæ eius corrector poteſt facere.*

4 *Vice gerẽs, habet iuriſdictionem ordinariam,*

5 *Vice gerens obtinet locum illius, cuius vicem gerit: & quidquid reſcribitur ſibi, eſt mãdandum executioni per illum, cuius vicem gerit, etiam ſi ſit creatus poſt commiſsionem datã vice gerenti.*

6 *Inter vice gerentem, & delegatum eſt differentia.*

7 *Locum tenens non poteſt alium locum tenentem ſibi ſubſtituere.*

8 *Vice gerens an gaudeat immunitate, qua gaudet ipſe rector.*

9 *Tenẽs locum correctoris gaudet immunitate, & priuilegijs, quibus gaudet ipſe corrector.*

10 *Vice gerens alicuius, debet honorari ſicut ille, cuius vices gerit.*

11 *Adminiſtrator debet obediri, ſicut dominus.*

12 *Vicarium epiſcopi offendens, dicitur epiſcopum offendiſſe.*

13 *Corrector ſi moriatur durante officio, an ſuũ locum tenens remaneat in officio.*

14 *Ad officium, quod ſemel adminiſtrauit, an quis redire poſſit.*

15 *Officialis, vel locum tenens vnius correctoris poteſt continuare, & eſſe cum alio officiali, vel correctore ſucceſſore, ſi eius fides, & induſtria eſt approbata.*

16 *Corrector faciens locum tenentem, quotiens eũ abeſſe contigerit, & contingat caſus, quòd iudex vna die ſit abſens, & alia die præſens, valent geſta per eum.*

17 *Gerens ſe pro loco tenẽte alicuius ſuperioris, videtur tacitè ei mandare, vt gerat ſe pro ſuo loco tenente.*

h
1 **Iuſticia.** [h] Quã poteſt per ſubſtitutũ, & ſic per locũ† tenẽtẽ adminiſtrare.vt in iſto tex.& in.l.quiſquis.& in.l. ad ſimilitudinẽ.C.de epiſcopis & cleri.& ſuperi⁹ dixi, & in.l.decreto.ff.de adminiſt.tut. & in.l. qd ergo.ff.ad municipal.de quo latè p Par.de Put. in tracta.ſyndi.in parte, an ſubſtituẽs. foli.248. quinimo corrector põt facere locũ tenẽtẽ ſine licẽtia principis.vt tenet Bald.in.l. ſi incertis.§.à perfectis.ff.de leg.3.per tex.in auth.vt nulli iudi.colla.9.§.ad hoc verò prohibi.Guid.pap.deciſi.234.vbi idẽ tenet.& dixi ſuprà in gloſ. *eſcoja.*
2 ¶Et talis locũ tenẽs põt imponere † pœnã ſanguinis, put poſſũt illi, quorũ locũ tenet, qa locũ tenet

tenet authoritate legis,& lex dat ei merum im
perium.Secus ſi teneret locum authoritate ho-
minis,vel de iure Canonico.tenet Angel.in.l.ſi
prior.§.à Titio.ff.qui potior.in pigno.habea.&
hoc tene, licet Paris de Puteo , contrarium te-
neat in.d.tracta.ſyndica.in parte.an ſubſtitues.
fol.248.nu.8.&.9.vbi hanc.q.altercat. ¶ Quia
3 locum tenens poteſt † facere omnia, quæ poteſt
corrector:quia ſubrogatus loco alterius,eiuſdē
naturæ,cuius eſt is,in locum cuius ſubrogatur.
tenet Ange.in.l.grege.per tex.ibi.ff. de pigno.
in principio.& Bartol.in.l.1.ff.de tuto. & cura.
datis ab his.vbi quoq; tenet,ꝙ ille,cui mādatur
à principe,vt vicem præſidis gerat,mortuo præ
ſide,vel etiam abſente, habet merum imperiū,
& miſtum,etiam quo ad executionem , & hoc
quia ſpecialiter mandatur.vt ibi per Bartol. &
tenet text.hic.& in.l.2.C.de offic.eius, qui vi-
cem alicuius iudic.vel præla.obti.licet.gloſ.ibi
videatur tenere cōtrarium,quæ reprobatur per
Barto.in.l.1.ff.de officio eius,cui manda.eſt iu-
4 riſ.num.15.¶ Talis enim vice gerens,† habet iu
riſdictionem ordinariam,vt Bartol.in dict. l.2.
& in.l.1.§.à præfectis.ff. de legat.3.de quo per
Bald.in authentic. Sed nouo iure.in principio.
C.de ſeruis fugiti.& per eundem Bart. in.l. nec
quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconſu.
& legat.ante pe.columna.& ibi gloſſ. ¶ Et facit
quod tenet Abb.in.capitu.eam te de reſcriptis.
5 nume.14.vbi vice † gerens obtinet locum illius,
cuius vicem gerit : & quicquid reſcribitur ſibi,
eſt mandandum executioni per illum cuius vi-
cem gerit etiam ſi ſit creatus poſt commiſsionē
datam vicegerenti. Tamen contrarium tenet
Plat.in.l.ex eo.C.de agen.in re.lib.12.nu.3.vbi
ſi rex committit cauſam ſenaſcalo,locum tenēs
conſtitutus ab ipſo ſenaſcalo nō poterit cogno
ſcere : & in hoc dicit , ꝙ doctores determinant:
quia ſi rex nouiſſet,hoc expreſsiſſet in ſua com
miſsione.vt in.l.1.§.ad deficientis.C.de caducis
tollen. quia à forma reſcripti non eſt receden-
dum.Nec obſtat ꝙ debet tranſire ad ſucceſſo-
rem.vt in.c.quoniam Abb.de offic.deleg. quia
debet intelligi de ſucceſſore habente officium
iure proprio, non alieno , vt eſt locum tenens.
vt Plat.vbi ſuprà.Et quoq; mandatum,ſeu præ
ceptum factum prædeceſſori,ſucceſſor tenetur
adimplere.c.dudum.18.q.2.gloſſ.in.c.literis.de
reſcrip. ¶ Et quod dixi de loco tenente , ꝙ non
poteſt adimpleri,maximè ſi papa,ſeu rex man
dat fieri aliquid per perſonam alicuius,quia tūc
non poteſt fieri per procuratorem habentē ſpe
ciale mandatum.eſt gloſſ.in.c.expoſuit.de dila
ti.alia in Clementin.1.de vita & honeſt. cleri &
Cardi.ibi text.in.l.iubemus.per hanc.C.de ero
gat.milit.ann.lib.11.& Iaſ.in.l.2.§.ꝙ ſi in patris.
ff.ſolut.matri.numer.3.¶ Et Bar.ponit in.d.l.2.
6 differentiam † inter delegatum: & vicem geren
tem: quia delegatus eſt ille , cui ipſemet iudex
committit : ſed vicegerens eſt ille cui ſuperior
committit locum alterius,& ille,vt dictum eſt,
habet ordinariam iuriſdictionem. & per Alex.
in rubrica.ff.de officio eius,cui mand. eſt iuriſ.
nume.13.vſq; in finem.vbi per eum.¶ Et licet lo
cum tenens poteſt omnia,quæ poteſt is , cuius
7 locum tenet, non tamen poteſt † alium locum
tenentem ſibi ſubſtituere.tenet Bald. in.l.1. §.à
præfectis.ff.de legatis.3.per.l.à iudice.C. de iu-
di.& in.l. ſi Auguſtæ.ff. de legat.2. & Paul. de
Caſtro in.l.2.in fine.ff.de offic.eius, cui mā. eſt
iur.Et facit text.in.c.in archiepiſcopum.de ra-
ptori.de quo vi.Barto.in.d.l.1.§.hic quibus. &
Alexan.in.l.& quia.ff.de iuri.om. iudi. & in.l.
filius.ff.de lega.3.& tenet Paris de Put.in.d.tra-
cta.ſyndi.in parte,an ſubſtituens.fol.248.nu.6.
vi.Enri.Ferran.in addi.ad Guido.papam,deci-
ſio.234.Et quoq; dic,ꝙ vicarius epiſcopi ſi opor
tet ſe abeſſe,non poteſt ponere alium vicarium
loco ſui,nec aſſeſſor.tenet Bald.in.ca.quoniam
apoſtolica.de offic.delegat. qui eſt finalis.nu.1.
nec nuntius ambaſiatam ſibi commiſſam alteri
committere poſsit.vt Bald.ibi.nume.2.& tenet
Boerius deciſi.152.loquendo in loco tenēte, vbi
altercat.& ibi quoq; tenet,ꝙ locum tenēs crea-
tus à iudice loci,non præfertur loco tenēti crea
to à domino loci.* Sed tu vi.Bal.in.l.aliquādo.
ff.de offic.proconſul.& leg.nu.3. vbi loquendo
in vicario dicit,ꝙ vicarius alium vicarium face-
re non poteſt cum ordinaria poteſtate , tamen
per modum delegationis poteſt alteri commit-
tere vices ſuas,vt in.c.1.de offic.vica.lib.6. tamē
ex cauſa probabili & neceſſaria dicit Hoſt.in.c.
clericus.de offic.vicar. & Bald. in margarita , in
verſiculo vicarius. ꝙ poteſt facere alium vica-
rium.* ¶ Vide quoque per Alexan.in.d. rubri-
8 ca,an vicegerens † gaudeat immunitate,qua gau
det ipſe rector,& per Bart.in.l.filius.ff.de lega-
tio.vbi concludit duas eſſe ſpecies vicegerētiū.
Quidam ſunt conſtituti ab ipſomet rectore in
locum eius,& iſti non gaudent.vt in dict.l.filiꝰ.
& in.l.vicarius.eod.tit.quidam ſunt conſtituti
ab ipſa vniuerſitate, quæ conſueuit eligere re-
ctorem in locum mortui rectoris vel abſentis,&
iſti gaudent immunitate.vt.C.de dignita.or.ſer
ue.libro.12.& de iſto loquitur text.in.l.2. C. de
officio eius,cui vicem alteri ger.& cum Bartol.
ibi concordat Bal.in.l.aliquādo.ff.de offici.pro
conſul.& Cardin.Flor.in Clem.1.de offic. vica.
in.6.



in.6.oppoſi.cū gl.in verbo,ſacerdotium. vbi di
cit,ꝙ de cōſuetudine ſeruatur,ꝙ indiſtinctè vi
cerector gaudet immunitate,ſicut rector.& vl-
tra Bartol.in.d.l.filius.pōt allegari tex.optimū
in.l.pe.in fin.C.de aquæ ductu.lib.11.& c.ſi.93.
diſtin. vbi tenet ꝙ quis eſt tādiu honorandus,
quandiu tenet eius locum, & quoq; habet eius
priuilegium.Ecce ergo,ꝙ vicarius,& vicegerēs
pōt dici non ſolū ille,qui à ſuperiore conſtitui
tur in locum alterius abſentis, vel defuncti,ſed
etiā ſi conſtituatur ab ipſomet conſtituente vi-
carium in locum ipſius conſtituentis. ¶ Et plus
eſt quia vtroq; caſu tales vicarij, ſeu vicegeren-
tes, videntur ordinarij : vnde vicarius epiſcopi
etiam conſtitutus ab ipſo epiſcopo,dicitur ordi
narius.vt in.c.Romana.in principio.& ibi gloſ.
in verſic.generaliter de appel.in.6.& in.l.præci
pimus.in princip.& ibi Bar.C.de appel. &. ca.
ſua.& ibi notat Innoc.de officio vica.glo. in.ca.
perlectis.25.diſtin.& in.cap.2. de offi.vica.in.6.
Hoſti.& Ioann.Andr.in.c.2.ne præla. vice.ſua.
& vi.Ale.in addi.ad Bar.in.d.l.filius. ſaltem re-
miſsiuè.& in.d.rubric.num.14.vſq; in fine. vbi
circa hoc quatuor conſiderationes facit,quas p
9 te vide.¶ Sed in hoc dico,ꝙ tenēs † locum corre
ctoris,gaudet immunitate,& priuilegijs,quibus
gaudet ipſe corrector : quia ex poſitione regis,
& ſic ſuperioris fuit poſitus,vt tenet ad literam
Cardi.in.d.Cle.1.de offi.vica.6.q. ¶ Et facit qđ
tenet Ludo.Ro.in ſingula.362.vbi ait, ꝙ vicere-
ctor debet habere ſeſsiones rectoris præeminen
tis.& dicit,ꝙ eſt tex. vnicus in ca. præcipimus.
62.vel.63.diſtin.& ibi vi.additionē in.d. ſingul.
¶ Et ad idem facit,quia vicegerens alicuius , de-
10 bet honorari † ſicut ille , cuius vices gerit. vt te-
net Abba.in.capi.ſanè.el.2.de offi.delega.& ibi
Barb.1.colum.& vltra eos eſt gl.in.c.cum volun
tate.de ſenten.excom.& videtur tex.in.c.ſi.93.
diſtin.& gl.in.c. cum olim. el.2. de offi. delega.
& facit tex.in.c.in accuſa.2.q.7.& in. ca. felicis.
num.6.& tex.in.c.nobiliſsimus.87.diſtin.& in
c.nouo.21.diſtin.& cā.honor.2.q.5.¶ Quoq; fa-
cit text.in.c.grandi.de ſupplē.negli. præla. vbi
11 debet † impendi honor adminiſtratori , & obe-
dire ſicut dominus à quo datur adminiſtrator,
nec dicitur infringere iuramentum, qui tali ad-
miniſtratori obtemperat: nec mirum, quia po
teſtas adminiſtratoris eſt dependens à domino,
& coniuncta ſibi,vnde grauamen iniunctum ad
miniſtratori,cōcernit ipſum dominum.l. peto.
§.mater.&.l.cum pater.§. curatoris.ff. de lega.
2.& ex perſona principali domini ſumit robur
& perpetuitatem.l.annua. ff. de annuis lega.&
l.quod principi.&.l. ſi auguſtæ. ff. de lega.2.&
c.Romana de offi.vicar.in.6.¶ Implet ergo fidē
& promiſsionem,quæ illa exhibet adminiſtra-
tori ipſius.l.municipibus.ff.de condi.& demon
ſtra.& quod notat Innoc. in.ca.eā te.de reſcrip.
facit.l.oſſa.ff.de religio.& ſumpti.funer. vbi di
12 citur,† ꝙ qui offendit vicarium epiſcopi , dici-
tur offendere ipſum epiſcopum. & ad hoc illū
tex.allegat Baldu.in.l.ſed & ſi quis.§.fi.ff.de in
ius vocā.&.l.ſi prior.§.fi.ff.ꝗ potio.in pig. hab.
vbi prærogatiua,quæ eſt in principali,eſt in ſuū
locū tenētem,ſecundū Barb.in.d.c.ſanè.1.colu.
13 ¶ Et an ſi corrector moriatur † durante officio,
ſi ſuus locum tenens remanebit in officio ? Vi-
detur ꝙ nō,ſed eligendus eſt,cui meritorū ſuf-
fragantur inſignia.vt.C.de diuerſis offi.lib.12.l.
1.& ibi Luc.de pē.Sed cōtra facit apertè.ff.de tu
tori.& curato.datis ab his.l.curatorē.& in.l.quę
ſitū.ff.de tutelis.¶ Attamen Lucas de penna in
d.l.agētes.in fine.C.de agēti.in rebus. lib.12.di-
cit , ꝙ iſta ſunt in principis poteſtate. vt.C. de
cōſuli.lib.10.l.3.& dicit , ꝙ ſatis faciat,ſi ſubro-
gatum,& ſic locū tenentē alijs præferat.dum ta
men mereantur virtutes eius.quod nota. Vide
quæ dixi ſuprà in.cap.1.in glo.nueſtros.nu.2.&
quæ dicam in.c.5.infrà eod.in gloſ. ſuſpēdidos.
14 ¶ In propoſito nota, an quis poteſt redire † ad
officiū , quod ſemel adminiſtrauit ? Et videtur
ꝙ non,quia præſumitur contra eum.vt in. d. l.
nullus apparitor.& in.l.ad ſplendidioris. C. de
diuerſi.offic.& ap.iudi.lib.12.& hoc niſi licentia
principis,vt ibi,& in.l.conſiliarijs.C.de aſſeſ.&
hoc ſiue quis fuerit ſemel ſolutus ab officio ex
honeſta cauſa, vt quia compleuit , & rationem
villicationis reddidit ſiue caſuaria occaſione
propter morbum,vel ſenectutē.vt in.l.ſemel.
C.de re milita.lib.12.ſiue cauſa ignominioſa, vt
propter delictū vt in. l. ſi quis ex grege. C. de
appari.præfecto.præto.& priui. eorum. lib.12.
& tenet Ioann.de pla.in. d.l. nullus apparitor.
Quod dicit fallere,quando prouincia eſt diuiſa
& in procuratore Cæſaris. ¶ Item ad hoc vt re-
deat,non poteſt compelli,& ſtantibus alijs ſuffi
cientibus.gl.in.l.pe.ff.de muneri. & honori. &
in.l.æſtimationem.§.defenſionem.&.l.ſponte.
&.l.honor.§.gerendorum.vt tenet Ioa. de Plat.
per text.ibi in.l.quis tā.C.de decur.lib.10. ¶ Et
hoc eſt ſecundum eum ibi,ne ex continuatiōe
honoris , grauius ſubditis efficiatur.vt in auth.
de defenſo.ciui.§.pe.coll.3.aliàs enim continuā
do,incideret in.l.iuliam ambitus.vt in.§.ſunt.in
ſtitu.de publi.iud.niſi in caſibus,in quibus pōt
continuare,vel ex interuallo eligi ſine pœna am
bitus , ſcilicet vt eſt dictum in defectū aliorū.*
Quinimo non poteſt eligi ad aliud officiū niſi

prius ſyndicetur de primo officio Bar.& Alex.
in.l.reſcripto.§.1.ff.de muner.& honor.& in.l.
neminē de ſuſcepto.& archar.lib.10.per Bar.in
l.1.C.vt omnes iudic.tan ciuil.quā crim,& non
debet in aliū officiū prouideri antequā ſua ſyn
dicatio viſa ſit per auditores cōſilij regis, & con
ſultata cū perſona regis & executioni mandata:
tenet Cataldinus in tract.a ſyndica. q.96.& eſt
pragmati.63.in curijs Valiſoleti.anni.1523.& in
pragmati.92.Vallad.anni.1537.& in pragmatic.
33.de Madrid.anni.1563.* ¶Itē admittūtur ſpurij
vt in.d.l.3.§.ſpurios.ff.de decurio.¶Et ſimiliter
plebei,vt in.l.ante pe.ff.de decurio.¶Alij caſus
notātur in.l.diuus.ff.ad municipal.videlicet qn̄
princeps ex ꝓprio motu illū refirmat, quia tūc
nō creditur principē ob importunitatē petētis
feciſſe,nec refirmatū ſubditos lædere, ſed potiꝰ
eſſe à principe reformatū;ſua exigēte experien
tia meritorū.vt in.d.l.liceat.de aſſeſſo.in fi.quē
vid.¶Et idē,ſi ab vniuerſo populo reluctāte re
firmetur.vt in.d.authē.de defēſori.ciui.§.fi.col
la.3.¶Fallit etiā, vbi eſſet honor cū ſumptu. vt
in.d.l.ſpōte.de muner.& hono.ſecūdū Ioan.de
Pla.in.d.l.quis tā.vbi quoq; per eū,an in dubio
in ciuitate præſumatur eſſe plures alij habiles,
& ſufficiētes,vt quis nō cogatur officiū cōtinua
re,vel ante tēpus vacationis re aſſumere? & di-
cit,ꝙ ſic in vrbibus inſignibus,& magnifico ſta
tu.¶Itē fallit in cōſiliario, & loco tenēte: quia
15 vnꝰ † cōſiliarius,ſeu locū tenēs vnius officialis,
pōt cōtinuare,& eſſe cū alio officiali vel corre-
ctore ſucceſſore in officio,ſi eius fides, & indu-
ſtria eſt approbata.vt tenet Io.de Pla.in.l.ex a-
gētibus.C.de principi.agēti.in rebus.lib.12.Hoc
intellige,ſi de primo officio rationē digeſtaue-
rit,id eſt,de priori tēpore fuerit ſyndic.vt tenet
Pla.per tex.ibi,in.l.ordinariorū.C.de cohartali
lib.12.nume.4.& bene ſe geſsit in officio,quia ſi
fuit depoſitus,ſeu remotus,nō pōt cōtinuare.vt
tenet Bal.in arg.in.c.gratū.de poſtula.præla.in
fine,loquēdo in notario depoſito à notariatu,
quia nō pōt iterū creari notarius, & idē dicit de
ſententia arbitratoris caſſata,quia de nouo ferri
16 nō pōt. ¶Adde quoq;,† ꝙ ſi iudex facit aliquē
locū tenētē quoties eū abeſſe cōtigerit,& cōtin
gat caſus,ꝙ iudex vna die ſit abſens,alia die præ
ſens,ꝙ valent acta coram illo locum tenente,e-
tiam illo die.quo fuit præſens, ne ex continua
variatione litigantes decipiantur.facit.l.barba-
rius.ff.de offi.præto.Sed ſi plures & plures dies
eſſet præſens,ſecus eſſet.tenet Paul.de Caſtro.
in.l.ſed & ſi pupillus.§.conditione.ff. de inſti-
tuto.numero.4.vbi dicit, quòd eſt pulchra in-
ductio.¶Et vide Hippolytu.de Marſi.in conſi-
17 lio.9.numero.26.vbi dicit, quòd ſi aliquis † ſe
geſsit pro loco tenente alicuius ſuperioris, vide
tur tacitè ſibi mandaſſe,vt ſe gerat pro ſuo loco
tenente. quod nota.& tenet Paulus. de Caſtro
in.l.1.§.magiſtrum.ff.de exerci.actione. nume.
3.quem vide per.l.fina.ff.quod cum eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtituens aliquem in officio,tenetur de com*
*miſsis per dictum ſubſtitutum.*
2 *Poteſtas tenetur de commiſsis, & omiſsis per*
*ſuos officiales,& familiares, ſi delinquunt in*
*officio, vel ratione officij.*
3 *Si familiaris poteſtatis commiſit delictū non*
*ratione officij,ſed extra officium, officialis nō*
*tenetur,nume.9.*
4 *Qui habet ſyndicare officialem, non ſe impe-*
*dit de geſtis extra officium.*
5 *Fideiubens pro aliquo Caſtellano alicuius Ro-*
*chæ,non tenetur,ſi ille facit robariam.*
6 *Si libro mercatoris ex conſuetudine creditur*
*intelligitur in pertinentibus ad artem ſuam,*
*non autem ad alia.*
7 *Si ſtatuto cauetur,quòd filiusfamiliàs merca-*
*tor poteſt contrahere,intelligitur cauſa mer-*
*cantiæ,ſed in alia cauſa diuerſa non valet cō*
*tractus.nu.42.verſi.Et adducit.*
8 *Nuntio publico creditur circa officium.*
9 *Si officiales poteſtatis inter ſe inuicem ſe per-*
*cutiant,vel cum alijs, poteſtas non tenetur.*
10 *Poteſtas tenetur de factis per ſuos familia-*
*res,& officiales de factis per ſuos familiares,*
*& officiales,licet ſint extra officium, quan-*
*do mandauit,vel raptum habuit.*
11 *Ad exhibendum tenetur poteſtas res familia*
*rium, vel ipſos familiares,ſi poteſt,licet delin*
*quant extra officium, vel quando ad eum im*
*mediatè à familiare,qui delinquit, aliquid ex*
*tali delicto peruenit poteſtati.*
12 *Poteſtas tenetur pro vxore,ſi delinquat præ-*
*textu officij,& ſi ciuiliter agatur.*
13 *Poteſtas tenetur de delicto officialium quan-*
*do ciuiliter agitur,ſecus ſi criminaliter.num.*
*49.*





14 *Dominus tenetur pro familia,ſiue ſit deputa-*
*ta ad officium publicum,ſiue ad priuatum.*
15 *Epiſcopus ſi non poteſt perſonaliter viſitare,*
*ſi per alium viſitat,tenetur,ſi deputatus in a-*
*liquo exceſſerit.*
16 *Nominans aliquem ad officium, & ad mun*
*publicum,ſuo periculo nominat.*
17 *Poteſtas,licet teneatur ex delictis familiæ ſuæ*
*non tamen tenetur ex contractibus ſuæ fami*
*liæ.Intellige vt hic.*
18 *Proclama,quòd nullus faciat aliquam credē-*
*tiā,ſeu aliquid credat alicui de familia, cùm*
*poteſtas non intendit teneri pro eo,prodeſt vt*
*pro eo non teneatur,etiam ſi ex forma ſtatuti*
*teneatur,pro familia.*
19 *Qualiter probetur,quòd cōtraxit in cauſa do*
*mini,& in eius vtilitatem.*
20 *Fideiubens pro officiali publico, intelligitur*
*fideiubere,& promittere indemnitatem, &*
*intereſſe reſpectu damni rei publicæ tantùm.*
*Et non tenetur pro extorſionibus,damnis &*
*violentijs illatis priuatis,nec de pœnis impoſi*
*tis officialibus,niſi fideiuſsio, & promiſsio ſit*
*ita lata,vt hæc comprehendat.*
21 *Ratio quare poteſtas tenetur de omni delicto*
*commiſſo in officio per ſuos officiales.*
22 *Poteſtas,qui non eligit ſibi officialem, an te-*
*neatur pro eò.*
23 *Famuli,qui dicantur.*
24 *Famuli poteſtatis poſiti ad cuſtodiam ciuita-*
*tis,ſi delinquunt,an poteſtas teneatur.*
25 *Poteſtas non tenetur de geſtis per ſubſtitu-*
*tum loco ipſius ad tempus impediti. numero*
*41.*
26 *Poteſtas inuocans auxilium aliquorum ad ca*
*piendum malefactorem,quia vltra familiam*
*aliquando habent aliquos ſeruitores, qui fa-*
*uent ſibi in officio, & de nocte aſſociant ip-*
*ſum, an ſi iſti offendantur in exercitio illius*
*officij,dicatur offendi familia poteſtatis. Vel*
*ſi in illo exercitio committant aliquid, an po*
*teſtas teneatur pro eis.nume.27.*
28 *Percutiens familiarem poteſtatis non deferē*
*tem ſignum,an puniatur.*
29 *Poteſtas,an teneatur in ſyndicatu pro officia*
*li mortuo.*
30 *Poteſtas,in ſyndicatu an teneatur pro fami-*
*liari bannito.*
31 *Poteſtas,an teneatur pro familiari condēnan*
*do,ſi fuerit contumax.*
32 *Poteſtas,an teneatur de delicto famuli ſui an*
*te aquam eſſet famulus.*
33 *Poteſtas vt teneatur de cōmiſsis per familiā,*
*requiritur quòd ipſi ſint in aliquo officio de*
*putati,& non tenetur de cōmiſsis per eos ex-*
*tra officium.*
34 *Officiales,& ſtipendiarij, pro contractibus,*
*& delictis antea factis conueniri nō poſſunt,*
*durante officio.*
35 *Officialis regis habens malum filium, qui eo*
*præſente delictū facit,an pater teneatur pro*
*eo.*
36 *Si teſtes dicunt,quòd familiares poteſtatis per*
*cuſſerunt Titium, vel delictum commiſſe-*
*runt,& nomina familiarium ignorāt,an pro*
*bent.*
37 *Petitio procedit,quando agitur contra pote-*
*ſtatem, quòd eius familia aliquid fecit, li-*
*cet non exprimantur ſigillatim nomina ipſo*
*rum.*
38 *Bannum factum à poteſtate,quòd omnes de-*
*bentes aliquid recipere ab officialibus,& fa-*
*milia,compareant infra.10.dies,aliàs nō au-*
*dientur,an tale bannū excuſet poteſtati, &*
*creditoribus noceat.*
39 *Poteſtas, an poteſt punire ſuos officiales, &*
*nō expectare vt puniantur à ſuperiore, vel à*
*ſyndicatoribus,& ſi pōt ſuos officiales remo*
*uere.nume.40.*
41 *Poteſtas an teneatur de negligentia ſui offi-*
*cialis.*
42 *Contra retinentem familiares criminoſos præ*
*ſumendum eſt: & ideo ſi commiſerunt ali-*
*quod delictum pro eis tenetur. Quod intelli-*
*ge,& declara,vt hic.*
43 *Pœna appoſita in pace per me & per adhæren*

*tes mihi de non offendendo , non extenditur ad adhærentem extra caſum inimicitiæ.*

44 *Poteſtas non tenetur pro ſuo officiali, quãdo officialis eſt approbatus, & expertus in officio. Quid ſi talis officialis fideiuſſorem dedit de reſidentia facienda, an teneatur poteſtas, qui eum in officio nominauit.*

45 *Rex committens tempore belli Caſtrum cuidam militi ad cuſtodiendum, & ille miles cõmiſit alteri militi, vel nobili, an teneatur, ſi hoſtes occupauerunt Caſtrum.*

46 *Epiſcopo an imputetur, ſi archidiaconus examinauit indignum.*

47 *Poteſtas nõ tenetur de geſtis per officiales poſitos à ſuperiore.*

48 *Poteſtas quando exhibet officiales, non tenetur.*

49 *Poteſtas non tenetur pro officialibus, quando agitur criminaliter. Nec tenetur, ſi ſui officiales fideiuſſionem de reſidentia facienda dederunt, & de iudicato ſoluendo.*

50 *Si poteſtas ſeu corrector multos conuocauit cauſa debellandi vnam domum, in qua erant malefactores, & illam igne concremauit, propter quòd illi conuocati paſſi ſint damnum, an ipſe poteſtas teneatur illis ad damnum.*

51 *Poteſtas, quod ſoluit pro officialibus ſuis poteſt ab eis repetere, vtendo retentione, vel aliter. Quod intellige vt hic.*

1 Sea obligado.[i] Nota tex. ꝙ ſubſtituens† aliquẽ in officio, tenetur de commiſsis defectibus, & delictis ipſius. eſt tex. ſimilis in. l. agẽtes in reb⁹. C. de agẽti. in rebus. libr. 12. & ibi Lucas de pen. 3. colum. verſi. nota hic. dicit, ꝙ quidã peritus in ſignis authoritatis hanc. l. præcipuã allegauit ad hoc: ſed ſimilis litera dicit, ꝙ eſt in. l. neminẽ. C. de decurio. lib. 10. & in. l. nullus. C. de epiſcoſ. & cleri. & in. l. ad ſimilitudinẽ. Vide omnino. l. ex facto. ff. de negoti. geſtis. & in. l. 3. C. de fundi. rei publi. lib. 11. & in. l. 1. in princip. ff. de exercito. & l. 1. §. ſi quis. ff. nau. caup. ſtabu. & in. l. licet. §. in factum. & l. fi. in princip. vbi eſt verbum ſuo periculo. Et ſic, ꝙ officialis ſubſtitutus gerit periculo ipſius ſubſtituentis. vt. in. l. nullus qui ne xu. C. de decu. lib. 10. prius tamen debet ſubſtitutus quam ſubſtituens conueniri. vt eſt gloſſa. in. l. ſi quis ex corpore. C. de muri legulis. lib. 11. & ibi Plat. & vi. infrà. numer. 16. ¶ Et ꝙ poteſtas teneatur non ſolum de delictis commiſsis per

2 eum, ſed etiam tenetur† de cõmiſsis, & omiſsis p ſuos officiales, & familiares ſi delinquũt in officio, & ratiõe officij, tenetur ad intereſſe p ti læſæ. vt in. d. l. 1. §. ſi ſerui. ff. furti. aduerſus naut. caup. ſtabula. Et tex. in l. 1. C. ad. l. Iuli. repe. gl. in. l. 1. C. vt oẽs iudi. tã ciui. quam crimi. & in. l. ſi poſt depoſitã. C. de aſſeſſo. & gl. in. l. conſiliarios. C. eo. tit. quia mala electiõe eſt in culpa, & ideo tenetur p eis. vt in. d. l. licet. ff. naut. caup. ſtabul. & in. l. 2. ff. furti. aduerſ. naut. & tenet in expreſſo Bar. in. l. 1. ff. ad. l. Iuliã repet. verſi. quæro pro quibus. & Ang. de Are. in. §. in lege Iulia. repetũdarũ. inſtitu. de publi. iudi. verſi. & ſcias. & Bart. in. l. 1. §. familię. ff. de publica. & vectigali. & Par. de Put. in tract. ſyndi. in parte, familiaris, ſiue familia. fo. 111. nu. 5. & in parte, quia ſuprà. nu. 2. fo. 113. & in verſi. an ex eo. fol. 114. & in parte, poteſtas tenetur. fo. 207. in princip. quia vt ibi dicit, tenetur vinculo iuramẽti malos cõpeſcere, qui etiã poteſt remouere ſuos officiales, & etiã malos aſſeſſores, nõ tamen remouet defenſorẽ ciuitatis. vt ibi vide per eum. ¶ Et ꝙ ſubſtitutus debet ſeruire periculo ſubſtituẽtis, tenet Pla. in. d. l. nullus qui. C. de decu. nu. 3. vbi quoq; infert, ꝙ ſi ædificium confectum ab ſubſtituto ruat eius vitio, tenetur ſubſtituens, per dicta iura. & vid. Pari. de Put. in parte, an ſubſtituẽs. folio. 248. & in parte, ſubſtitutus. ¶ Et facit quod tenet Bart. & Plat. in. l. 1. C. de executo. & exactori. lib. 12. vbi ille textu. facit contra poteſtatem ciuitatis, qui mittit eius officiales, & exactores per comitatum, quòd ſi committũt aliquid illicitum, vt furtum, barateriã, vel concuſsionẽ, tenetur ipſe

3 poteſtas, & capitaneus. ¶ Si autem delictũ† nõ eſt commune cũ officio, nec ratione officij putà quia officialis fecit homicidiũ, vel furtum, vel ſimoniã, quia recipit pecuniã vt rogaret poteſtati non tenetur poteſtas de tali delicto nec ciuiliter, nec criminaliter. vt eſt gloſ. ſingul. in. d. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſu. & lega. facit tex. in. c. ad ſedẽ, de reſti. ſpolia. & ibi gloſſ. & notat Bart. in. d. l. debet. §. 1. ff. naut. caup. ſtabula. & in. d. l. 1. §. familiæ. & Gulier. in l. nulli. C. quorum appella. nõ recip. & Bal. in. l. 2. C.

les ſea obligado [i] a dar cuenta, y razõ, y ſatisfazer lo que ellos hizieren , ſaluo en caſo que los



2. C. vbi de cri. agi opor. & Paulus de Caſtro in d. l. prima. §. familiæ. & Iaſ. in. l. age cum geminiano. C. de tranſa. nu. 3. vbi ait, quod qui habet

4 † ſyndicare officialem non ſe impedit de geſtis extra illud officium, & Hyppol. de Marſi. in repeti. Rubricę de fideiuſſo. nu. 182. & Romanus conſilio. 434. vbi in fine dicit, quòd licet pro eis teneatur, procedit ſi in eo deliquerunt, ad quod ſunt deputati, vt latè Iaſ. in. d. l. age cũ geminiano. & Hyppolytu. de Marſi. in repeti. l. fi. ff. de iuri. om. iudi. nume. 169. cum ſequentibus vbi allegat in ſimili. * Et tenet Peregrin. in parte furtũ. q. 4. in gl. familiares*, quod tenet Bal. in. l. 1.

5 in principio. ff. de magiſtr. conue. vbi dicit, † ꝙ ille, qui fideiuſsit pro aliquo Caſtellano alicuius Rochæ, nõ tenetur, ſi ille facit robariam, quia ille fideiuſſor fideiuſsit apud rempublicam, non apud priuatos. Et idem in ſimili dicit, quòd ſi

6 ex conſuetudine† creditur libris mercatorũ, intelligitur in pertinentibus ad artem ſuã, non ad

7 aliã. Et idem dicit de ſtatuto, † quo cauetur, ꝙ filius familias mercator poſsit cõtrahere, intelligitur cauſa mercantiæ, ſed in alia cauſa diuerſa non valet contractus. Et idem eſt de nuntio pu

8 blico, † ꝙ creditur circa officium : vnde ſi dicat citatum dixiſſe ſibi iniuriam, non creditur ſibi. Abba. in. c. cùm parati. de appella. & Iaſo. in. d. l. age cum geminiano. nu. 5. & Hyppolytus in. d. repet. Rubricæ. de fideiuſſo. nume. 185. Et tenet Guido papa. ſingul. 259. verſicul. penulti. quem vi. ſed circa hoc vide ſingularẽ diſtinctionẽ Petri Antibolini in tracta. de muneribus. in fine. tomo. 6. tracta. folio. 49. vbi dicit, quòd ſi nõ eſt iuratus, tunc non eſt ei credendũ. ¶ Si aũt eſt iuratus, ſi eſt perſona fide digna, legalis, & honeſta, ſi non percipit partem condemnationis, creditur ei, & ſuo dicto, & iuramẽto ſtatur. & ſic intelligũtur omnia iura ſupradicta, & conſuetudines. ſi autem percipit partem, tunc nõ ſtatur ei, quia in ſua cauſa diceret ſibi ius , & non debet tali dicto ſtari ſine iudicis cognitione. vt. C. ne quis in ſua cauſ. ius ſibi. & ſic repellerentur hodie quaſi omnes nuntij & banerij, cùm vel omnes, vel in maiori parte percipiant partẽ in bãnis, & in pœnis. quod eſt mihi notandum. ¶ Et quòd iudex teneatur ex delicto familiarium, habet locum ſi familiares delinquant inter ſe, ſiue cum alio. vt eſt text. in. d. l. debet. §. hæc actio. vbi exactor nauis non tenetur de delictis commiſsis inter nautas, ſiue cum alijs extra officium. vt in. d. l. debet. §. primò. & ideo ſi officia-

9 les, † vel familiares inuicem ſe percutiant, vel alium extra officium, poteſtas non tenetur, licet debeat formare proceſſum contra delinquentes, ſicut extraneos. vt in. l. ſi quis fortè. §. ſi quis comitum. ff. de pœnis. & ab officio remouere. vt tenet Amodeus Iuſti. in tracta. ſyndic. in parte, qui dominus poteſtas, & officiales promiſerũt parere mandatis ſyndicorum. verſicul. primo. quod probat ratione: quia ſi poteſtas teneretur hoc caſu, non poſſet eſſe iudex contra talem officialem, vel familiarem, cuius contrariũ dicitur, & notatur in. l. ſenatus. ff. de officio præſi. & ibi Barto. nume. 5. & 6. ¶ Et quòd poteſtas non teneatur de factis extra iudicium per ſuam

10 familiam: intelligo verũ, niſi mandauerit, † vel raptum habuerit. vt in dict. l. prima. §. familiæ. ff. de publica. & vectigali. per Bartol. & in. l. ſi ſeruum. §. liber homo. ff. ad. l. aquiliam. Vel niſi ad eum perueniat, vel niſi dominns, ſeu poteſtas ſciat, & non prohibeat. vt Floria. in. l. is cuius. ff. ſi ſeruitus. vendi. vel niſi ſtatuto caueatur. vt Bart. in. l. Titius. ff. de teſta. mili. & Bertachi. in tract. gabell. in. 7. partè. nu. 30. tomò. 6.

11 tracta. fo. 62. ¶ Tamen tenetur†, vt res familiaris, vel officialis exhibeat, ſi poteſt. ita tenet Bald. in Rubrica. C. de pœna iudicis qui malè iudi. nume. 16. verſicul. quæro quid in factis. & idem tenet Amode. Iuſtin. in. d. tracta. ſyndica. in dict. parte. verſicul. ſecundo. vbi dicit, quòd ſupradicta limitãtur, niſi aliquid ex tali delicto poteſtati perueniret immediatè ab eo, qui delinquit. vt in. l. prima. ff. de vi & vi arma. Secus ſi peruenit mediante alio, quia tunc nõ tenetur de eo, quod peruenit, ſecundùm Innocen. in. d. capitu. cùm ad ſedem: de reſtit. ſpolia. nume. 6. verſicul. Sed non nec. & Amode. Iuſti. vbi ſuprà. ¶ Extende, quòd non ſolùm tenetur pro officialibus, & familia. Sed etiam pro vxore

dinarij,quia in iſto caſu habet locũ via executi-
ua,aliàs ſecus.& ſic dicit Rode.Suar.in d.repe.l.
poſt rē.col.106.ver.3.principaliter limita, ꝙ re-
manet dictũ Ange.famoſum cũ hac tēperatiõe,
ꝙ nõ credit verũ.Sed quomodocũq; ſit,dictum
Ang.dicit eſſe ſingu.& habet fundamentũ à gl.
ibi cõmuniter ab omnibus approbata.¶Et ideo
dicit Roder.Suar.ꝙ ſibi aliter videtur dicēdum
quàm Alex.ſenſerit,& imò Bar.& Ange.in hoc
non fuerũt cõtrarij:quia vbi citata parte in iudi
cio cõtradictorio iudex reciperet teſtes, & eos
ſolēniter publicaret,& de illorũ dictis ſic publi
catis & receptis ſolēniter & forma iuridica præ-
cedente fieret ſcriptura, ꝙ talis ſcriptura habet
executionē paratã,& ſemper intellige parte prę
ſente,& citata,& cũ cauſæ cognitione in cõtradi
ctorio iudicio recipiãtur,& publicentur,etiã da
ta copia parti,aliàs nil in præiudicium debitoris
fieri põt:& ita cõcordat Bar.& Ang. quem vide
vt ibi per eũ.ſ.ꝙ dictũ Angel.intelligatur,qñ in
cõtradictorio iudicio teſtes ſuper debito fuerũt
recepti,& cum cauſæ cognitione,quia tunc talis
ſcriptura & informatio mandabitur executiõi.
aliàs ſecus ſecũdũ Barto.Itē intelligo,qñ inſtru-
60 mētũ eſt verũ,† & conſtat de vero debito aliter
quã per confeſſionē:quia ſi tu petis à me cētum
ex aliqua cauſa,putà mutui,vel depoſiti,& ego
corã tabellione confiteor me debitorem tuũ ex
illa cauſa,& notarius facit ſolennem inſtrumen
tum confeſſionis meę,tale inſtrumētũ nõ habet
executionem paratam:quia iſtud non dicitur in
ſtrumētũ debiti,ſed potius inſtrumētũ cõfeſſio
nis debiti.ſecundũ Bald.ſingulariter in.l.ſi fide-
iuſſor.poſt principium.C. de fideiuſſo. & tenet
Hipp. de Mar. in ſing.135.vbi dicit,ꝙ eſt ſingul.
& faciet tibi honorē,& idē tenet doctor del Ca-
ſtill.in.l.63.de Toro in gl.1.6.col.verſi.ex hoc di
cit.¶Itē inſtrumētũ mãdatur executioni,qñ eſt
61 aliquod,†quia ſi eſt inualidum, executioni nõ
mãdatur.vt Bal.in.l.etiã.C.de execu.rei.iud. &
in.l.abſentis.C.ſi cert.peta.& tenet Hippol. de
Mar.in.l.1.§.præterea.ff.ad.l.Corne.de ſicar. n.
19.& vi.Paul.de Caſtr.in.l.fi.ff.de cõſtitu.pecu.
& Bar.in.l.diuus.ff.de teſta.mili. & Guid. pap.
ſingul.260.¶Et quia ſtatutũ de inſtrumētis exe
quēdis intelligitur de validis ſecũdũ.Bar.in.l.nõ
putauit.§.nõ quęuis.ff.de bonor.poſ. cõtra tab.
& in.l.pē.ff.de adulte.& tenet Bertachi.in tract.
gabellarũ.in.8.parte.n.26.tomo.6.tract. fol.67.
& idem dicit in ſtatuto de ſententia exequenda
intelligitur de valida,ſecundũ Bart.in.l.1.§.2.ff.
de noui.ope.nunt.& Pau.de Caſt.in.l.inter om
nes.ff.qui ſatiſdar.cog.Ioann.Andr.in addit. ad
Spec.in titul. de execut.ſententiæ.§.poſtremò.
verſi.contrarium.¶Et dicitur cõtractus nullus,
quando ab eo lex,vel ſtatutum remouet poten
tiam.vt in.l.à diuo.ff.de rit.nup.& in.l. non du
bium.C.de legi.& Berta.vbi ſuprà.vbi idem di
cit in ſtatuto de teſtamento,& de laudo,vt intel
ligatur de valido.¶Et Bart.& Pau.in.l.2.§.præ-
tor.ff.qui ſatiſda.cogantur.vbi ſi caueatur ſtatu-
to,ꝙ qualiter fuerit ſententia arbitri,vel inſtru-
mentum publicum,mittatur executioni,intel-
ligitur dummodo ſit aliqua,vel aliquod,& ſub
ſiſtat:quod ſequitur ibi Iaſ.in fine.*Et Bald. ibi
in.§.& filius.*¶Et quod tenet Pau.de Caſtr.in.
l.licet prætoria.§.ſi filius familiàs.nu.2.ff.de pe
62 culio.vbi dicit,ꝙ licet ſtatuto† caueatur, ꝙ lau-
dum mittatur executioni, & ꝙ nulla exceptio
poſſit opponi,poterit opponi ꝙ non valuit cõ-
promiſſum:quia ſi hoc non eſt non dicitur lau-
dum,& ſtatutum loquitur de laudo,prout dicit
ꝙ tenet Guiller.ibi quod dicit ꝙ refert.Bald.in.
l.2.C.de execu.rei iudi.¶Item poteſt obijci, ꝙ
ille,qui tulit ſententiam,non potuiſſet eſſe arbi
ter,vt quia erat mulier,bãnitus, vel excõmuni-
catus,& ſimiliter poteſt obijci,ꝙ pars non pote-
rat compromittere. vt tenet omnia. d. Paul. de
Caſtro.in.l.fi.C.de recep.arbi. ¶ Ad quod facit
ea,quæ tradit.Alex.in.l.ſi ſe non obtulit.§. con
demnatum.ff.de re iudi.& ibi doct.vbi non di-
citur condemnatus, vt executio ſententiæ fieri
poſſit,niſi condemnatio valeat.¶Et quod tenet
Bar.in.l.diuus Traianus.ff.de teſta.mili.num.1.
63 vbi tene,† ꝙ ſtante ſtatuto,quòd contra publi-
cum inſtrumentum nõ poſſunt opponi niſi cer
tæ exceptiones.vt in.d.l.4.ordin. poterit oppo
ni,ꝙ inſtrumentum,vel ſententia non eſt ſentē
tia,quia primò debet conſtare inſtrumentũ,vel
ſententia eſſe. & tenet Guid.pap.ſingul.260. &
Alex.conſi.3.in.2.volu.nu.6.vbi dicit,ꝙ poteſt
opponi inſtrumentum non eſſe inſtrumētum,
quia caret ſolennitatibus à iure requiſitis. & idē
Bar.in.d.l.non putauit.§.nõ quis.ff.de bon.poſ.
cõtra tab.& plenè in.l.1.§.& parui.ff.quo vi aut
clã.& Philip.Deci.cõſi.45.¶Idē tenet Bal.in.c.
cõſtitutus de trãſa.ſumendo argu.ex tex.ibi,ꝙ
nõ põt dici inſtrumētũ guarētigiæ id quod de iu
re nõ tenet;& nec per mutuũ cõſenſum recipit
firmitatem,& huic nullitati renũtiari nõ põt,
quia etiam inuitis partibus introducta eſt. vt.l.
à diuo pio.ff.de re iudi. & ibi notatur. ¶ Et idē
tenet



tenet Bal.in.ca. paſtoralis.de appella.nu.3.vbi ſi
lex ſeu ſtatutũ dicit,ꝙ inſtrumenta publica de-
beãt executiõi mãdari omni exceptione remo-
ta,niſi inueniatur à ſtatuto permiſſa,quòd à le-
ge,ſeu ſtatuto ſunt permiſſæ omnes quæ colli-
guntur à cõtrario ſenſu legis,ſeu ſtatuti. Vnde ſi
lex dicit inſtrumentũ,ergo ſi non eſt inſtrumē-
tum,vt quia falſum,ſeu ſimulatum quando per
partes nil actum eſt,quòd executionem merea
tur.vt in.l.Paulus.ff.de verbor.ſignificat.l.em-
ptione.C.plus vale.quod agit. ſi non eſt publi-
cum,vt quia non eſt ibi ſignum tabellionis. vt
in.c.ſignificauerunt.de appellatio.vel ſi non ha
bet ſolennitatem contractus,licet habeat ſolen
nitatem inſtrumenti.vt quia cõtraxit minor ſi-
ne tutoris authoritate ſecundùm Bald.vbi ſupra
in.d.numer.3.cum ſequentibus. ¶ Tamen licet
inſtrumentum ſit inualidum,probat confeſſio.
in eo facta.Bartol.in.l.prima.§.ſi quis ita.ff. de
verbor.obliga.& Bald.in.d.l.abſentis.C.ſi cert.
petat.idem Bartol.in.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſo
gonus.ff.de verbo.obligatio.& ibi Iaſ.numero.
54.& Alexand.nume.11.Hippolyt.de Marſi.in
rubrica de probatio.num.306.Inno.in.c.cũm ve
nerabilis.de excep.verſic.Sed ſecus.*Vi.infrà.
nume.69.verſi.& hoc niſi.& Peregri.in parte in
ſtrumentum col.1.& Roma.conſi.294.*¶Item
põt opponi,ꝙ tabellio in eo ſcriptus non eſt ta-
bellio,tenet Roder.Suar.in.d.repet.l.poſt rē.co
lũ.153.& colum.154.¶Et vide ſingulariter Ang.
de Aret.in.l.fi.ff.à qui appella.licet vel non.ver
ſic.ex prędicta etiã.inducitur in hac quęſtione.
vbi tenet,ꝙ ſi ſtatutũ prohibet cõtra inſtrumen
tũ publicũ guarētigiæ,vel eius executionē,non
admitti aliqua exceptio,niſi ſolutionis, ꝙ aliæ
exceptiones videntur excluſæ,niſi in tribus caſi
bus.primò ſi opponatur cõtra ſolēnitatē inſtru
mēti.vt ſi opponatur,vt dixi,ꝙ nõ ſit inſtrumē
tũ publicũ.vel guarētigiatũ.vt in.d.l.4.§.condē
natũ.ff.de re iudi.& in.l. generali. C. de tabula.
lib.11.Et idē tenet Ludo.Roma.in cõſilio.42. di
cēs, ꝙ quanuis ſtatutũ prohibeat opponi exce-
ptionē cõtra guarētigiũ inſtrumētũ,tũc nõ vide
tur excludere quin exceptio nullitatis opponi
poſſit,maximè ſi nullitas perueniat ex defectu
perſonę cõtrahētis.tex.in.l.ſcire oportet.§.vlt.
ff.de excuſa.tuto.&Bal.in.d.l.diuus.ff.de teſta.
mili.& in.d.l.etiã.& in.d.l.abſentis.*Idē tenet
Guido.papa.in tracta.de compulſorijs literis.q.
1.tomo.13.tract.fo.3.affirmãs cum Bar.in.l.1.§.1.
ff.ꝙ vi aut clam,& eius opi.veriorem eſſe,quòd
non obſtante dicto ſtatuto poteſt excipi & op-
poni contra inſtrumentum & eius ſolēnitatem,
& contra perſonam agentis,ꝙ ipſe eſt minor fi-
lia,& quòd ipſe qui fecit inſtrumentum nõ erat
notarius:quia iſti caſus omiſſi ab ſtatuto rema-
nent communis diſpoſitione iuris. l. quod ſer-
uus.ff.de condi.ob cauſam.*¶ Quinimo ſi pars
non oppoſuit,iudex ex proprio officio repelle
re debet nulliter agentem.vt Roma. ibi in dict.
conſi.allegado Bald.in rubrica.C.de in di.liber.
& alia iura.quę vide.& ſequitur Frã.Curt.in ad
di.ad Alex.in.l.filiæ licet.C.de collatio. ¶Secũ
dus caſus eſt,niſi aliæ exceptiones ſint deſcēden
tes ex alijs ſtatutis eiuſdē ciuitatis, quia non eſt
credēdũ ꝙ per dictũ ſtatutũ,quo cauetur,ꝙ nul
læ aliæ exceptiones cõtra inſtrumentũ opponi
poſſunt,ꝙ voluerit corrigere alia ſtatuta.vt in.l.
nã ad ca.ff.de cõdi.& demõſtra.ſed tantũmodo
remouere voluiſſe alias exceptiones competen
tes de iure communi.vt in.l.1.§.ſi is qui nauem.
ff.de exercit.¶Tertius,niſi opponam exceptio
nem contra perſonã,vt putà actor nõ poteſt ſta
re in iudicio,quia excõmunicatus,bannitus, &
ſimile:quia ſtatutum prohibet exceptionē cõ
tra inſtrumētũ, & iſtæ ſunt exceptiones cõtra
perſonã arg.l.ſi filio .ff.de in offic.teſta.& addas
vel etiã ſi opponatur cõtra perſonã iudicis, vel
notarij:quia nõ erat iudex vel notarius qui fuit
rogatus de tali inſtrumento,quod petitur exe-
qui,vel non erat iudex,qui tulit dictam ſenten
tiam.ita Bar.in.d.l.2.§.prætor.ff.qui ſatiſdar.co
gã.& hoc eſt tenendum ſecundum Ange.vbi ſu
prà.licet Bal.in dict.l.pudor.C.de adul. teneat,
ꝙ nullæ aliæ exceptiones poſſunt opponi. &
vi.Guido.Pap.in ſingula.633.& Iaſ.in. l. prima.
C.de iur.& fact.ignor.nu.11.&.18.cum ſequenti
bus.¶Et licet Franciſcus de Aretio in conſi. 20.
colum.4.verſi.quid dicat.quòd ſi ſtatutũ dicat
contra inſtrumētũ publicũ nulla poſſit opponi
exceptio niſi ſolutionis & falſitatis, ꝙ per hoc
tollit omnes exceptiões,quæ legitimæ poſſunt
opponi de iure communi:quia verbis ſtatuti in
hærendum eſt,quanuis duris.¶Quia cõtrarium
tenet Rode.Suar.in ſua repet.l.poſt rē iudicatã.
ff.de re iudi.colum.135.verſic.venio ad ſecũdam
partem.dicendo,ꝙ ſi iuriſta bene attēdat.d.lex.
nullam exceptionem legitimam remouet,quin
poſſit opponi contra executionem contractus,
ibi. *o allegando otras excepciones qualeſquier.* & per
hoc dicit,quòd corrigitur hodie.l.Henrici.titu.
8.lib.3.l.4.in ordi.regali.quem vi.* Et tenet Pe
regrin.in parte exceptio.column.1.vbi ait idem
quòd licèt contra inſtrumentum publicum nõ
poſſit opponi niſi exceptio falſitatis quietatio-
nis & ſolutionis, certè quòd debet intelligi de
friuola exceptione ſecus de legitima: quia iſta
bene poteſt opponi.* ¶ Et facit quod tenet
Ange.

Ang.in.l.ſi hominem.§.in ædilitijs.ff. de ædili-
tio edicto.& idē.in.l.Paulus.§.hæres.ff.de vſu.
quia illa dictio taxatiua non habet impedire,
quin aliæ exceptiones ſimiles poſſint opponi.&
hoc tenet,& idem tenet Ioan.Canarius in tract.
de executio.inſtrumētorum.nu.1.3.&.5. tomo.
14.tracta.¶Et vide tu Iaſ.in.l.iuris gentiū.§.prę
tor ait.ff.de pactis.vbi tenet.ꝙ dato, ꝙ aliæ ex-
ceptiones non admittantur,eſt verum contra il
lum,cum quo factum eſt. Secus ſi contra tertiū
poſſeſſorem.vt ibi in.nume.8.&.9.quia tertius
poteſt quaſcunque opponere. & idem. in.l. ſi
vnius.§.ante omnia.numero.5.ff.eod.titulo. de
part.& Decius conſi.198. nu.5.¶ Quod facit ad
64 extrauagantem† Paul. Venet.in titul.de rebus
eccle.non alienā.vbi cauetur,ꝙ vltra trieniū bo
na eccleſiarū non locentur,aliàs contractus loca
tionis ſit nullus quia ſi vltra locātur, tale inſtru
mentū locationis,vel alienationis non valet, &
non mandabitur executioni per ſupradicta. Qđ
ego ita practicaui,& pronūtiaui,& ſic de ſimili-
bus iuribus prohibentibus cōtractibus. Et ꝙ in
ſtrumētū nullū non mādetur executioni, tenet
Bar.in.l.1.§.ſi quis ita.ff.de verbo.obliga. & me
lius ibi Fran.de Areti.in fine referendo Bal. ibi.
& hoc ea ratione non executabitur,quia eſt nul
lus,non quia eſt clerici.* Dubita de quæſtione
quæ ſæpe ocurrit,an ſi agatur de nullitate ſentē
tiæ ſeu contractus,an pendente cauſa iſtius nul-
litatis impediatur eius executio fieri.vi. Vitali-
num de cambijs.in tracta.clauſularum, in parte
nil nouari.nullita.pende.vbi ait,ꝙ ſi nullitas in-
tentatur principaliter per actionis modum,tūc
non impedit executionem ſecundum Inno.in.
c.cum in iure.de officio delega.& Ange.in.l.4.
§.ſi condemnatum.ff.de re.iud. & eundem in.l.
1.ff.nil noua appella.& Rota in nouis.deciſione.
276.quia non videtur iure cautum, ꝙ nullitatis
pendentia executionem impediat, imò potius
contrarium:licèt Bal. in authen. quæ ſupplica-
tio.C.de preci.impera.dicat,quòd Inno.ſenſit,
ꝙ ſi agat executio non reuocatur per modū at-
tentati,ſed expectabitur finem negotij:tamē di
ctus Vitalli.diſtinctionem facit, quòd aut ſentē
tia,vel cōtractus allegatur nullus,& illico appa
ret de nullitate,& non debet aliquid innouari,
aut dubitatur,& cauſæ ſunt iuſtæ & allegans ſe
offert ſtatim probaturum:tunc ſuſpendit execu
tionem:aut probatio nullitatis requirit altiorē
indaginem, & tunc in ciuilibus non ſuſpendit
executionem & poteſt innouari ſententia con-
tractus,ſecus in criminalibus ſecundum Bal.in.
l.eum qui duas.C.de adul.& licèt iſta diſtinctio
videatur mihi bona, tamen Rodericus Suar. in-
dicta.l.poſt rem colla.210.in fine. in antiqua im
preſſione,ſequitur dictum Angel.in dict.§.con
demnatum:& ita quòd litis pendentia ſuper re-
tractatione inſtrumenti executionem non im-
pediat,& dictum Angel.ſequitur Alex. in con
ſil.83.vol.5.nume.11.cum ſeq. vbi ſingulariter &
Matthe. de Aflict.ſingulariter. deciſione.30. *
65 ¶ Quia ſi eſt inſtrumētū clerici† locatiōis,vel al
terius rei ſi eſt aliquod, mittitur executioni in
foro ſeculari,ſicut inſtrumentū laici.tenet Pau.
de Caſtr.in.l.omnes populi.ff.de Iuſti.& iur.n.
6.in fine allegando Bal.in.l.cūctos populos. C.
de ſumma tri.& fide cathol.& idem tenet Abb.
in.c.ꝙ cleri.de foro comp.col.3.num.17.vbi te-
net,ꝙ in fauorē clerici mittitur executioni, ſed
contra eum non mittitur.vt tenet Abb.in.ca.ſi-
cut.ne cleri.vel monachi.colum.5.numero.17.
¶Sed contra clericum mandabitur executioni
in ſuo foro.vt Bar.in.d.l.cunctos populos. ſecū
dum.Roder.Suar.in.d.repe.l.poſt rem.verſi.8.
amplia.col.89.per eum.& per Feli.latiſsimè in.
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cōſtitu.col.25.verſi.
quæritur primò.vbi facit longam recitationem
de antiquis,& modernis & ex eo quaſi nō poſsis
colligere veritatē.& hanc opi.ꝙ in foro epiſcopi
mittatur executioni contra clericum. probat re
ctè.Bar.in.d.l.cunctos populos.10.column.nu.
29.verſic.ſubijcio exemplum tenentem contra
Azo.in ſumma.Sed contra iſtam.opi.Barto.te-
net Abb.in.d.capi.ꝙ clericis.nu.18.& in. d.c.ſi-
cut te.nu.17.approbādo.opi.Bal.qui tenuit cō
tra.Bart.in.d.l.cunctos populos.nu.10.De quo
plenè tangit Abb.in.d.repet.ca.eccleſiæ ſanctæ
Mariæ.de cōſtitu.col.16.num.40.¶Sed tu tene
opi.Bal.& Abb.in.d.c.ſicut te.& ſic quòd con-
tra clericum non poteſt peti executio dicti in-
ſtrumenti,quia dicta conſtitutio, ſeu lex ſecula
ris,nō pōt nocere clerico.& iſta eſt opi.æquior,
& iuſtior.ſecūdū.Benedictū de Barzis in tracta.
de libellis guarētigiatis.q.4.colū.fi.tomo.17.tra
cta.folio.194.ſed tantummodo debet fieri præ-
ceptum de ſoluendo ſub excommunicationis
pœna, & ſi non ſoluat per cenſuram procedi-
tur contra eum. ¶ Sed nota vnum, quòd ſi cle-
66 ricus ſuccedit† laico,& eſt hæres eius,& defun-
ctus laicus erat debitor alicuius laici, quòd
contra iſtum clericum hæredem mandabitur exe
cutioni inſtrumentum per iudicem ſecularem.
hoc tenet Roderi.Suar.in.d.l.poſt rem. colum.
74.per.l.57.titulo.6.partit.prima, quæ incipit.
*Temporales ſon llamados.* ¶ Tamen talis executio
contra hæredem non poteſt fieri, niſi prius ci-
tetur,vt dixi ſupra.nume.56. quod tenet Inno.
in capitulo.quia.5.de iudic.Bald.in.l. per diuer
ſas.C.



ſas.C.manda.Paul.de Caſtro. in. l. poſtulante.
ff.ad trebellia. numero. 44.Angel.in.l. oratio.
ff.de feri.& Rodericus.Suarez. vbi.ſuprà.colū.
72.& Felin.in capitul.ex ratione.de appellatio.
*Et ſingulariter Rolandinus.in conſil.20.per to
tum.*¶ Sed licet mittatur contra clericū execu
tioni pro iſto debito hæreditario ſi nō habet bo
67 na,non pōt carcerari,† etiā per iudicem eccleſia
ſticum.tenet Alexan.in additio.ad Bartol. in.l.
ſi quis in ſeruitute.ff.de furt. in additione quæ
incipit. iuxta. quaſi in principio. ¶ Quoq; in-
tellige,ꝙ inſtrumētum mittitur executioni, ſci
licet,quando perſona in eo obligata erat habilis
68 † ad ſe obligandum,quia ſi non erat habilis,non
mandatur executioni.tenet Paul.de Caſtr.in.l.
1.ff.de cōſtitu.pecu.nu.5.&.6.vt quia erat pupil
lus,vel minor,vel mulier nupta, & ſe obligauit
ſine authoritate adminiſtratoris, vel mariti, &
vi.Iaſ.in.l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.obliga.& latè
in.l.1.ff.de iuri.om.iudi.n.10.de quo per Hipp.
de Marſil.in repet. l.vnicæ.C.de rapt.virgi.nu.
167.cum ſequentibus.& in ſua practic. crimi.§.
oportet.num.58. Et ideo poteſt reſtitui aduer-
ſus tale inſtrumentum,vel contractum.vt tenet
Iaſ.in.l.poſtquam liti.C. de pactis.num.16.per.
gloſ.notabi.in.l.vnica.in glo.poſt principiū.C.
ſi momenta.poſſe.& glo.in.l.& ſi ſine.§.fina.ff.
de minori.& Iaſ.in.d.l.1.ff.de iuri.om.iudi.* Et
pendente iſta reſtitutione non fit executio, nec
debitor ponitur in carcere:tenet Peregri. in par
te reſtitutio.q.2.in gl.innouari licet.* ¶ Item in
tellige,ꝙ executioni mittitur inſtrumentū pu-
69 blicū,niſi tēpus† decennij ſit trāſactū,quia tunc
non pōt executioni mandari, ſed via ordinaria
eſt agendum.per tex.in.l.3.&.4.tit.13.libro.3.in
ordi.rega.& doct.del Caſtill.in.l.63.de Toro.in
gloſſ.*ſe preſcriba.*& Hipp.de Marſi.in repeti. ru-
brice de proba.nu.305.¶Et hoc niſi poſt lapſum
temporis pars cōfiteatur in iudicio debitū, quia
vigore confeſsionis,non obſtante lapſu termini
poterit iudex ſententiam promulgare, eo quòd
confeſsio facta in iudicio,inducit notoriā. tenet
Bal.in.l.properandum.C.de iudi.in fin.Ang.in
tracta.malefi.in parte inchoata facta.num.8. &
Alex.in.l.fi.C.de dolo.nu.5.Hippo. de Marſil.
in.l.fi.ff.de iuri.om.iudi.nu.1.tenet cōtrarium,
loquendo in criminalibus.& Bal.in.ca.fi.de offi
cio delega.nume.12.*Et ita intelligit hoc dictus
Hippoly.ꝙ loquatur in criminalibus. in conſi.
49.nu.21. cum ſeq.ꝙ licet confeſsio appareat de
crimine,elapſo præſcriptionis tēpore, nō nocet
cōfitenti,quod dicit verū in criminalibus : ſecus
in ciuilibus:vt in.d.conſi.nu.23.allegās Bal. in.l.
ſi pœnę.ff.de cōditio.in debi.vbi inquit Bald.ꝙ
in cōtractibus præſcriptio ideſt lapſus tēporis à
iure non tollit naturalem obligationem , ſcili-
cet,per confeſsionem , ſecus in delictis.* Quod
approbatur hodie per.d.prag.de Madr. quia ſi
pars cōfitetur debitū in iudicio,& creditor petit
executionē illius cōfeſsiōis,mittitur executiōi.
vt ſuprà dictū eſt,ibi dictum eſt in.nu.63.verſic.
tū. ¶ Dic tamē,ꝙ ſi inſtrumētū eſt iuratū,licet
tēpus decēnij ſit tranſactū,mittitur executioni.
dictū eſt Mōtal.in gl.ordinā.in parte,*obligacion.*
7.col.verſi.Itē nota.vbi tenet, ꝙ præſcriptio il-
lius.l.nō currit,ſi debitor iurauit. & idem tenet
Iaſ.in addi.ad Porc.Inſti.de vſu capi.9.colū.vbi
dicit,ꝙ præſcriptio nō currit,q̄n inſtrumentum
eſt iuratum.ſecundum ea quæ notat Butrica.ſe
quendo Hoſti.in.c.ſi diligēti.de præſcriptio. &
facit quod notat Bart.in.l.nam & poſtea. §. ſi is
qui tēporali.ff.de iur.iur.& tenet Feli.in.c. quo
niam.de præſcrip.col.7.¶Et quoq; iſta præſcri
ptio decēnij nō currit cōtra minorē: quia minor
non obſtāte.d.l.ſi habet aliquē obligatum, pōt
inſtrumentū elapſo decennio mādari executio
ni.tenet Bal.in auth.niſi tricennale.C.de bonis
mater.verſi.ſed quid dices.¶ Item non currit cō
tra eccleſiā habentē inſtrumētū : quia tranſacto
decennio pōt peti executio.tenet Bertachi. de
Firmi.in ſuo aureo reperto.in verb.eccleſia.ver.
308.cōtra Bal.qui tenet cōtrariū. Tamē opi.Bal.
quæ eſt in margarita Inno.in verbo, eccleſia ver
ſi.i.licet de eo Bertachi.nō faciat mētionē,tenet
Benedict.de Barzis.in tract.de libellis guarenti
gijs.q.4.tomo.17.tract.fol.194.Sed debet ordi-
nariè agere,quia beneficio meo quis nō vtitur,
niſi quatenus volo,& vbi eccleſia vult vti bene
ficio legis ad ſui cōmodum, opus habet ſeruare
etiā quo ad onera.*Et ꝙ currat cōtra eccleſiā te-
net Gregor.Lopez in.l.22.tit.29.part.3.allegans
Bal.in.l.de quibus.col.11.verſi.6.quæritur.ff.de
legi.nu.26.& idem tenet Balbus in tractat. præ-
ſcriptio.in.1.part.5.partis princi.nu.15.foli.93.&
tenet Peregri.in parte executio.q.2.in glo. qua
liter col.2.& etiā currit cōtra clericum, vt tenet.
Socin.in conſilio.97.volum.1.numer.3.*¶Quo
que fallit dicta.l.ordinamen.in impedito, quia
contra eum non currit. 10. annorum præſcri-
ptio. vt quia ſi vellit agere, repelleretur exce-
ptione, qui iſte dicitur impeditus. Vnde ſi ha-
beo te mihi debitorem in decem, & poſtea effi-
cior debitor tuus in totidem , certè ſi non peto
quod mihi debes,non præſcribis cōtra me,quia
non ſum negligens,ex quo deſino agere, ſciens
me poſſe repelli exceptione compenſationis,&
ſic fit compenſatio ad euitandam pœnam præ
ſcriptionis impoſitam negligenti, & ſic videtur,
quod

quòd ſi petis mihi debitum, poſſum ego petere tibi, & inſtrumentum meum contra te mandabitur executioni, licet ſit tranſactum decenniũ. tenet ſingulariter Felin. in capitulo. ex tranſmiſſa. de præſcriptio. numero. 9. allegando Petrum de Ancharra. in conſil. 5. vbi reputat nouum, & pulchrũ. ¶ Itẽ fallit. d. l. ordinamenti, quando in contractu non eſt appoſita dies ſolutiõis, quia tunc poſt interpellationẽ factam de ſoluẽdo modico tẽpore ſpectato poteſt executioni mandari. vt tenet Bald. in. c. quoad conſultationem, de re iudi. nume. 14. & ante iſtam interpellationem non currit præſcriptio. vt probat Bal. ibi, & vide Pau. de Caſtr. in. l. ita ſtipulatus. ff. de verbo. obliga. & text. & docto. in. l. die. ff. qui ſatiſdar. coga. vbi de materia. * Et tenet ſingulariter. Barba. in. c. ex præſentium de pigno. colũ. 2. verſi. pondera: vbi per illum per tex. ꝙ vbicũq; nõ eſt appoſita dies obligationis requiritur monitio, quod dicit notandum pro creditore: quia tenetur debitorem monere, vt ſoluat antequam vadat ad iudicẽ, & ibi plura iura allegat, & Grego. Lopez in. l. 8. titul. 14. par. 5. in gloſſ. *ciertos.* * ¶ Quoq; fallit, ſi in contractu, ſeu, obligatione, apponitur verbũ, quandocunq;, vel verbũ, perpetuò, quia tunc nõ currit præſcriptio. vt tenet. Bal. in. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita ve. ff. de ædilitio edicto. in lectura antiqua. dicendo, quòd ſi ſtatutum dicit, ꝙ inſtrumentum quo quis non eſt vſus infrà decennium, poſtea non mereatur executionẽ, ꝙ ſi debitor in inſtrumẽto dixit, quòd volebat quandocunq; poſſe cõpelli, ꝙ nõ currit dicta preſcriptio. * Idem tenet Bald. in. l. paciſci. ff. de pact. * Quod nota, vt ponantur dicta verba in inſtrumentis obligatorijs. ſ. promitto ſoluere ad talem diem, & poſtea quandocũq; poſſem cõpelli ad ſoluẽdum. * Et etiã. l. 63. Tauri. diſponẽs ꝙ ius exequendi præſcribitur decenio: põt renũtiari vt Greg. Lopez. in. l. 1. tit. 29. par. 3. gloſ. 1.

o ſe diere por contẽto,[d] aunque ſean los derechos en poca quãtidad. Y que no lleuẽ mas derechos de los que por las ordenãças de la dicha ciudad, o vi-

d **Por contento.** [d] Idẽ tenet text. in. l. 3. tit. 13. lib. 5. in ordi. rega. in prin. & vide tex. in. c. 15. in capitulis iudicũ ſyndicatus. * Et. l. 21. titu. 14. lib. 2. ordi. & contento dicitur hic quemadmodũ creditor voluerit ſe ſatis factum eſſe: vt inſtitu. de rerum diuiſione. §. venditę: & tenet Bal. in. l. per diuerſas. C. manda. q. 13. nu. 17. & l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. actio. & tenet Specula. in tit. de obliga. & ſolutio. §. 2. nume. 8. vbi inquit ꝙ ſatisfactum eſt ſicut voluerit creditor, & facit. l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. vbi ſatisfieri dicitur cuius deſiderium adimpletur, & hoc caſu algazellus ſeu executor percipit expenſas ideſt decimam executionis ſed quid ſi in totum non eſt ſatisfactum creditori, ſed in parte, an debeatur decima executori? dic quòd non debetur decima totius debiti, nec illius partis quam ſoluit: quia ſolutio non perfectè facta habetur pro non facta. l. meuius. §. in fundo. ff. de legatis. 2. & ibi Barto. & Speculator in titulo. de inſtrumen. editi. §. 17. verſic. ſed omnia non poſſunt. libro. 6. aſſerens, quòd debitor ſoluens partem, nil dicitur ſoluiſſe, qui totum non ſoluit. & vi. l. qui decem, & ibi Alex. ff. de ſolutio. & Bar. in. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. & tenet Peregri. in expreſſo in parte executio. quæſtio. 1. in gloſſ. executiones: ibi taliter, quòd creditori plenarie ſatisfiat: & idem dico eſſe quando bona non inueniuntur, in quibus fiat executio, vel ſi fiat per iudicem pronuntiatur nulla, vel reuocatur, & declaratur non valere: quia tunc algazello non debentur exportulæ, ſeu executionis decima per ſupra dicta: nec obſtat. l. 21. titulo. 14. libro. 2. ordinamenti vbi habetur quod qui iniuſtè executionem petierit ſoluat expenſas algazello, quia loquitur quando iniuſtè executionem petierit, ſcilicet, quia ſibi erat ſolutum debitum: vt in. l. 22. eiuſdem titul. declaratur, vbi habetur, quòd ſi executio fiat ad petitionem creditoris, & debitor ſolutionem probat totius, vel partis debiti, quod creditor tenetur ſoluere executori, vel algazello exequenti ius quod ei pertinet pro integra executione de eo quòd ſolutio probatur, & hoc quia iniuſtè petit quod ſibi ſolutum erat: & ideo algazellus ab iniuſtè executionem petentes exportulas, ſeu decimam habere debet: vt in dict. ll. & Peregrina. in part. algazellus column. 2. & quia decima executionis debita executori ſolui debet de lite, & inſpicitur quod petitur, non quod debetur vt. Bart. in. l. fi. ff. de iur. om. iud. & Montal. in. l. 4. titu. 20. lib. 3. fori. ll. in gloſſ. fina. *

*S V M M A R I V M.*

1 *Statũ poteſt fieri ſuper his, quæ diſpoſita ſunt à iure communi, & ſic poteſt diſponere cõtra. l. ſuperioris.*





e **Lleuar.** [e] Nota text. expreſſum iuncto verſi. *y donde no ouiere ordenança,*
1 ꝙ põt fieri ſtatutũ † ſuper his, quæ diſpoſita ſunt à iure cõmuni, aliter ſtatuendo quia. d. l. 3. titu. 13. lib. 5. in ordi. regali. permittit, quòd Algazellus accipiat decimam pro executione, hic verò dicit quòd debet accipere illud, quod eſt ſtatutũ in ciuitate, vel villa, & ſic ꝙ tale ſtatutũ municipale valet contra ius, quia cõtra eũ põt popul' ſtatuere. vt Barto. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. num. 26. ¶ In contrariũ videtur, ꝗa poteſtas data alicui intelligitur, ꝙ cõtra i' cõmune, & cõtra legẽ ſuperioris ſtatuere non poſsit: ꝗa inferior nõ põt tollere legẽ ſuperioris. vt in Cle. ne Romani. de electio. & in. c. cùm inferior, de maior. & obedien. & tenet Philip. Decius cõſi. 403. nu. 4. & 5. & Abb. in conſilio. 26. in primo volumi. conſiliorum. & idem Abba. in capit. venientes. de iure iuran. nume. ¶ Sed dic, ꝙ, in hoc non obſtat, quia licet ſit verum, quòd inferior non poteſt ſtatuere cõtra legem ſuperioris, eſt verum, quando lex reſiſtit, ſecus ſi permittit, vt hic, quia tunc bene valet ſtatutum contra legem ſuperioris, vt tenet Bartol. vbi. ſuprà de quo ibi per eum.

lla deuierre lleuar[e]. como quiera que digan que eſtan en coſtũbre de lo lleuar, o que lo deuen lleuar ſegun las leyes de nr̃os reynos, y que dõde ay coſtũbre[f] que ſe lleuen menos derechos de la execucion de los treynta mr̃s al millar haſta ciento, y cincuenta marauedis que ſe lleuan por nueſtras rentas ſegun la ley del nueſtro qua-

f **Coſtumbre.** [f] Vi. l. 3. titu. 13. libr. 5. in ordin. rega. ibi, *por ſus derechos.* * Sed quid ſiquis fuit condẽnatus in fundo, vel obligauit ſe dare fundum, & ſententia, vel obligatio mittitur executioni in tali fundo, an executor, vel algazellus debeatur decima executionis: videtur ꝙ nõ, quia non petitur quãtitas: contrarium eſt verum, quia quantitas eſtimationis ſemper ineſt rei. gl. in auth. generaliter c. de epiſcopis & cleri. & Bal. ibi col. fi. n. 17. & ſequitur Peregri. in part. executio. q. 1. in glo. executores in fin. & vi. Bar. in. l. 4. §. prætor in fin. ff. de dan. infect. & Bald. expreſsius in. l. final. C. de litigioſis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conſuetudo eſt ſeruanda is circa tributa exigenda, & commoda exactoribus tribuenda.*
2 *Executionis formæ, & ſolennitates inſpiciuntur, & attenduntur in loco, in quo executio fit.*

g **La coſtũbre antigua.** [g] Idem tenet tex. in. d. l. 3. titul. 3. lib. 5. in ordin. regali. ibi, *no lleue mas de lo que es vſo, y coſtumbre.* Hoc intellige ſtatuto ciuitatis vel villę deficiente. & idem eſt de iure communi, quia de tali iure com-
1 muni eſt ſeruanda conſuetudo † circa tributa exigenda, & commoda exactoribus tribuẽda. vt in auth. de mandatis princip. §. coges. collat. 3. nam in omnibus vectigalibus ferè conſuetudo ſeruãda eſt. vt dicit tex. in. l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & tenet Ioã. de Plat. in. l. miſsi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. nu. 4. & 5. & ſic attenditur conſuetudo in alijs caſibus, vt ibi per eum. vbi quoque tenet in numero. 7. ꝙ
2 quantum ad ſolennitates, † & formas executionis, inſpicitur locus executionis quando iudex ex ſua ordinaria iuriſdictione exequitur. & dicit quod facit. l. ſi quis intra. C. de bonis damnato. & per Bart. in. l. à diuo pio. §. ſententiam. ff. de re iudi. & vide quæ dicam in. c. 40. infrà eod. in gloſſ. *donde ſe hizieren.* & in capit. 41.

*S V M M A R I V M.*

1 *Executorum conditio eſt praua, & ſunt voraces & fraudulenti, & rapaces iudices, & executores non poſſunt occupare animalia ſubditorum.*

h **Vna vez.** [h] Ratio iſtius. l. poteſt eſſe ad auaritiam executorũ re-
1 primendam, quia conditio † iſtorum executorũ, & famulorum officialium, eſt praua, quia ſunt voraces, & fraudulenti. l. 1. C. de mu. lib. 12. & facit. l. quantæ. ff. de publica. & ꝗa executio ſemel facta nõ eſt iteratò fienda. tenet Bal. in. l. Lucius

Titius.ff.de leg.2.in.1. ¶Item eſt eorum cõditio rapax.l. omnes. §. præterea. C. de epiſcopis & cleri.vt tenet Paris de Put.in tracta.ſyndica. in parte,familiaris,ſiue familia poteſtatis.folio.11. nu.6.vbi quoque dicit, quod idem dici poteſt de omnib⁹,qui obſequuntur. vt ſunt actuarij tabelliones, perceptores,& ſcriuiarij,& omnes executores etiam preſumũtur malitioſi circa lites commorandas. vt ibi p eum. & vid.Iaſ. in.§. tripli. verò.Inſtit. de actio.fi.colum. num.57.vbi dicit, ꝙ ſunt canes curiarũ, & deuoratores ciuium.& idem tenet.Plat.in.l.exaula.C. de priuile.eorũ.libro.11.dicendo notarios appellari ſuperbos,& rapaces,& alibi imperator dicit vorax & fraudulentum numerariorum propoſitum, quia diuerſis obſequijs rectoribus obſequũtur. vt in.l.1.C.de mune.eod.lib.& idem dicit de publicanis,quantæ audaciæ, quantæ etiam temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat.vt in.dic.l.quantæ.& tenet Guiller. Robelli.in tracta de iuſti.& iniuſtitia.lib.3.ca.5. in fine.tomo.17.fol.105.loquendo contra iſtos, & aduocatos,& dicit,ꝙ contra eos inſurgit Dauid.Pſal.51.Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem,euellet te,& emigrauit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. ¶Et contra iſtos nũtios & executores facit tex. & ibi Plat.in.l.2.C.nec ruſti.ad vllum obſequi. de voce.lib.11.dicendo,quòd ſi dicti nuntij, vel executores capiunt animalia ſubiectorum ruſticorum,eis nolentibus, vel inuitis pro ſuis negotijs exercendis,puniuntur pœna publicationis bonorum,& perpetui exilij.quod nota & vide quæ dixi ſuprà.in.c.8.in glo.*dineros.** Sed quando dicatur vnum debitum,& quid ſi fuit nouatũ vi.Bar.in.l.Valerianus.ff.de præto.ſtipula. nume.3.& ibi Paul.Caſtr.

derno, que tãbiẽ la guardẽ en lo q̃ toca a las dichas nueſtras rentas, de manera que no ſe lleuẽ por ello mas derechos de lo que ſe lleua, por los otros mrs. Y donde no ouiere ordenança, q̃ ſe guarde la coſtũbre [g] antigua tanto que no exceda de la quãtia de la ley, y que por vna deuda no ſe lleue mas de vna vez [h] derechos de execucion, ſo pena que los paguen con las ſetenas [i] el que lo contrario hiziere.

vbi executorem maiores iuſto extorquentem ſportulas earũ quadruplum reſtituere debere. *Sed ſi circa ſupradicta dubitatur de quæſtione,quæ ſæpe occurrit,executor, ſeu algazellus incipit facere executionem, & expirat officiũ, & ſucceſſor eã finiuit eorũ cui executionis decima pertinebit.Et primo videtur, ꝙ talis decima non primo executori, ſeu algazelo licèt executionẽ fecerit: quia requiritur ꝙ exigat pecuniã, & creditori ſolutionem faciat, vt hic in iſto tex. ibi *haſta q̃ el dueño de la deuda ſea pagado, o ſe diere por contento, o las partes ſe concertaren*, vt in.c. 15.iudicum ſyndicatus,& in.l.3.titulo.13. libro.5. ordi.& ita cum iſtæ.ll.dicant,ꝙ exigant, & ſolutionem faciant,non videtur poſſe dici feciſſe,licèt ſint parati facere,iuſta notata.in.ca.2.de reg. iur.in.6.facit.l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de noui.ope.nuntia.non enim videtur talis lex voluiſſe,vt præmium conſequatur officialis ſola executione facta per eum:quia verbum enim exigere importat ab inuito extorquere. l. fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de lega.3.& notatur.ff.ſolu.matri.l.3.poſt principium,&.l.eo modo.ff.de leg.1. & in.l.ſi filius.C.de furt.in.gl. vnde niſi facta ſolutione,non poteſt dici aliquo modo exactum: facit quod notat Bar.in.l.ex hoc.iure.ff.de ſolutio.præterea cum tribuatur præmium dictis officialibus propter exactionem,& ſolutionem,attento labore in exactione fienda.arg.l. & virtutum.C.de ſtatutis & imagi.non videtur tale præmium tribuendum,niſi re perfecta.arg.l.1.ad.fi. ff.ꝙ quiſq; iur.&.l.pe.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius voc.Sicut in ſimili dicimus,ꝙ prohibitus exigere ſub pœna illam pœnam,non incurrit niſi cum effectu exegerit,vt notatur per.glo. in.c.nullus.1.q.1.glo.fin.leges ergo ſupradictæ, quæ tribuunt præmium officialibus prædictis, non intelliguntur tribuere re imperfecta dimiſſa:nam illud enim videtur eſſe perfectum, ꝙ ex omnibus ſuis partibus conſtat. l.1. ff. de origin. iur.& in lege actum eſſe dicitur cui nihil reſtat.l. final.C.

i Setenas [i] de iure Inſtitutionum erat quadruplum vt text. in.§. quadrupli verſic.Item ex lege.Inſtitu. de actio.



fi.C.ad ſelenia. Nec eſt condignum præmium tribuere labori eorum qui quodammodo incaſum laborauerunt,& exactionem, & ſolutionẽ non fecerunt,igitur præmium tribuendum videtur potius alijs officialibus ſucceſſoribus,quorum tempore facta eſt ſolutio: & hãc legem impleuerunt. ¶Sed in contrarium ſequẽtia faciũt quia ſi primi officiales executores, ſiue algazeli dictam exactionem fecerunt:bona, vel perſonam capiendo,& eam incarcerando merito hac ratione,& cauſa decima & præmium eſt eis tribuendum:quia lex quæ tribuit præmium dictis officialibus,videtur loqui de ipſa exactiõe: dum dicit quòd officiales qui ſic exigi fecerint, ipſi habeant præmium:& verba legis verificantur in perſonam eorum qui executionem fecerunt.l.4.§.totiens.ff.de dam.infect. cum ſimilibus præterea licet lex dicat, *pagada o contenta, la parte*:quia habet relationẽ ad ſenſum,& ad verba præcedentia,ad quæ relationem faciunt: vt in.l.gallus.in principio. ff. de lib.& poſt. vnde licèt verbum *ſea pagado o contento* intelligatur,cũ effectu, tamẽ in propoſito dicitur etiam facere cũ effectu exigi: ille qui ita fecit propter quod ſolutio facta eſt:& illud dicitur exigi facere: cũ verbum facere omnem faciendi cauſam compleat.l. verbum facere, &.l.faciendi,&.l.facere oportet.ff.de verb.ſignifi.& ille enim dicitur facere qui circa rem faciendam facit quantum in eo eſt,vt notatur.50.diſt.c. ponderet: facit.l.in teſtamento.ff.de condi. & demonſtra. & ita cũ executio fuit facta in perſonam debitoris, vel in eius bonis,dicitur officialis coegiſſe ad ſoluẽdum,vt in dictis iuribus:& licet poſtea fiat ſolutio, tamen fit ratione præcedentis coactionis durantis & inſtantis, iuxta plenè notata in.l.interpoſitas.C.de tranſactio.& in.l.3.C.quòd metus cauſa.& per Innocent.in.capitul. continentia literarũ. de homicid. ¶Ad quod facit quod pulcherrime ſcribit.Bart.in.l.is qui reipublicę. ff.ex quibus cauſ.maio.tranſumptiuè Bal.in.l. conſentaneum.C. quomodo & quando iud.& ibi Bar.quærit ꝙ ſi per ſtatutum inducitur præſcriptio niſi infra decẽnium debitum ſit petitũ, & facta executione,quando dicatur petitum infrà decennium concludit,ꝙ quomodocunq; aliquid de executione ſit inceptum,vel factum capiendo res,vel perſonam,vel nomen debitoris, quandoq; aſſumendo tenutam ex primo decreto dicitur executio facta,& ſic verificata verba legis:vnde ad rem inferendo inquam ꝙ verba legis de quibus ſupra,quæ concedunt decimam & præmium executoribus,& algazelis quibuſcunq; iuris remedijs opportunis,debitores illos etiam de facto coegerint ad ſoluẽdum,ſunt purificata, propterea quæ officialis ſeu executor fecit carcerando,vel executionẽ faciendo. quia ex quo non apparet alios executores, vel algazelos ſucceſſores in officio aliam executionem feciſſe,ſuſpicio efficaciſſima eſt,ſi ſoluent debitum eſt virtute executionis iam factę,& per cõſequens rectè poteſt dici ꝙ ipſi primi executores ſunt illi qui executionem fecerunt cum effectu,& in bonis debitoris ſoluerunt: nam à principio tituli poſterior formetur euentus: vt.l.1. C.de imponenda lucra.diſcri.lib.10.& alibi habetur,ꝙ quando finis habet neceſſariam conſequentiam à principio, iudicandum eſt de fine, tanquàm ſi à principio foret factum vt in.l. dãni.§.Sabini.ff.de dam.infect.iunctis quæ ibi notat Bar.& quando enim aliquid eſt à principio permiſſum,ſemper debet de fine iudicari, tanquam de principio:vt in. l. ei qui ſoluendo.ff. de hæred.inſtitu.& in.l.is à quo. ff. de libe.leg. & melior text.in.l.cum ſponſus.§.generaliter. ff.de dona.inter vir. ¶Et vltra prædicta facit: nam debitores qui poſtea ſoluerunt, præſumitur hoc feciſſe timore dictæ executionis factæ ab ipſis primis officialibus.Primo probatur ex conſuetudine,quæ eſt optima legum:interpres vt in.l.cum de lanionis.§.1.ff.de fund.inſtru. lega.nam vt docet experientia, debitores malè libenter ſoluent,niſi metu pœnæ,vel executionis coerceãtur:vt in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſe. ff.de noui.ope.nuntia.dum quæritur qualiter probetur,ꝙ ille qui non appellabit hoc fecerit propter metum iudicis:& etiam pro hac parte facit æquitas & naturale iudicium:nam non cõſonum videretur,ꝙ ipſi ſecundi officiales, ſeu executores qui nil feciſſent,vt prædixi, ſuper coactione ipſorum debitorum faciendo eos capi,vel eorum bona, ſed ſimpliciter recepiſſent, ſolutionem ab ipſis debitoribus recipiant decimam, ſeu commodum conceſſum legibus ſeu conſuetudine illis,qui executionem fecerunt: & cauſa vt dicti debitores ſoluerent,maxime ſi primi officiales erant,in fine officij non poteſt imputari eis ꝙ non feciſſent ſolutionem:& ita poteſt dici feciſſe executionẽ cum effectu. Nã qui tenetur aliquid facere, ſufficit illud quod potuit,vt illud ſequeretur:& dicitur feciſſe, & vltra nõ tenetur, vt in.l.ſi vt certo.§.idẽ labeo. ff.commoda.&.l.qui autem.§.2.ff. de conſtit. pecu.&.l.ſi ideo.C.de his quibus vt indig. ¶Et alibi dicitur ꝙ qui eſt cauſa vt alius poſsit facere,ipſe dicitur feciſſe:vt plenè per Bar.in.l.ſi is qui pro emptore,prope fin.ff.de vſuca. & in.l. nõ ſolum in principio.ff.de iniurijs,& in.l.hæc

verba.ff.de adult.vnde cum ipſi primi executores fuerunt cauſa vt ſucceſſores in officio recipiant ſolutionem a debitoribus propter geſta per eos,& ipſi ſunt qui dici debent ſolutionem feciſſe cum effectu in pecunia numerata.ita tenet Saluſtius.de Bongigelmis in conſili. ſuo ꝙ eſt inter conſilia.Barto.loci.in conſil.151. vol.1. in ſubſcriptione.d.conſilij allegans Ange.in expreſſo in.l.poſſeſſor.§.1.ff.de peti.hære.vbi per illum tex.cum glo.inquit ꝙ ſi ſtatutũ diſponat ꝙ poteſtas debeat habere quartam partem pœnarum,ꝙ ſi vnus poteſtas fecerit condemnationes ſuper pœnis licèt actualiter non exegerit illas ſed ſucceſſor eius,tamen ipſe qui condemnabit duntaxat debet habere quartam partem illius exactionis poſt factæ: quoniam ipſe fuit potiſsima cauſa illius exactionis, & eſt veriſsima deciſio ſecundũ eum:quoniam ſi aliter dicęremus,ſequeretur magnum abſurdum, incõueniens videlicet,ꝙ iſti officiales & executores feciſſent omnia ea,ex quibus poſtea ſequitur ſolutio,& ſic labor & odium fuiſſet ipſorum,aliorum vero eſſet commodum & lucrũ, quod eſt abſurdum,& verba legis debent ita intelligi,vt non cõtineant abſurdum vt in.l.2.ff. de noxali. & in.l.quanuis. ff. de in ius voca. nam mens legis fuit pręmiare officiales laborantes ſuper tales executiones,ſed illi qui fecerũt propter quæ ſequitur ſolutio,ſunt illi qui laborauerũt & pręuenerunt alios ſecundum formã legis:ergo mẽs legis cõprehẽdit eos,& quãdo ratio legis nõ poteſt eſſe niſi vna,ſicut in ꝓpoſito illa habetur ꝓ expreſſa,vt in.l.quotiẽs.& ibi Bal.C.de fideicõmi.l.quanuis,& hanc partem tenet Thomas de Saluetis Florentinus in alia ſubſcriptione dicti conſi.Cocyn.& Petrus de Exio aduocat.Florẽti.& Hieron.de Michaelis,& plures alios doct. qui dicto conſi.ſe ſubſcripſerunt:& hanc putãt eſſe veriſsimam ſententiam:quia etiam ſolutio verificatur in actu verbali & ciuili:vt in.l. ſolutio.ff.de verbo.ſign.& in.l.4.§.ait prætor.&.§. ſoluiſſe.ff.de re iud.& in.l.ſi rem.§.omnis.& in l.ſolutum.§.ſolutum.ff.de pigno.actio.item exigi & exactum eſſe dicitur, ętiã per ſolutionẽ verbalem,& ciuilem.l.verbum.ff.de verbo.ſig. ¶Sed licet ſupradicta opinio ſit de iure, vel de conſuetudine in ciuitatibus & villis huius regni:vbi præſidi ſemper vidi hanc decimam executionis diuidi inter algazellum executorem prædeceſſorem,& ſucceſſorem in officio, & videtur æqua conſuetudo,licet faciat in cõtrariũ. l.5.titul.3.lib.8.ordi.vbi inquit, *que ſi el executor, delos Iudios no acabare la entrega,no lleue entrega,mas lleue ſeys marauedis* quæ.l.non obſtat:quia nõ eſt lex generalis, vt ab omnibus debeat ſeruari.vt in.l.leges vt generales.C.de legi.Sed eſt lex particularis,& ſpecialis in illo caſu in executore iudęorum, & in his quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt ad generalitatem omnium nõ extenduntur.vt ibi in.d.l.leges.verſi.interlocutionibus vſq; in fine,& tex.in.l.iura.ff. eo.de legi. vbi iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur:& quando ſpecialiter datur, & pro certis perſonis ſunt factæ,tunc perſonas non egrediuntur,vt in.l.1.ff.de conſti.princi.in fine,& pro dicta cõſuetudine ꝙ diuidatur dicta decima vt prædixi,eſt text.in arg. ſingu.in. ca. niſi eſſent viri.de præbendis,ꝙ nota.

Prætorum Cap. X. finis.

# SVMMARIVM.

1 *An tota pœna debet ſolui fiſco, & accuſator recipiat partẽ ſuã à fiſco,quãdo in condemnationibus medietas pœnæ debetur fiſco,& alia accuſatori,vel iudici.*

2 *Vxor licet habeat bona mariti obligata pro dote, ſi publicantur, non poteſt impedire quin omnia bona in fiſcum incorporentur, & à fiſco poſtea debet repetere dotem.*



*Prætorum. Caput XI.*

OTroſi, que no lleuẽ penas [a] algũas de las que diſponẽ las leyes,ni de las q̃ puſierẽ para la nueſtra camara, ſin q̃ primero las partes ſean oydas y ſenternciadas [b] contra los que en ellas incurrieren por ſentencia paſſada en

a PEnas. a Etiam ſi aliqua pars illius pœnæ pertineat fiſco,quia quando in condemnatio
1 nibus medietas† pœnæ fiſco applicatur,& alia medietas accuſatori, tota pœna debet ſolui fiſco, & accuſator, vel iudex recipiet partem ſuam à fiſco. ita tenet Bar. & Ioan. de Plat.in.l.vacantia.C.de vendi. rerũ fiſcali.libr. 10.per.l.ſenat⁹. §.ſenatus. ff. de iure fiſci. vbi quoq; vide Barto.& in.l.res.§. 1.ff.eod. ꝙ dicit eſſe vtile, quia fauorabilius ſit executio, quando debet ſolui fiſco,quam quãdo debet ſolui priuato. vt in.l. hic qui qui fiſco.C.de conuẽ. fin.debito.& ꝙ tota condemnatio dictæ pœnæ debeat fieri inſolidum dicto camerario communis.tenet Ang.in.§.pœnales. Inſtitu.de actioni. col.3.num.5.ſequendo Bart.in dictis locis. ¶Tamen ſi quis ſolueritiudici, vel priuato partem pœnæ,quã ſibi debetur,liberatur, & fiſcus hoc impedire non poſsit.vt in.d.l.res.§.1. prout tenet Bar.in.d.l.vnica. ¶Contrarium videtur Ange.tenere in.l.lege.§.exhærede.ff.ad ſenat. conſul.ſeleni.vbi ad literam dicit, ꝙ non primò fiſco debet ſolui pœna tota,& nec deinde de manu fiſci detur media accuſatori, quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum diſponens percutientem puniri in centum,quorum dimidia ſit fiſci,& altera percuſsi.& ſic ꝙ Bar.& Ang.in hoc ſunt contrarij,& dictum Ang.video ſemper ſeruari, tamen non ſunt contrarij:quia Bart.dicit, ꝙ ſoluendo priuato,liberatur,& fiſcus hoc impedire nõ poſſet,vt dictũ eſt. ¶Ad quod facit illud,qđ tenet Ang.de Aretio in tracta.maleficio in parte eius bona publicamus.verſ. quæro quis poſsit impedire publicationẽ.nu.10.vbi cũ Bar.in.d.l.vacantia videtur tenere allegãdo Bal.Ang. Rapha. & Imol.in.l.ſi marito.in principio.ff. ſolut.matri.
2 vbi dicit,† ꝙ licet vxor habeat bona mariti obligata pro dote,tamen non poteſt impedire quin omnia bona mariti publicentur, & in fiſcum incorporentur,cũ ipſa mulier tantũmodo habeat bona obligata,non autem dominium,vel poſſeſſionem dictorum bonorum, ſed poſtea à fiſco dotem repetet.C.ad.l.Iuli.deui.l.2.& facit tex. in.l.res quæ. §. res autem.ff.de iure fiſci.de quo vide per Aug.in addittio.ad Ang.de maleſi.vbi ſuprà.& idem tenet Alex.in additio. ad Bart.in l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.lib.10. & idem tenet Ia.in.l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri.nu.143.& Paris de Puteo.in tractatu ſyndica.in parte, publicatio bonorum.fol.219.vbi per eum latè.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pœnæ antea quam exigantur, debent iudices ſuper eas proferre ſententias, niſi procederetur ſuper notorio.*

2 *Pœnæ in iſtis caſibus poſſunt exigi, licet nondum per ſententiam fuerit iuſſum.*

b Sentenciadas. b Similis tex.in.l 48.ti.19.*de las penas*.lib.8.in ordination.regali.vbi habetur, ꝙ e-
1 xecutio pœnæ† nõ debet fieri,niſi prius per Regis prætores in eius curia iudicialiter fuerit per ſententiam diffinitiuam adiudicata : ſi vero per iudices,vel prætores aliorum locorum ſuper pœna lata fuerit ſentẽtia anteaquã executioni tradatur,Regi debet oſtendi.& Monta.in.gl.illius. l.in parte pœna,ſeu etiã colonia. ſimilis text.in l.1.C.de exe.rei iudi.& in.l. ſi cũ nulla.ff.eo.tit. de re iudi. ¶Quod fallit,quãdo procederetur ſuper notorio:quia notoriũ habet vim ſentẽtiæ.l. emptorẽ.ff.de actio.ſcripti,& per docto.in.l.ea quidem de cauſa.tenet Bar. in.l. ictus fuſtiũ. ff. de his qui not.inf.nu.1.& Paul.de Caſt.ibi. & ideo dicit Paul.in.d.l.1.ꝙ requiritur ſententia.ſ. contra contradicentem,ſecus ſi confiteretur debitum,quia tunc ſententia,vel cognitio non eſt neceſſaria,ſi lis non erat conteſtata.imò talis cõfeſsio mittitur executioni. Sed hoc intelligerẽ cum declaratione iudicis vt Hippoly.de Marſi. in rub.ff.ad.l.corneli.de fal.nu.24. ¶Et quoq; intelligerem in ciuilibus ſecus in criminalibus per ea quę dixi ſuprà in.c.10.in glo. execucion. num.32. ¶Et licet executio fuerit male facta nõ præcedente ſententia,vel aliquo prædictorũ,& cũ petitur retractari offertur in cõtinẽti probatio de debito.non retractatur talis executio,ita tenet Pau.de Ca.in.d.l.ſi cũ nulla per text.in.l. fi.§.fi.ff.quod metus cauſa. ¶Et Iaſo.in.l.à diuo

pio.§.in venditione.ff.de re iudi.nu.9.& Alex.
in conſil.34.verſic.non habet obſtare vol.3.vbi
ineptitudinis exceptio proceſſus non habet ob
ſtare executionem, vbi interuenit cōfeſsio, vel
quia proceſſus in ordinatus, & tenet Caſtill.in
l.63.Tauri in gl.obligacion perſonal.nume.17.
& habet locum in criminali, vt ibi, & vi.Thom.
Gramma.in conſil.40.num.26.&27.vbi idem
tenet dicens, quòd ſi executio contra debitorē,
etiam ſi in ea non ſint ſeruatæ iuris ſolennitates
quando in veritate ille erat verè debitor, valet:
& etiam in criminalibus, & idem tenet Neuiza
nis in conſil.77.nume.6.&.7. & Bernar. Diaz
regul.168.debitor.*vel poteſt quoq; dici ſecun
dum eundem, quòd loquitur ibi, quādo poteſt
executio fieri, tamen fuit omiſſum aliquod, ꝙ
erat faciendum, putà citatio, ſecus ſi fieri nō po
terat, de quo per Alexand.ibi.numer.8.aliàs re
tractatur execútio ante ſententiam factam ſe-
cundùm Ang.ibi. ¶Quoq; dic, fallit in caſibus
2 contentis † in.l.4.titu.11.libr.5.in ordina.regali.
ſ.in cuſtodibus deheſarū, vt ibi latè, aliàs ab exe
cutione non eſt incipiendum, etiam ſi debitum
ſit probatum, quia probationes non habent e-
xecutionem paratam, niſi confeſsio in iudicio,
vel iuſiurandum iudiciale, vt in. l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori.§.pe.ff.de iur.iuran.nam licet ſit proba-
tum adhuc ſub iudice lis eſt.vt in.l.eo tempore
ff.de peculio.& in.l.ꝙ debetur eod.tit. ideo nō
dum eſt tempus exequendi.vt Bal. in. d.l.1. C.
de execu.rei iudi.per.l.meminerit.C. vnd.vi.
& etiam ſi eſſet caſus, in quo creditor ſibi ex pa
cto poſsit ius dicere, quia dum aſſumitur via iu
diciorum, debet ſecundum eam procedi vt dicit
notari in.l.1.C.de iure emphite.iuxta illud, viā
quam elegerit, hæc ſibi pateat.ff. ꝙ metus cau-
ſa.l.ſi mulier. ¶Quod procedit non ſolum quā
do proceditur ad petitionem partis, verum etiā
ſi procedatur ex officio iudicis, quia officium
iudicis ſentētiæ deſeruit, nec prius naſcitur, quā
ſententia tranſeat in rem iudicatam, licet actio
iudicati. oriatur in ipſa ſententia ex quaſi con-
tractu ſecundùm Bal.ibi in.d.l.1.nu.2. & ibi de
materia iſtius tex.

*SVMMARIVM.*

1 *Res iudicata dicitur, quando appellari non po teſt.*
2 *Reſcripta principis ad ius commune ſunt reducenda.*
3 *Executio ſuſpenditur appellatione pendente.*
4 *Res iudicata dicitur, quando pars nō appellat, quia conſentire videtur.*
5 *Practica de re iudicata excipiendi.*
6 *Sententia abſolutoria lata quia non probauit an pariat exceptionem rei iudicatæ reo abſoluto, ſi de eo crimine iterum accuſetur.*
7 *Sententia in re iudicata tranſacta in tantum valet, quòd virtus dictæ ſententiæ non poteſt per reſcriptum principis tolli.num.9.*
8 *Sententia lata pro appellante fatalibus temporibus elapſis, eſt ipſo iure nulla.*
10 *Res iudicata renuntiari poteſt.*

c 1 Iuzgada. [a] Res iudicata propriè dicit
quando appellari † non po
teſt.vt notat glo.in.c.non ſolum.in verbo, inno
uata.de appella.in.6. & Domi. ibi in principio
notat illam glo.ad ſtatuta quæ de iudicato lo-
quuntur, & Bar.in rub.C.de re iudi.& Abba.in
in ead.rub.& facit tex.in.c.dilecti.de electio.&
in.c.quoad conſultationem.đ re iudi.& in.l.e-
leganter. §. ſi quid poſt. ff. de condi. in debiti.
¶Et facit quod tenet Rom.in conſi. 334.in prin
cipio vbi dicit, ꝙ ſi verba reſcripti dicant, ꝙ qua
tenus de ſententia legitimè tibi conſtiterit, non
audias contra ſententiam, niſi prius parito iudi
cato, dicit ꝙ debet intelligi de ſententia, quę in
rem iudicatam tranſiuit, non autem de ea, quæ
appellationis beneficio ſit ſuſpenſa: quia princi
2 pis † reſcripta quantùm poſsibile eſt ſunt ad di-
ſpoſitionem iuris communis reducenda.c.cau-
ſam que de reſcrip.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta
l.etiam ſi ius.ff.de boni.liber. ¶Sed de iure com
3 muni quo vtimur appellatione † pendente exe
cutio ſuſpenditur, vt in.c.paſtoralis.§.præterea
cum ſimil.de offi.delega. Et ſi dicatur, quid er-
go operabitur hoc reſcriptum. Reſpondetur
hoc.ſ.ꝙ appellatione deſerta, & ſic appellatio-
ne in rem iudicatam tranſeunte nullitatis ex-
ceptio executionem ſententiæ non ſuſpendit
ſecundùm Roma.in.d.conſilio. ¶Item res iudi
4 cata dicitur, † quando pars non appellat, quia
videtur conſentire.tenet Io.de Plat.in.l.non vi
detur.C. de muneri.patri.nu.1.lib.10. & Bar.in
l.2.ff.de iureiur.nu.4.&.5.& Abb.in.ca.quo ad
conſultationem.de re iudi.nu.6.& ad hoc dicit
illum tex.eſſe menti tenendū.& alibi dicit tex.
in.l.fi.C.de ſentē.quæ ſine cert.quāti. proferr.
& in.l.à eo.C.quo & quando iudex, ꝙ qui non
appellat, confirmat ſententiam, & præſtat aſſen
ſum e..



ſum ei, & idem tenet Iaſo.in.l.ſi ab arbitro. ff.
qui ſatiſdare cogan.nu.1.& Abb.in.c.cum inter
de re iudi.n.7.vbi tenet, ꝙ licet à principio ſen
tentia inter partes ius non conſtituat, ſed decla
rat, tamen poſt lapſum.10.dierum, vel quinq;
hodie facit ius
inter ipſos liti-
gantes: quia ſi-
ue benè, ſiue
malè fuit iudi-
catum, ſtandū
eſt ſentētiæ ꝑ-
pter authorita-
tem rei iudicatæ. & Hip.de Mar.in ſingu.487.
vbi quoq; ponit vnū caſum, in quo nō videtur
acquieſcere ſententiæ.ſ. quando ſententia fuit
lata contra falſum procuratorē, & dominus non
appellauit, non videtur acquieſcere nec appro-
bare, ex quo non conſtat de mandato, & poterit
dominus vſq; ad mille annos dicere de nullita-
te. ¶Alius caſus in.l.3.tit.15.lib.2.for.ll.& Mon-
tal.ibi in glo.1. ¶Practicam excipiēdi de re iudi-
5 cata † vi.Abb.in.c.ſicut.de re iudica. & talis ex-
ceptio eſt litis finitæ, & ideo impedit litis conte
ſtationem.de quo plenè in.c.1. de litis conteſta.
in.6. ¶Et an ſententia abſolutoria lata, quia non
6 probauit, † pariat exceptionem rei iudicatæ reo
abſoluto, ſi de eodem crimine iterum accuſetur.
vide Rom.conſi.223.vbi dicit, ꝙ ſi in ipſa ſecun-
da accuſatione deducitur crimen ad aliū & pror
ſus diuerſum quam dnitum eſſet in prima, pu-
tà quia in.1.deductum erat ciuiliter, in.2.deduci-
tur criminaliter, vel e conuerſo, tunc ipſa ſenten
tia non parit exceptionem ſecundi iudicij exclu
ſiuam, vt fuit ſententia Bar.punctualiter in.l.2.§.
hoc edicto.ff.vi bonorū rapto.aut crimen noui-
ter deductum in.2.accuſatione ad illum eundē
finem deducitur, ad quem fuit deductum in pri
ma, putà quia in ambobus deductum fuit vt cri
minaliter puniretur, & tunc prima ſententia ab
ſolutoria prędicto modo prolata, exceptionem
rei iudicatæ parit excluſiuan ſecundi iudicij. vt
dicit Rom.eſſe ſententia Nico. Mata.& Bart.in
l.Iulianus.C.de condi.indebiti.qui in ciuilibus
& criminaliter loquitur.de quo ibi per eū. ¶In
tantum ſententia in rem iudicatam tranſactam
7 valet, quòd virtus † dictæ ſententiæ non poteſt
per reſcriptum principis tolli: quia princeps in
dubio non præſumitur velle derogare ſentētię,
quæ tranſiuit in rem iudicatā.vt eſt bonus tex.
in.c.expoſita.de arbitris.& in.l.fi.C. ſententiæ
reſcri.non poſſ.& in.l.cauſas vel lites.C. de tran
ſa.imò reſcriptum factum in contrarium nō va
let, niſi in eo eſſet adiecta clauſula, non obſtante
tali ſententia tranſacta in rem iudicatam.vt in
d.l.fi.prout tenet Alex.in conſil.94.in.2. volu.
nu.2.& Phili. Decius in.l. res iudicata.ff.de re-
gul.iur. ¶Et facit in ſimili, ꝙ tenet Inno.in.c.ex
ratione.de appella.quem refert, & ſequitur Bal.
in.ca.ſancimus
el.2.ad finē. in
tit. quo tēpore
miles in vſi.feu
do. vbi voluit,
ꝙ ſi poſt curſū
fatalium appa
ret in actis lata
ſententia contra primam, nihilominus prima đ
bet mādari executioni, quod ſequitur Iaſ. in. §.
rurſus.Inſti.de actio.col.12.nu.73.vbi in nu.72.
8 in ſimili dicit, quòd ſi poſt tempora fatalia † fera
tur ſententia pro appellante, quod eſt ipſo iure
nulla, & dicit de hoc videri caſum in.c.ſi appel-
latione de appella in clem. ¶Sed ſupradicta in-
9 tellige, niſi expreſſe † conſtaret de mente princi
pis, ꝙ voluit derogare rei iudicatæ, quia poteſt,
cum illud ſit ius quæſitum de iure ciuili. vt no-
tat Bal.in.l.fi.co.2.verſi.ſed immediatè opponi
tur.C.ſenten.reſcin.nō poſ.& Ang.in.l. Luci⁹.
ff.de euictio.Paul. de Ca. in.l.hæredes.ff.de ad-
quir.poſſe.& tradunt moderni in.c. quæ in ec-
cleſiarum.de conſt.& Phil.Deci.vbi ſuprà. ¶In
tellige quoq; ſupradicta niſi ſit renuntiatū rei
iudicatæ quia illi renuntiari poteſt, & valet re-
nuntiatio, vt dictus Phili. vbi ſuprà per.l.iuris
gentium.§.paciſcar.ff.de pactis.& non ſolū ex-
preſſe, ſed etiam tacitè renuntiari poteſt: quia ſi
quis fuit admiſſus ad probandum de iniquitate
ſententiæ, & fuit probatum parte non opponē
te, iudex debet primam ſententiam, quæ tranſi
uerat in rem iudicatam reuocare. vt voluit Inn.
in.c.dilecta de reſcrip.& in.cap.cum Bertoldus.
de re iud.& Alexa.in.l.iudex poſtquam ver.6.
fallit in.2.col.de re iudi.Abb.in.c.quoniā con-
tra.de probatio.

coſa juzgada[c] y que en eſto no haran auenēcia ninguna por ſi, ni por otra pſona por ellos antes de dar la ſentencia ſo pena q̃ lo paguen cō las ſetenas.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum factum ante ſententiam, colluſio eſt.*
2 *Tranſigere non licet in cauſa populari.*
3 *Compoſitionem poteſt iudex facere ſentētia lata, quando pœna in totum applicatur ſibi. ſecus ſi regi accuſatori, & ſibi.*

*ad perfectam intelligentiam huius glosę videlicet prouisionem que est contentam in hoc lib. q. solet dari correctoribus, in fine huius libri in pagina penultima: ubi prohibet iudicibus ne faciant auenentiam seu compositionem cum his qui inciderunt in penas legis regie ...: cuius pars aplicatur iudici, quam prouisionem omnino videbis.*



d **Auenencia.** d Quia tunc colluſio
eſſet, quæ eſt prohibi
1 ta, vt † in Cle. cõſtitutionem. §. ſanè. de elect. &
in Cle. 1. de renuntiatio. ¶ Et quia eſt cauſa po-
2 pularis, † in qua non licet tranſigere. vt Abb. in
c. 1. de colluſ. detegenda, quia per ſordes, ſeu pre
tium non eſt licitum facere iſtam tranſactionẽ
ante ſententiam, ſeu deſiſtere. vt Abb. ibi. nu. 2.
& Bar. in. q. iudex maleficiorum. ¶ Et de mate-
ria compoſitionis, quando fieri poteſt, vide ſin
gul. per Parid. de Put. in tract. ſyndica. in parte.
compoſitio. fol. 96. cum verſi. ſequentib⁹. * Sed
tene, ꝙ ad incurrendam hanc pœnam ſufficit ſo
la promiſsio, ſeu compoſitio, licèt pecuniam nõ
recipiant: quia in iſto crimine barateriæ hoc ſuf
ficit, nec aliud requiritur. vi. Bald. in. l. hoc edi-
ctum. §. hæc autem. ff. ꝙ quiſque iur. & vi. quæ
dixi ſupra. in. c. 1. in glo. *promeſſa*. nu. 9. & latè in
gl. *donacion*. nu. 43. * ¶ Sed ego intelligo iſtũ tex.
ꝙ iudex poteſt facere iſtam auenentiam, ſeu cõ
poſitionem, & moderationem poſt ſententiam
per eum latam, quando pœna in totum appli-
catur iudici, quia tunc cum per ſententiam fiat
dominus. vt glo. in. §. fi. Inſtit. de offi. iudi. maxi
mè in actione perſonali. vt Bar. & doct. in. l. ex
hoc iure. ff. de iuſti. & iur. latè Feli. in. c. cum ve
nerabilis. de excep. nu. 28. Iaſ. in. l. traditiõibus.
C. de pactis. nu. 27. & Ioan. de Imo. in. l. Pompo
nius. ff. de acqui. poſſ. & Bal. in. c. cum ſuper. de
confeſſ. & cum tota pœna ſit ſua, & ſibi applice
tur, poteſt facere quid velit de ea: quia quilibet
eſt moderator in re propria. vt in. l. in re manda
ta. C. mandata. & in. l. ſtatus. ff. de religi. & ſum
ti. fune. & moderatè in iſto caſu ſignificat dimi
nutionem. vt glo. in. c. fi. de verbo. ſignifi. & ibi
Abb. & glo. in Cle. 1. de iure patro. & ibi Cardi.
¶ Sed ſi pœna applicatur per partes. ſ. cameræ re
3 gis, & iudici, & parti non poteſt compoſitionẽ
facere in præiudicium fiſci quia in re aliena ne-
mo eſt moderator. vt in dict. l. re mandata. & in
dicta. l. ſtatus. * Et facit ꝙ tenet glo. & ibi Salic.
in. l. venia. C. de in ius vocan. in fin. vbi dicit, ꝙ
vbi pœna pro parte debetur fiſco, & pro alia par
te iniuriato remiſsio, vel compoſitio facta per
communem, non extenditur ad partem debitã
iniuriato, vel damnum paſſo, & ſic in ſingulari
perſona. * imò ſi recipit ſuam partem condem-
nationis anteaquam cameræ regis ſit ſoluta ex
ſua parte tenetur iudex reſtituere ſuam partem
cum duplo cameræ regis, vt in pragmat: decima
ſexta. *en la inſtruſtion que el rey hizo de como ſe han de cobrar las penas de la camara, in villa de Madrid anno.*
1552. Imò nec denuntiator ſuam partem debet re
cipere, donec ſit ſatisfactum cameræ regis ſub di
cta pœna. vt ibi. & licet. d. pragma. loquatur *con los alcaldes de corte e chancilleria*, extenditur ad a-
lios iudices huius reg. vt in præfatione, & in da
ta ipſius. l. continetur, ibi. *e otras juſticias qualeſ-
quier de todas las ciudades, e villas, & lugares. &c.*
Et quia illud, quod eſt prohibitum ſuperiori,
cenſetur prohibitum minori. c. cum in cunctis.
de electi. & ibi Bal. in fine. & Abb. in. ca. licet. de
teſti. 1. col. & in authen. multo magis. C. de Epiſ
copis & cleri. Iaſo. in. l. ſi quando. §. generaliter.
C. de inoffi. teſta. tex. in. c. per venerabilem. qui
filij ſint legitimi, & ibi glo. ¶ Tamen crederẽ, ꝙ
ſi condemnatus compoſuit ſe cum iudice, vel
cum accuſatore, & eis ſoluit aliquid ratione di
ctæ ſententiæ, ſeu condemnationis, vt propter
eius appellationem ſit ſuſpenſa ſentẽtia, & pars
quæ debetur fiſco, ei non ſoluatur, ſed eſſet in
ſuſpenſo appellatione pendẽte, licet iudex, vel
accuſator in pœnam dictæ pragmaticæ. 16. fa-
ctæ in Madrid incurrant, ſententia eſt tranſacta
in rem iudicatam & poteſt exequi in fauorem
cameræ regis, quia non ſolùm quando aliquis
petit dilationem ad ſoluendum, videtur conſen
tire ſententiæ, vt in. l. ad ſolutionem. C. de re iu-
di. & additio. Abb. in. c. quo ad conſultationem
de re iudi. in additione, quæ eſt in nu. 13. quæ in-
cipit, an recipiendo terminum. & Roma. conſil.
9. in fine. Et ita quando pars ſoluit, vel dat pig-
nus, approbat debitum, vt Bar. in. l. 1. §. hæc ver-
ba. ff. ne vis fiat ei. & hoc quando ſponte ſoluit,
acquieſcit ſententiæ. Secus ſi mandato iudicis
compulſus. vt Ioann. Fab. in. d. l. ad ſolutionem
per. l. cum ex cauſa iudicati. ff. de appell. & tenet
Guid. ſingul. 813. §. Ioannes. ¶ Et non ſolum quã
do totum ſoluit, acquieſcit ſententiæ, vt dictum
eſt, ſed etiam ſoluendo partem debiti, videtur
totum agnoſcere. & per conſequen. acquieſcit
ſententiæ in totum tenet Specula. in titu. de lo-
cat. & de emphit. §. nunc aliqua. nume. 53. per. l.
cum notiſsimi. §. pen. C. de præſcrip. 30. vel. 40.
anno. & vide tex. vltra eum in. l. cum fidem. C.
de non numera. pecu. & Bald. in. l. certis annis.
C. de pactis. nu. 5. vbi per dictam. l. cum fidem.
tenet, ꝙ qui affirmat contractum, ſoluendo p-
tem debiti cogitur poſtea ad ſolutionem reſidui
& ita ſoluendo partem ſententiæ; vel faciendo
compoſitionem de parte condemnationis, vide
tur conſentire ſententiæ: quia ſententia æquipa
ratur contractui & econtra. ita Bald. in. l. 1. C. de
ſent. & interlo. om. iud. numero tertio. per. l. om
ne. ff. de iudi. & idem Bald. in. l. ab executore. C.
quorum appella. non recip. & idem tenet Ang.
in. l. 1. in fine. ff. de hæred. inſtit. & in. l. ſuus quo
que. §. ſed & ſi filio. eodem. titulo. & Ioanne. de
Imol.



Imol. in. l. centeſimis. ff. de verbo. obliga. & Ale
xand. in. l. impoſsibilis. ff. eodem. ¶ Et ideo con
ſulo condemnatis, vt iſtam compoſitionem nõ
faciant, ſi bonam cauſam habent, ſed appellent
ſeu prouocent à ſententia, & ipſam appellatio
nem proſequantur. nam aliter videntur ſenten-
tiæ acquieſcere propter dictam compoſitionẽ
partis condemnationis, & in totũ dicta condem
nationis pœna mittetur contra eos executioni.

Prætorum Cap. XI. finis.

# SVMMARIVM.

1 *Pœna ſeu multa non cedit in vtilitatem iudicis.*
2 *Pœna in dubio an applicetur fiſco vel parti.*
3 *Pœnæ, & multæ an applicentur dominis tẽporalibus, qui habent loca, & villas ex donatione regis.*
4 *Confiſcandi ius an habeãt domini temporales, ſeu Epiſcopi.*

*Prætorum. Caput. XII.*

Otroſi que las ſetenas, en q̃ cõdenarẽ, ſeã pa nueſtra camara[a] y nolleue el, ni ſus officiales, ni alguaziles, ni merinos parte dellas, aunq̃ digan que eſtan en vſo y coſtũbre[b] delas lleuar.

*Prætorum. Caput. XIII.*

Otroſi, que el ni ſus officiales no lleuẽ parte delas alcabalas[a], o ſiſas, o impoſiciones, o deſcaminados por las ſentẽciar, ni por las executar, ni en otra manera. Ni aſſi miſmo lleue por fir-

a **Camara.** a Nota text. quòd cum pœ-
1 na, vel multa fuerit † exa-
cta, non cedit in vtilitatem iudicis, ſed in
vtilitatem publicam conuertetur, vel in fiſ-
cum. vt in. l. multarum. C. de mod. multam. &
text. ſingul. in
l. 48. titu. 19. *de
las penas.* in or.
reg. & tex. in. c.
48. infra eod.
¶ De quo an in
2 dubio † applice
tur fiſco vl̃ par
ti, notatur in. l.
iubemus. §. is
quoq;. C. de ſa-
cro ſanct. eccle.
& Bart. in. l. A-
graria. ff. de ter
mi. amo. Spec.
in ti. de dolo &
contũ. §. reſtat.
circa pric. ¶ Ad
iudicẽ verò ta-
lis pœna vel multa cedit, & pertinet quãdo ex
legis, vel ſtatuti ciuitatis diſpoſitionem applica
tur ſibi. vt in. l. 5. tit. 12. li. 8. in ordi. reg. & in. l. 2.
tit. 10. eodem. lib. & in multis alijs caſibus in le-
gibus & pragmaticis cõtẽtis, in quibus iudicibus
aliquid applicat. In iſtis bene poſſunt recipere
ſine mœtu pœnæ, dummodo antea condemnen
tur, & ſuper eas ſententiam proferant. vt in. d. c.
ſuprà proximo. & in. d. l. 48. tit. *de las penas.* in or.
reg. & in. c. 49. infra eod. in fin. quem vide. ¶ At
3 tamen duces, varones, & domini temporales, †
qui habent villas, & loca ex donatione regis, an
habeant iſtas pœnas & eis applicentur, & nõ fiſ-
co? Dic ꝙ ſic. vt in. l. fi. tit. 5. lib. 4. foro. ll. & vid.
Io. de Plat. in. l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10. col. 2.
4 nu. 2. vbi in ſimili dicit, ꝙ varones, & domini †
temporales hñt ius cõfiſcandi ſi conſueuerunt:
cum enim ex conſuetudine dicatur eis iuriſdi-
ctionẽ compe
tere, vt in. l. 1.
in fine. C. de
emancip. libe.
ita & confiſca
tio. circa quod
vide quæ po-
ſui in. ca. 2. ſu-
prà. in gl. *para
la nueſtra cama
ra.* verſi. an aũt
duces, mar-
chiones. nu.
5. ¶ Sed quid
de epiſcopis,
an habeant fiſ-
cum dic ꝙ ſic.
glo. eſt ſingula
ris. in. cap. quia
diuerſitatem. de conceſsio. præbẽ. quã ibi ſequi
tur Anto. Abb. & Imol. & Anna. in. c. excõmu-
nicamus. de hereti. Cardi. Zabar. & Imo. in Cle.
2. de hæreti. Rota in deciſsi. 965. in antiquis Ol-
dral. cõſil. 302. col. 2. & eam dicit ſingul. Stepha.
Aufre. in tracta. de poteſta. eccleſi. ſuper laicis.
numero. 29. tomo. 5. tractu. folio. 438. & deciſsio
ne cappell. Tolo. 229. & 275. & hoc tenet in. d.
tract. quanquam officiales regij, aliàs contrariũ
aſſeruerint vt ipſe ait. & ita quoq; tenet Feli. ꝙ
epiſcopus habet fiſcum, etiam ſi habet domini ũ
temporale latè approbando dictam gloſſ. in. c.
irrefragabili. §. cæterum de offici. ordi. nume. 11.

mar los recudimiẽtos de las rẽtas mas delo q̃ diſponen las leyes del quaderno, ſola dicha pena.

vbi refert plures hoc idem tenentes.* Sed vide Barb. in rub. de conſtit. col. 18. vbi hoc altercat, & cõcludit, ꝙ licet epiſcopi poſsint imponere pœnam pecuniariam ad ius commune iuuandum vt. gl. in. c. 2. de conſti. in. 6. & in clementina ne Romani de electio. tamen nõ poteſt illam pœnã ſuę camerę applicare: nam inquit ꝙ non legit ius aliquod diſponentem epiſcopum habere fiſcum: ſi ergo non habet non poteſt ſuæ camerę confiſcare: licet. gl. ſingula. in. d. c. quia diuerſitatem loquatur de fiſco eccleſiæ, non tamen loquitur de fiſco epiſcopi. & allegat glo. ſingul. in clementina. 2. de hæreti. quæ affirmat, ꝙ epiſcopi multo minus ſibi ipſis poſſunt confiſcare clericorum bona, hæreticorum, vel ſuis officialibus: ergo ſecundum eum idem eſt dicendum in alijs caſibus in quibus bona clerici cõfiſcãt, & per cõſequens erunt applicãda vſib⁹ pauperum: vt per Bal. ibi. 3. col. & gl. in. c. pleriq; de immunitate eccleſia. & in authe. vt nulli iudicum. §. vtautem. coll. 9. vbi epiſcopus non poteſt cõdemnare clericum ad pœnam applicandam ſuę camerę, quia non habet fiſcum licet male ſeruent ſed omnes pœnas in pios vſus debet applicare.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſcriptio, nec conſuetudo cauſatur in tributis & functionibus publicis.*

2 *Præſcriptio non currit in iſtis caſibus.*

b
1 **Coſtumbre.** b Quia in tributis, & functionibus † publicis nõ currit præſcriptio, nec cauſat conſuetudo l. cõperit. C. de preſcri. 30. anno. 16. q. 3. §. pẽ. & §. ꝙ ſi priuatus. cum ſequẽti. & Inſtit. de vſufru. §. ſed aliquãdo. & in. l. fi. C. de præſcrip. longi tempo. quæ pro liber. compe. ¶ Alios caſus, † in qui
2 bus non currit præſcriptio vi. per Petrũ Ferra. in forma libelli reſponſio rei cõuenti. in parte, pręſcriptionis. num. 31. de quibus in. c. non liceat de præſcrip. gloſ. in. §. res fiſci. Inſtitu. de vſu capio.

*SVMMARIVM.*

1 *Gabellarum ius principis eſt.*

2 *Vectigalium ius eſt de maximo imperio & inferior à principe illud non poteſt imponere.*

3 *Ius exigendi gabellas, & pedagia, poteſt cõcedi per principem alicui populo, vel priuato.*

4 *Priuilegium exigẽdi gabellas, vel collectas cõceſſum à principe, non poteſt reuocari.*

5 *Ius colligendi pedagia, gabellas, ſeu exactiões. an poteſt præſcribi.*

a
1 **Alcaualas.** a Quia omnia iſta ſũt principis, † vt dño orbis. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. & in procemio. ll. quaterni gabellarũ. ibi. *las nueſtras rentas de alcaualas.* & in. l. 15. eius quaterni. & Bertach. & Firmio. in tractatu gabella. in. 1. parte in principio. ¶ Et cum
2 hoc ius vectigalium, † ſit de maximo imperio, inferior à principe non põt illud imponere, nec percipere. l. vectigalia. & ibi Saly. C. noua vectigali. & in. l. nõ ſolẽt. cũ glo. ibi. & doct. & l. fi. eo. tit. & facit. l. & ideo. ff. de legi. & in. l. in rebus. cũ glo. ff. de conſtitu. princip. & in. l. quicquid. C. de vectigali. & comiſsis. & per Specul. in titu. de cauſa poſſe. & proprie. §. 1. verſi. quid de colligẽtibus, & in Cle. fi. & ibi Cardi. de cenſi. & tex. & ibi gl. & docto. in. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignifi. vbi Hoſti. dicit hoc eſſe verũ in rege Romanorum, qui eſt dominus orbis, nõ in alijs regibus, ſecundum Card. vbi ſupra, licet de facto oẽs reges hodie, & ciuitates Italię, & q̃d peius eſt, caſtellani imponunt pedagia, ꝙ fieri nõ debet, imò peccãt. vt Firmia. in ſuo tract. gabella. in. 1. parte. in princip. Quod dicit eſſe verũ niſi concedatur à principe inferioribus. vt tenet dict⁹ Firmi. in. d. 1. parte. q. 9. vbi tenet ꝙ poteſt
3 cõcedi ius exigẽdi † gabellas, & pedagia per principem alicui populo, vel priuato. per. d. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. & dicit ꝙ tenet Bal. in. l. ſi plures. pẽ. col. C. de conditio. inſertis. & Specula tenet idẽ in. d. tit. de cauſa poſſ. & propriet. §. 1. verſi. quid de colligẽtibus. ¶ Attamẽ tale priuilegium cõceſſum à principe exigẽdi dictas ga
4 bellas, ſeu collectas, non poteſt † reuocari, qa trãſiuit in vim pacti, vel conuentionis. l. ꝙ ſemel. & ibi Bar. ff. de decreti. ab or. fa. & in. l. hic qui in fine. ff. de iur. muni. ꝙ tenet dict⁹ Barth. de Firmi. in. d. tracta. in. d. 1. par. q. 9. verſi. illud. quod dicit eſſe menti tenendum perpetuò. ¶ Et idem dicit eſſe in priuilegio, ne teneatur ad collectas ſecundum Bart. in. d. l. quod ſemel. & idem tenet Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & Bal. in. l. ſi cum mihi. ff. de dolo. & Inno. in. c. nouit. de iudi. & Io. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de cẽſi. §. nunc dicendũ. verſi. quid ſi vniuerſitas. & in tit. de inſtru. editio. §. nũc verò aliqua. Archidi. in. ca,



*Prætor. Caput. XIIII.*

OTroſi, q̃ guarden, y hagan guardar a ſus officiales las leyes de nr̃o quaderno d̃las alcaualas y otras rẽtas, que dan orden en el demandar, y proceder y lleuar los derechos en los pleytos de las dichas rentas, de manera que los labradores, y officiales, y perſonas del pueblo no ſean fatigadas contra el tenor y forma de las dichas leyes[a].

in. c. quicquã. 11. q. 1. & Abb. in. c. ſubiectũ de decimis. ſed hodie per tex. in. l. 4. quater. gabellarũ, nullus excuſatur, etiam ſi habeat priuilegiũ exemptionis gabellarũ, niſi talia priuilegia, & exẽptiones ſint ſcriptæ in libris delo ſaluado, & ſupraſcriptæ ꝑ computatores maiores. vt ibi cauetur. ¶ Et an ius colligendi pedagia, vel gabellas, poſsit
5 quæri † preſcriptione, vel con ſuetudine, ſicut priuilegio: dic ꝙ ſic. vt dictus Firmia. in d. tract. gabell. in. d. 1. parte. q. 10. allegando Baldu. in. d. l. ſi plures. C. de cõditio. inſertis, & eſt caſus in d. c. ſuper quibuſdã. §. præterea. & ibi doct. & in. c. innouamus. de cẽſi. & Bar. ĩ repe. l. vectigalia ſuprà allega. & in. l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & Bal. in. l. fi. C. de vectiga. & cõmiſſ. & in. c. 1. quæ ſint regalia. in vſi. feud. col. 2. & gl. in. l. dñi. C. de agricoli. & cenſi. ¶ Quod intellige verũ ſecũdùm Firmia. vbi ſuprà in præſcriptione tãti tẽporis, q̃d nõ ſit memoria in contrariũ. vt in. d. §. præterea. & docto. vbi ſuprà de quo & an requiratur ſciẽtia principis, vel alteri⁹ in iſta præſcriptione vi. per. d. Firmia. vbi ſuprà. ¶ Bal. in conſi. 110. in. 1. volu. altercãdo iſtã. q. nũ q̃d exactio vectigalis poſsit præſcribi: poſt multa pro vtraq; parte prolata, dicit, ꝙ ſi iſte, q̃ percipit vectigalia incipit à priuilegio. ¶ Aut priuilegiũ eſt ſolẽne, & ſufficit ſolũ priuilegiũ: quia inducit quicquid oportet. ¶ Aut priuilegium dat cauſam præſcribẽdi propter aliquẽ iuſtũ errorẽ & tũc vtrũq; requiritur ambo copulatiuè. ſ. priuilegiũ, & præſcriptio, ſiue cõſuetudo: & tũc ſufficit tẽpus. 40. annorũ. ¶ Si autẽ incipit à cõſuetudine, & nõ eſt ibi aliq̃d priuilegiũ tũc talia iura regalia nõ præſcribũtur, inſcio principe, niſi tãto tẽpore, cuius cõtrarij memoria non exiſtit. arg. in. l. cõperit. C. de præſcrip. 30. annorũ. ſed eo ſciẽte, & patiẽte ſufficit tẽp⁹. 40. annorũ, quia ſi princeps tacitè prohibitionẽ ſuã videatur remiſiſſe ſecũdùm opi. Cy. prout Bal. tenet & cõcludit in. d. cõſi. que mihi videtur vera diſtinctio.

a **Leyes** a Quæ ſunt. l. 110. cũ plurib⁹ alijs ſequentibus in. d. quaterno gabellarũ quas per te vide. & tex. in. l. 21. tit. 2. lib. 3. in ordi. regali.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidij ius eſt. 600. marabetinorum.*

2 *Homicidium percipitur, quando in abſentia proclama proceditur.*

3 *Citatio trina requiritur, vt homicidij pœna percipiat, & nõ ſufficit vna ꝓ trib⁹: & in iſta citatione nõ eſt neceſſe quod crimẽ exprimat.*

4 *Si aliquis fuit captus, & ſuſpenſus, non pertinet iudici homicidiũ, ſi contra eum antea quã caperetur non fuit proceſſum, per edicta, & proclama.*

5 *Homicidium debetur iudici, ſi eſt conſuetudo loci percipiendi.*

6 *Homicidium debetur iudici, ſi eſt per eum ſententiatum. & 7.*

7 *Rebeldia & contumacia non eſt neceſſe quòd accuſetur, quando iudex procedit ex officio.*

8 *Homicidij pœna debetur, quãdo accuſatus re⁹ eſt mortis.*

9 *Probatio plena nõ requirit, vt quis in abſentia cõdẽnetur, ſed ſufficit aliqualis informatio.*

10 *Contumax licet abſoluatur à delicto, debet ſoluere expenſas propter ſuam contumaciam.*

11 *Contumacia ſola non ſufficit ad hoc, vt iudex poſſit reum condemnare de delicto, niſi aliqua lis probatio interueniat.*

12 *Reus condemnatus in abſentia, ſi eſt capt⁹, vel ſe præſentat, debet audiri. & nu. 31.*

13 *Statuta præciſſè loquentia, non excludunt exceptionem innocẽtiæ, quæ ab ſtatuto tolli non poteſt, quia eſt de iure naturali.*

14 *Executio fieri non debet, quando poſt cõfeſſionem conſtat de innocentia rei.*

15 *Statutum vt quis habeatur pro confeſſo, intelligitur niſi per teſtes, & iura de eius innocentia conſtet.*

16 *Non conteſtans litem infra nouem dies, non habetur pro confeſſo, ſi poſt iſtam cõfeſſionem conſtat de innocentia rei per teſtes.*

17 *Pro confeſſo quando aliquis declaratur, nõ debet ſtatim condemnari in re petita.*

18 *Ficta confeſſio probationem recipit in contrarium.*

19 *Contumax in reſpondendo poſitionibus, licet habeatur pro confeſſo, poteſt probare contrarium.*

20 *Confeſſio in mutuo licet poſt biẽnium aſſumat robur, poteſt probare contrarium.*

21 *Pro confeſſo, & cõuicto licet aliquis habeatur à lege, admittitur probatio in contrarium.*

22 *Pro confeſſo quando aliquis condemnatur, debet iudex in iſta condemnatione eum recipere ad probandum quod voluerit.*

23 M*andatum in iudicio debet quis oſtẽdere, & producere ſeu præſentare, & anteaquam producatur, reus non tenetur, nec cogitur litem conteſtari: & licet non conteſtetur, non eſt cõfeſſus. Et quid ſi notarius dicat, quòd inſtrumentum procurationis eſt apud ſe.*

24 *Penitus extraneus admittẽdus eſt ad excuſandum & allegandum cauſas innocentiæ & abſentiæ.*

25 *Iudex ex officio ſuo debet aſſumere probationes innocentiæ abſentis.*

26 *Si liquet iudici contumacem abſentem eſſe innocentem, & non culpabilem, licet ſit contumax, non debet eum condemnare.*

27 *Abſentiæ cauſæ impediũt proceſſum abſentis in criminali.*

28 *An ſentẽtia criminalis ſi imminet pœna mortis, vel corporalis, tranſeat in rem iudicatam.*

29 *Reus, qui in fortia iudicis non eſt condemnatus ſi poſtea veniat in fortiam communis, debet alius proceſſus formari, & in iſto ſecundo proceſſu poteſt bannitos primam ſententiã, ſeu bannum latum probare emanaſſe per falſas allegationes, & probationes.*

30 *Valet ſtatutum, quòd propter contumaciã poſſit quis condemnari ad pœnam corporalem.*

31 *An abſens condemnatus veniens infra annũ vel anno elapſo, audiatur.*

32 *Abſens quando ſe præſentat, poteſt allegare incompetentiam iuriſdictionis.*

33 *Clericus in abſentia permittens ſe condẽnari à iudice ſeculari propter delictũ, licet poſteà alleget priuilegium, debet ſoluere expenſas.*

34 *An omnes occiſores debeant ſoluere vnũ homicidium, an quilibet teneatur eum ſoluere.*

35 *Homicidiũ an debeatur iudici ſucceſſori, vel prædeceſſori.*

36 *Initium in delictis eſt ſpectandum.*

37 *Iudex, qui condemnat, habet commoda, etiam ſi delinquens appellauit, & interim fuit remotus, ſi ſua ſententia fuit confirmata.*

38 *Iudex cõdenans, etiam ſi non faciat executionem, habebit partem pœnæ, & non ſucceſſor.*

39 *Iuſtitiarij habentes commoda, & prouentus iuriſdictionis, non habet cõmoda prouẽtuum pœnarum delinquentium in perſonam principis, vel varonis. Nec ea, quæ donantur principi in ſuo iocundo aduentu.*



*Prætorum. Caput XV.*

OTroſi. que no lleuen derechos đ homezillos,[a] ſaluo en cauſa de muerte de hombre, o de muger, o ſu caſo q̃

a HOmezillos [a] Quę iura ſunt. 600.
1 marabetini, † vt in legibus del aranzel in tit. de cauſis criminalibus. c. 2.
¶Quod verum intellige, dum iudex procedit
2 in abſentia, † & rebeldia per ſua præconia, & procalma. iuxta formam legis. 4. titul. 3. *de los emplazamientos.* for. ll.
lib. 2. & in pragmaticis del aranzel. 11. in ordi. vbi
3 latè. vbi requiritur trina citatio, † & non ſufficit vna pro tribus, etiam ſi ſit peremptoria, ſed requiruntur tres ſeparatæ diuerſis temporibus. tenet Iaſ. in. l. ſi certis annis. C. de pactis. nu. 5. allegando Bald. in. c. ex literis. vlt. col. de conſt. *Et tenet idem in caſu. d. l. fori. Peregrin. in parte primum decretum. q. 6. in. gl. ignorantia verſic. ſtatuto cauetur. * & in iſta citatione non eſt neceſſè, ꝙ crimen exprimatur pro quo vocatur, ſed ſolum ꝙ cõpareat coram iudice ad ſe excuſandũ à quadam accuſatione porrecta cõtra eum: quia aliàs iam eſſet inſtruct⁹. vt tenet Bal. in. l. null⁹. C. de exhibẽ. reis. 1. col. *Sed text. in. l. 7. titul. 5. parti. 3. in principio dicit ꝙ ſufficit ꝙ dicatur ꝙ compareat ſuper tali crimine. & vi. Peregri. vbi ſuprà, in gl. an notabuntur. * ¶Et ſi anteaquam
4 cõtra eum procedatur in abſentia fuit captus, † & ſuſpenſus non debet ſoluere homicidiũ, nec iudici pertinet. vt in. l. 12. titul. 13. in ordi re. lib. 8. in fine: quia homicidiũ debetur ratione cõtumaciæ. vt in. d. l. fori. & in. d. pragmat. & ſi non fuit contumax, non debetur. ¶Item intellige, ꝙ iu-
5 dici debetur. ſ. quando † in loco eſt conſuetudo percipiendi hoc homicidium, aliàs ſi non eſt cõſuetudo, non percipiet iudex, nec ſibi debetur. vt in. d. c. del aranzel. ¶Item intellige, dũmodo
6 dictum homicidiũ ſit ſententiatũ, † nõ antea vt in. d. c. del aranzel. & nõ debes intelligere, ꝙ ſentẽtia diffinitiua ſit promulgata in cauſa principali, & ſic ꝙ reus ſit ad mortẽ condẽnatus, ſed tãtũmodo, ꝙ dictũ homicidiũ ſit ſententiatũ in abſentia, quod ſentenciatur in ſecundo præconio, accuſata ſecunda rebeldia, ſeu contumacia. vt in d. pragmatica ibi, *y ſino pareſciere ſeyendole accuſada la ſegunda rebeldia, ſi el delicto fuere tal para que merezca muerte, ſea condenado en la pena del homezillo.* intellige, accuſata rebeldia, quãdo accuſatur per partẽ: quia ſi iudex procedit ex officio ſuo, non eſt neceſſè, ꝙ rebeldiam accuſet tenet Alex. in conſi. 120. vol. 7. nu. 7. allegãdo Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, neglexerat. & in. l. in tranſactorem. ff. de publicis iudicijs. Et text. expreſſum. in. d. pragmatica, ꝙ ad hoc vt quis condẽnetur in pœna homicidij, nõ requiritur ſentẽtia diffinitiua đlicti, ſed ſolũ ꝙ ſit accuſata ſecũda cõtumacia, ſeu rebeldia, & ſit tranſactum ſecundũ proclama, & ꝙ ſit ſententiatum in dicta pœna homicidij. Quod probat rectè dicta pragmatica in ſequẽti verſi. ibi. & *ſi al tercero plazo viniere, y pareſciere, que aya de pagar, y pague el deſprez, e homezillo y coſtas, e ſea oydo.* & idem tenet text. in. d. l. 4. fori. ibi, *ſi al plazo ſegundo no viniere, peche la pena, ſegun que manda la ley del homezillo, e emplazenle la tercera vez.* Quod nota, quia pluries habui in practica, & multi iudices inaduertenter contrariũ aſſerunt ſine fundamento, & ſine lege. ¶Et iſtam meam opinionem in expreſſo tenet Monta. in. l. 4. tit. *de los homezillos.* lib. 4. for. ll. in gl. 1. vbi tex. dicit, ꝙ iuſtitia regis pro homicidio accipiat quinquaginta ſolidos, qui ſunt hodie. 600. marabetini. & gl. ibi intelligit proceſſu contra abſentem legitimè facto & in hac pœna condemnato. per. d. l. 4. *de los emplazamientos.* * Sed quoniam ſententia fertur de contumacia oportet, quòd in ſentẽtia fiat mentio de contumacia vt in. l. 2. §. quotiens. 1. ff. de iur. fis. & per Bal. in. l. receptitia. C. de conſti. pecu. in fin. tenet Peregrina. in. d. part. primũ decretum. q. 6. in gl. innocencia. verſi. & adde. *
8 ¶Quoq; intellige, dũmodo reus † inquiſitus, vel accuſatus ſit reus mortis, quia ſi reus mortis nõ eſt iudici homicidiũ non debetur. vt in iſto tex. & in. d. cap. del aranzel. & in. d. pragmatica. & in d. l. fori. ¶Et caſus, in quibus quis meretur pœnam mortis infrà in glo. ſequenti videbis. Et adde, ꝙ ad hoc vt quis condemnetur in abſentia in
9 homicidio, non requiritur † plena probatio delicti, ſed ſufficit aliqualis informatio, ſeu probatio, etiam ſi non ſit ſufficiens ad torturam, quia tunc ſi eſt caſus mortis, reus in homicidio condẽnatur, ſed poſteà captus, ſeu ſe preſentans, debet audiri, niſi in expenſis, & *homezillo*, quia in iſtis non auditur. vt tenet tex. in. l. 15. tit. 2. lib. 3. in ordina. reg. & in. d. pragmatica. ¶Et quia talis con-
10 tumax licet à delicto abſoluatur, debet ſoluere † expenſas, & homicidium propter ſuam contumaciam. vt in. d. l. 15. & tenet gloſſa. & ibi Bar. & docto.

doƈto.in.l.& poſt edictum.ff.de iudicijs.in par
te,vincet.& tenet Mõta.in.d.l.15.ordina.in par
te,abſens.¶Quæ lex videtur eſſe cõtra ea quæ
dicit Hippol.de Mar.in repeti.l.vnicæ.C. de ra
ptu virgi.nu.129.vbi tenet,ꝙ ad hoc vt poſsit iu
11 dex condẽnare † reum de delicto,non ſufficit ſo
la contumacia ipſius rei,ſed requiruntur etiã ve
ræ & legitimæ probationes ipſius delicti, vt di-
cit probare tex.ille,ibi.aut fugã euadere potue
runt.de quo ibi per eũ.& in ſua practi. crimi. §.
poſtquam.nu.48.vbi multa iura in propoſito
allegat,vbi ait,ꝙ Ioa.Andr.refert Guid.de Suſ-
ſa.dicere illud eſſe verum de iure , ſed ꝙ contra-
rium ſeruatur de facto.¶Tñ dico ſecundũ eun-
dem Hip. ꝙ.d.l.15.ordina. nec per alia iura non
ſeruatur contrariũ,imo ad iſtã condẽnationem
faciendã requiritur aliqualis probatio cum ipſa
contumacia.ita.d.l.in quantum dicit , *ſi alguno
fuere condemnado a pena de muerte , o perdimiento de
miembro por no venir a los plazos ſin recebir informa-
cion tal,que pudiera ſer pueſto a queſtion de tormento.*
Pondera tex.in quantum dicit, *por no venir a los
plazos*.& ibi.*ſin recebir informacion*.vbi vltra abſen
tiam & contumaciam ad iſtam condemnationẽ
faciendam aliqualis probatio requiritur. & idẽ
tenet dicta pragma.*del aranzel*.ibi, *o que demas de
la fuga aya tal prouança , o informacion,que baſte pa-
ra poner a queſtion de tormento al que aſsi fuere llama-
do,el juez de ſentencia en que le pronuncie por hechor
del delicto.* ¶Et ſic conuinci debet reus,aliter bã
num non valet.Ita tenet Hippolyt. de Marſil.
dicendo,ꝙ tenet Spec.in titul.de accuſatio.§.fi.
9.colum.verſi.ſed pone,affuit accuſatus, quod
dicit eſſe ſingula.notandum.& allegat Specul.
ad hoc.l.raptores.C.de epiſcopis & cleri. poſt
principium.in verb.committi & circa medium.
l.ibi.poſt legitimas probationes iuri cognitas,
quod dicit Hip. in.d.reper.d.l.vnicæ eſſe notã-
dum pro adiuuandis amicis bannitis , quando
fuerunt banniti propter eorum contumaciam,
& non ex aliquibus alijs probationibus. & idẽ
tenet Oldral conſil.65.incipiente, hic agitur &
ſic infertur ſecundum eundem Hipp. in. d. ſua
practica crim.§.poſtquã.nu.47.in fine, ꝙ con-
tumax licet ex forma ſtatuti debeat haberi pro
confeſſo,tamẽ ad hoc vt valeat cõdẽnatio de de
licto contra accuſatum,vel inquiſitum de crimi
ne,debet vltra contumaciã de delicto cõſtare,&
debet conuici de ipſo,aliter nõ valet. ¶Et ratio
quare ad condemnandum reum ſufficit aliqua-
lis ꝓbatio,ſeu informatio.vt in.d.l.ord.& prag
ma.cõtinetur,credo eſſe,quia poſt condẽnatio-
12 nẽ & ſic poſt ſententiã,põt & debet audiri, † ſi
eſt captus vel ſi ſe præſentat.vt in.d.l.5. ord. &
in.d.pragm.& tenet Phili.Decius cõſi. 458.nu.
9.vbi dicit,ꝙ cum agatur de executione pœnæ
corporalis propter bannũ,nõ eſt procedendum
ad executionẽ pœnę corporalis:quia ꝓpter cõ-
tumaciã quis nõ debet,nec põt cõdẽnari , vt di-
cit ꝙ notat Ang.in.l.inter accuſatorẽ.ff.de accu
ſa.& ibi refert Specul.& Io.And. poſt eum,qui
dicunt,ꝙ ſi iudex fuit ita beſtialis(vt verbis eius
vtar)ꝙ tulit ſentẽtiã cõdẽnatoriã de capitatio-
nis cõtra cõtumacẽ tanquã habitũ pro cõfeſſo,
propter eius contumaciã, & iſte venerit in for-
tiã cois,nõ debet executio fieri,ſed de nouo erit
de crimine cognoſcẽdũ.allegat Specul. in tit.đ
accuſa.§.ſequitur videre de cõtumacia accuſati.
col.6.verſi.pone & Ioa.Andr.ibi , & Alberic.in
4.parte ſtatuti.q.56.circa finẽ. & Phili. Decius
in.d.conſi.dicit eſſe clarũ,quia contumacia non
habetur pro legitima ꝓbatione,vt notat Bar.in
l.diuus.ff.de custo.reorũ.col.1.verſ.vlterius vos
videtis.& in.l.abſentẽ.ff. de pœnis. col.3.verſic.
extra.gl.quia ſi ſtatutum dicat,ꝙ perſona ban-
nita habeatur pro confeſſa,conuicta,& cõdem-
nata,& ſit bannita ad mortem,& mandat execu
tionẽ fieri,& debeat obſeruari,vt Bar.vbi ſuprà.
tale bãnum,ꝙ hodie datur ſecũdum ſtatuta ter
rarũ eſt mortale.vt Bar.in.l.ſi quis in fine.ff.ad.
l.Iulia.maieſt.¶Et licet talia ſtatuta præciſſe lo
quantur,non excludunt exceptionem innocẽ-
tiæ,quæ ab ſtatuto tolli nõ põt,quia eſt de iure
naturali,vt tenet dictus Phili.Deci.quod notat
Bal.in.l.edita.pen.colum. C. de edendo.verſic.
ex tribus autem.& ſequitur Ioann. de Anna. in
c.ſi aduerſus.de hæreti.& in conſi.59. & Alexã.
in conſi.113.lib.5.& in cõſi.97.vol.6. nam ſi poſt
4 confeſsionem de † innocentia apparet,executio
fieri nõ debet,vt notat Bald.in.l.1.colu.fi. C. de
confeſsis.& allegat Innoc.in.ca.2.de purg.vulg.
& idem tenet Baldu.in.l.additos.C.de epiſ.au-
dien.¶Et ideo ſecundum dictum Philip.Deciũ
ſtatutum,quòd quis pro confeſſo habeatur, in-
15 telligitur niſi per † teſtes,& iura de eius innocen
tia probetur.allegat Bar.vero conſilio.29.inci
piente,viſo proceſſu.col.pen. quod nota quod
facit ad intellectum tex.in.l.1.titul.3.*de las con-
teſtaciones*.libr.3.in ordi.reg.vbi quis non conte-
16 ſtando litem † infra nouem dies,habetur pro cõ
feſſo,ꝙ ſi poſt iſtam fictam confeſsionem con-
ſtat de innocentia rei per teſtes debet abſolui.
& tenet Bald.recte intuenti in.l. ita demũ.C.de
procur.nu.6.vbi ait,quòd ſi cauetur ſtatuto, ꝙ
bannitus non comparens infra octo dies tanquã
confeſſus & conuictus debeat condemnari, ꝙ ſi
iſte appellauit, & aſſumit in ſe onus probandi
innocentiam,vincit in appellatione allegat.l.fi.
C.de



C.de erro.aduoca.& l.creditor.§.iuſſus.ff.đ ap
pella.& l. generaliter. §.1. C. de rebus credi. &
notatur in.l.fi.C.de iur.calum.quia licet habea
tur pro confeſſo,& cõuicto tñ iſta verba nõ ope
rantur niſi fictã confeſsionẽ,quia ex ſola contu
macia hoc deſcendit, ſi autem iſte non aſſumit
in ſe onus probandi,& ſi non probat innocẽtiã,
debet ſuccũbere:quia in dubio ſtandũ eſt cõfeſ
ſioni,etiã fictę,ſecũdũ Bal.vbi ſupra.* Quia iſta
ficta confeſsio habetur ac ſi legitimè eſſet facta
in iudicio,vt eſt tex.in.l.quoniam intelligitur.
ff.de his qui notant infam.& ibi Bald.nume.4.
inquit,ꝙ ſi ſtatutum dicit,quòd contumax ha
beatur pro confeſſo,intelligitur ꝙ habetur ac ſi
in iudicio ſponte & ſolemniter eſſet confeſſus,
quod dicit menti tenendum.* ¶Ad quod facit
qđ tenet Abb.in.c.cũ cauſa de iura.calũ.nu.26.
17 vbi ait, † ꝙ licet aliquis declaretur pro confeſſo
nõ debet ſtatim cõdẽnari in repetita,vel in cau
ſa principali.licet in.c.cũ in cauſa eius titul.te-
neat cõtrariũ.nu.11.¶Ad idem facit illud,quod
tenet Pau.de Caſt.in.l.ſi is qui tecum.C.qui te
18 ſtamenta facere poſſunt. nu.5. vbi ait, † ꝙ ficta
confeſsio recipit probationem in cõtrarium ſi-
cut vera,quia non debet eſſe validior, quàm ve
ra.allegando Bar.in.d.l.abſentem.ff. de pœnis,
vnde dicit.ꝙ infert Ang.ibi in.d.l.ſi is qui tecũ.
ꝙ licet ſit poſitus in bãno,& pro cõfeſſo habea-
tur ex forma ſtatuti poteſt cõparere, & innocẽ
19 tiã ſuã oſtendere,& ſi fuit contumax † in reſpõ
dendo poſitionibus,& ſic habentur pro confeſ
ſatis.per tex.in.c.ſi poſt præſtitũ. de confeſsis.
in.6.poterat nihilominus probare contrarium.
¶Et ſecundum eundem Paul.de Caſt. facit ibi
in ſimili.l.ſi ex cautione.C.de non num. pecu.
20 vbi confeſsio † in mutuo poſt bienniũ aſſumit
robur,& tamen poteſt contrariũ probari. ¶Idẽ
tenet Saly.& Alex.in.d.l.ſi is qui tecum. & ibi
21 Iaſ.nu.6.vbi ait,ꝙ licet aliquis habeatur à lege †
pro confeſſo,& conuicto ac ſi eſſet confeſſus ve
re delictũ,tñ hoc non obſtãte admittitur proba
tio in contrariũ de innocentia eius.vbi infert ad
ſtatutũ Mediolani diſponẽtis, ꝙ contumax in
non comparendo habeatur pro confeſſo,& con
uicto,hoc non obſtante,admittitur probatio e-
ius in contrarium , & oſtendere de innocentia
ſua,etiam ſi à lege,vel ſtatuto habeatur pro cõ-
feſſo.& dicit quod Imol.diſputat hoc latè in.l.
fi.§.illud.ff.de appellationibus.& Anton.in.c.
fi.de confeſsis.& Bald.in.l.iubemus. §. ſanè.C.
de ſacroſanct.eccleſ.& Iõann.Andr. in additio.
ad Specul.in tit.de depoſito.§.9.verſic. verum.
& late Alexand.in conſi.145.in.6.volu.numer.
4.vſq; in fine. vbi indubitanter, idem tenet.ſ.
quòd contra iſtam fictam confeſsionem poteſt
probari contrarium,ſicut cõtra veram,per mul
ta iura vt ibi per eum.Ad quod dicit,quòd non
obſtat,quòd contra fictionem non admittatur
probatio in contrarium iuxta plenè notata in.l.
ſiue poſsidetis.C.de probatio.& in.l.fi.ff.quod
metus cauſ.& c.is qui deſponſa. quia eſt verũ,
quòd non admittitur ſuper eo , quo fit fictio.
vnde ſi vellet probare ſe non eſſe confeſſum,eo
caſu,quo agitur ſe fuiſſe confeſſum,& non poſ
ſet:ſi vero vult probare contentum in illa ficta
confeſsione non eſſe verum,& tũc poteſt, quia
hoc non repugnat fictioni.ita dicit Alexan . in
d.conſilio,quòd tenet Anto.de Butri.in.cap.ex
parte ad finem de confeſsis. allegat pro hoc gl.
notabi.in Clem.1.de prob.& bene probatur in.
l.2.§.quòd ſi actor.cum gloſſ.in verbo. rei qua-
litas.C. de iura.calum.* Et tenet Greg. Lopez
in.l.3.titu.10.part.3.in glo.fin.* ¶Ideo tu iudex
22 ſis cautus dum aliquem condemnaueris † pro
confeſſo,quia litem non conteſtauit infra no-
uem dies,ſeu quia non reſpondit poſitionibus,
vel propter aliam iuſtam cauſam iuris, quòd
ſemper in tali ſententia , ſeu declaratione pro
confeſſo recipias partem ſic declaratam,& con
demnatam pro confeſſo ad probandum quod
voluerit infra nouem dies:quia fortè probaret
innocentiam,& nil debere,& rem aliter ſe habe
re , ex quo reuocatur dicta confeſsio , propter
quam fuit condemnatus,& liberabitur,quod e-
go ſemper facio,& audio in audientia regali ita
fieri.pro quo facit textu.in capitul.ſignificanti
bus.de purg.vulg.& in.c.ex tuarum.de purga.
cano.& c.fraternitatis.de frigi.vbi tenet ſecun-
dùm Alex.in.d.conſi.quòd talis ficta confeſsio
reuocatur,quando conſtat rem aliter ſe habere.
& iſtammet ſententiam tenet Fran. de Aretio.
in conſilio.147.in columna.3.vbi concludendo
tenet,quòd contra iſtam confeſsionem fictam
iudex poteſt recipere teſtes.Quinimo tenet ibi
in.2.columna.allegando Ioann.Andr. in addi.
ad Specul.in titul.depoſitio.§.nono. verſiculo
verun tamen.quòd licet iuſſus reſpondere poſi
tionibus,& non reſpondens,habeatur pro con-
feſſo,tamẽ poteſt probare contra iſtam fictam
reſponſionem,etiam non allegato, & probato
aliquo errore:quia allegatio erroris eſt neceſſa-
ria ad excludendum conſenſum verè confiten-
tis per quem niſi probaretur , error ſibi præiu-
dicaret.Sed in ficta confeſsione non eſt conſen
ſus , ideo non eſt opus allegatione erroris.
quod eſt notandum. Et in expreſſo tenet
dictus Ioannes Andr.in dict. additione. in ver
bo,habetur.numero.3.verſicul.quòd tacens.de
quo

quo dicto nulli doctorum mentionem fecerũt,
ſed ego dubito prout de eo, imò quòd debet
probare contrarium. ¶Quinimo ſemper iudex
in iſta condemnatione fienda infictè confeſſum
ſemper attendat, videndo agentem ſi eſt ipſa-
met pars principalis, aut eius procurator, quia
ſi eſt procurator, & ante omnia non exibet, ſeu
præſentat in iudicio mandatum, quæ præſen-
tatio ſeu exhibitio requiritur vt Bar. in. l. de æ-
tate. ff. de mino. 1. colum. nu. 2. & in. l. exempla.
& ibi Iaſ. ff. de eden. & in. capitulo primo. de ac
cuſa. quia ante omnia debet ſe legitimari, vt ibi
& iudex debet pronuntiare ſuper eum. vt in
pragma. del aranzel. 2. in ordine. vbi quoq; re-
quiritur præſentatio mandati: quia non exiben-
do (hoc eſt) præſentando coram iudice manda
tum, vt ſuper procuratione feratur ſententia.
vt in. d. pragmatic. & Abba. in capitul. inter mo
naſterium de re iudi. nume. 7. reus non tenetur
conteſtari litem. nec cogitur litem conteſtari,
& etiam ſi litem non conteſtetur non eſt con-
feſſus, vt tenet gloſſ. Montal. in. l. 1. titul. 3. part.
3. in fine. quam ſequitur doctor del Caſtillo. in
procemio. legum Tauri. in gloſſa. *entendimiento*.
columna ſecunda. verſic. hinc etiam dicit glo. *
Et facit tex. & ibi Bal. in. l. dummodo certus. ff.
de procura. vbi ſi procurator conſtituitur in
abſentia, ante receptionem & præſentationem
procurationis, nil poteſt exercere: & iſta eſt ve
ra opinio, & approbatur in ſimili in mandato
iuriſdictionis. c. ex conquæſtione. de reſtitut.
ſpolia. & tenet expreſſè. gl. in clemen. 1. de pro
curato. in verb. receptis: & ita ſi procurator con
traxit anteaquam reciperet literas, non obligat
dominum, licèt Dynn. voluerit contrarium, vt
Bald. in. l. falſus. c. de furt. in medio. 6. colu. vbi
allegat dicta. glo. in. d. clemen. 1. vbi Bal. in nu.
17. & . 18. hoc ſingulariter tenet. * & ego vltra
omnes allego. Barto. in. l. filius. ff. de interactio.
vbi tenet, quòd quando iudicium non tenet,
contumax in non reſpondendo non poteſt ha
beri pro confeſſo, quod ſequitur, & dicit notan
dum Roma. conſil. 224. dicendo, quòd ex vera
contumacia, in qua quis incidit, in iudicio exi-
ſtente nullo non poteſt reſultare aliquis valid⁹
iuris effectus, & licet pars non opponat iudex
ex officio poteſt opponere, ſecundùm Roma.
ibi. * Quinimo dico ꝙ ſi iudex admitteret ſine
legitimo mandato, poteſt appellari, vt Anani.
in conſil. 93. co. 3. & Bal. in. c. 1. de reſcrip. colu. 3.
& Iaſ. in. l. non eo minus. C. de procura. & Ioan.
And. à Nevizan. conſil. 17. nu. 7. * ¶Quælibet
cauſa etiam iniuſta, excuſat à contumacia. tex.
& ibi gloſſa in lege ex conſenſu. §. fina. ff. de ap
pellatione. & in lege prima. in fine. ff. de plagia.
¶Et adhoc, ꝙ licet pars non opponat, iudex ex
officio debet opponere, & repellere procurato
rem mandatum non exibentem in iudicio. te-
net Innoc. in. cum in iure de officio delega. Ro-
ma. conſi. 170. tex. in. c. cum cauſam. de iudi. gl.
in. c. primo đ electi. in. 6. in parte abſentia. Pau.
de Caſtro in. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff.
de procur. & in. l. inter quos. §. alieno nomine.
ff. de damno infecto. Feli. in. c. primo de accuſa.
¶In tantum eſt verum, ꝙ procurator, in iudi-
cio non admittitur ſine præſentatione manda-
ti coram iudice facienda, ꝙ licet inſtrumẽtum
ſit redactum ex manu eiuſdem notarij, & nota
rius dicat, prout apparet in inſtrumento procu
rationis paulò ante per me confecto, non valet
talis aſſertio, licet dicat, ꝙ mandatum habet pe
nes ſe, ſi non eſt præſentatum iudici. Ita tenet
Ang. in lege ſi donatio. C. de donatio. & Iaſon.
in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de e-
dend. num. 7. in fin. & Philippus Decius conſi.
512. nu. 5. vbi dicit, ꝙ talia verba tabellionis non
probant. & idem in conſi. 503. num. 3. & idem te
net Guido Papa. deciſio. 19. & ita obtinui in
quadam cauſa, & quoque pluries pronuntiaui.
Et facit quod tenet Baldus in. c. primo. vt lit. nõ
conteſt. num. 11. vbi ait, ꝙ ſi procurator facit a-
lium citari, non valet citatio, niſi prius produxe
rit mandatum apud acta, & dicit ꝙ probat lex
ſingularis. in lege Si quis inficiatus. ff. depoſiti.
¶Ad quod facit, quod tenet idem Iaſon. in lege
iuris gentium. §. ꝙ ferè. ff. de pacti. num. quarto
vbi ſi in inſtrumento continetur aliquid aſſerti
uè, ſed incidenter, putà quia in eo dicitur, Sem-
pronius, qui eſt procurator Gaij, adhuc illa ver
ba aſſertiua non probant eum eſſe procuratorẽ.
¶Quinimo ſi notarius diceret in inſtrumento,
Titius procurator talis, vt conſtat tali inſtrumẽ
to, manu talis notarij à me viſo, & lecto, ꝙ per
iſta verba non dicitur probatũ mandatũ. Quod
intellige ſecundùm Iaſon. ibi ꝙ procedat quan
tum ad fauorem illius, tamen contra eum bene
probat. vt Felinus in capitulo ſicut. & alij, verſi.
& iſtud. de reſcript. & Baldus in rubrica. C. de
fide inſtrumento. num. 12. verſic. verbi gratia. *
Tamen ſi in proceſſu cauſæ talis procurator e-
xhibet & præſentat coram iudice mandatum,
ſufficit & valet quòd geſtum eſt, & quòd fieri
& agitari debet: iſta eſt. l. ſolennis in. l. 16. in. ll.
ſtili, quod nota quia ſic practicatẽ. * ¶Quod ex-
tende, quòd non ſolum condemnatus propter
contumaciam auditur, ſi comparet, imò quicun
24 que † etiam penitus extraneus admittendus eſt
ad eum excuſandum, & allegãdum cauſas inno
centiæ



centiæ ſuæ: quia licet regulariter criminalibus
non admittatur procurator. vt in lege penul. §.
ad crimen. ff. de publicis iudi. ¶Tamen alia re-
gula eſt, ꝙ vbicunq; de iure communi, vel ex
forma ſtatuti poteſt procedi contra abſentem,
& poteſt abſens condemnari, tunc in qualicun-
que crimine admittitur excuſator ad allegan-
dum cauſas innocentiæ illius abſentis, dummò
do non compareat tanquam procurator, & ſine
mandato. Iſta regula probatur in. l. ſeruum quo
que. §. publicè. ff. de procura. ſecundùm intelle-
ctum Barto. peregrinum, quem vide. & idem la
tius tenet Bar. in dicta lege penul. §. ad crimẽ. 4.
colũ. & in extrauaganti, Ad reprimendam. in
verbo, legitimè. & Ioan. And. in additio. ad Spe
cul. in titulo de procura. ſupra rubricam & licet
aliqui contradicant, iſta eſt vera & communis
opinio, & ſententia, prout tenet dictus Franci-
ſcus de Aretio in conſilio. 147. in. 3. colũ. & ꝙ ſit
vera & communis, tenet Iaſ. in dict. leg. ſi is qui
tecum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. num. 7.
¶Vbi corroborat iſtam cõmunem opinionem
quia etiam iudex ex mero officio, nõ obſtante
ꝙ quis ſit habitus pro confeſſo, non obſtante e
tiam, ꝙ ſit concluſum in cauſa, poteſt, imò de-
25 bet † ex mero officio aſſumere probationes
& informationes innocentiæ abſentis. l. prima.
§. ſi quis vltro. & ibi Bar. ff. de quæſtio. & idem
Bar. in dict. §. ad crimẽ. in. 4. col. & in. l. 4. §. hoc
autem iudicium. vbi moder. ff. de damno infe-
cto. quanto magis debet iudex admittere, quan
do cõparet tertius excuſator pro tali abſente.
quod Iaſ. dicit eſſe bene notandum: quia ex eis
poteris euadere amicum, qui aufugit, & nõ au-
det comparere coram poteſtate. Attamen dicta
pragmatica in fine ibi, *o embiado a moſtrar ex-
cuſa derecha.* videtur tenere contrarium, & . l. 7.
titul. 8. part. 3. imò ꝙ ſolùm admittatur ad alle-
gandum cauſas abſentiæ. ¶Sed ſi iudici liquet
abſentem contumacem eſſe innocentem, & nõ
26 culpabilem licet ſit cõtumax, † iudex non põt,
nec debet eũ condẽnare. Ita tenet Hyppoly. de
Marſi. in ſua practi. crimi. §. opportunè. num. 8.
allegãdo Bar. in conſil. 100. incipiente, à domi-
no Cynno de Boneuia, & alia iura, & rationes.
¶Quinimo ſi aliquis allegat cauſas abſentiæ ꝓ
27 aliquo, tales † cauſæ impediunt proceſſum in
criminali, ſecus in ciuili tanquàm contra abſen
tem, ſed bene impedit ne procedatur tanquam
contra latitantẽ. Si autẽ veniret ad plenã defen
ſionẽ, nec vtrunq; pateretur, & ſic nõ admittere
tur. tenet Bal. in. l. nec impuberes. ff. de in ius vo
can. ¶Et vide Ia. vbi ſuprà, vbi tenet, ꝙ ſtat cõis
theorica legiſtarũ, & canoniſtarũ, ꝙ cõtra fictã
cõfeſsionẽ delicti inductã à lege, vel ſtatuto ad
mittãtur probatiões in cõtrariũ de innocentia.
¶Vltra dicta per Iaſ. & alios facit, ꝙ tenet Abb.
in. c. de his de accuſa. in principi. & doct. in Cle.
paſtoralis. de re iudi. vbi videntur velle, ꝙ ſenĩa
28 † in cauſis criminalibus ſi imminet pœna mor-
tis, vel alia pœna corporalis; nunquã tranſit in
rẽ iudicatã, & trãſitus in rẽ iudicatã cauſatur ex
aquieſcẽtia cõdẽnati vt. c. quo ad cõſultationẽ.
đ re iudi. & ſcđm eũ, nullus ſit dominus mẽbro
rũ ſuorũ. vt in. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. cap. ſi
nõ licet. 23. q. 3. ergo cõdemnatus in corpore, nõ
põt aquieſcere ſententiæ. & ſubdit Abb. ꝙ hãc
opinionẽ quãdoque ſecutus fuit, quã opi. Abb.
tenet Io. de Anna. ibi. pro qua videtur tex. aper
tus & gl. in. l. vnius. §. penul. ff. de quæſtio. vbi li
tera dicit, quocũq; tẽpore reo poſtulãte defen-
ſio negari non debet, tamen hæc opinio ſaluari
põt. ſcđm eundẽ Anna. qñ eſſet cõdẽnatus ab-
ſens in cauſa capitali, per ea quæ notat Tãcre.
de Cor. in opere ſuo. 8. colu. q. 4. & plenè nota
tur in. l. nõ tãtũ. ff. de appella. & Io. de Anna. in
d. c. de his. ¶Et ꝙ talis ſenĩa lata vigore ſtatuti
cõtra cõtumacẽ nunquã trãſeat in rẽ iudicatã.
tenet in expreſſo Hip. de Mar. in ſua practi. cri
mi. §. ordine. nu. 2. & dicit, ꝙ hoc valde notat, re
fert, & ſequitur Ludoui. Boguli. in cõſi. 34. inci
piente. ſoleo. vlti. col. in fi. de quo. per. d. Hip.
de Mar. in ſingulari. 72. incipiẽte, per totã ferè
Italiã. ¶Et vide Ang. in tract. maleſi. in parte, &
ibi caput à ſpatulis. verſi. & ꝙ hoc dicitur. n. 17.
29 vbi tenet, ꝙ qñ reus † nõ eſt in fortia poteſtatis,
& eſt cõdẽnatus, ſi poſtea veniat in fortiã cõis,
debet alius ꝓceſſus formari, in quo declaretẽ ca-
ptã eſſe talẽ perſonã, quæ reperitur in bãno, &
bannũ exequẽdũ eſſe, ita dicit, ꝙ tenet Bald. in
tit. de feud. ſine culp. amittẽ. capi. 1. & idẽ tenet
Ang. de maleſi. in part. gaiũ Sẽpronij. num. 3. &
poſtea bãnitus captus recognoſcit ſe, vt ibi. &
in iſto ſecũdo ꝓceſſu põt bãnitus primã ſentẽ-
tiã, ſeu bannũ latũ ꝓbare emanaſſe ꝑ falſas alle
gationes, vel ꝓbationes, ꝙ impedit executionẽ
d. ſenĩę, ita dicit, qđ dicit Ang. in. l. qui Romæ.
§. duo fratres. ff. de verb. oblig. & Imo. ibi dicit,
quòd ex hoc infertur maxima vtilitas. & iſtam
opi. Angel. ſequuntur ibi doct. moderni ſecun-
dum Aug. de Argi. in additio. ad. d. Angelu. de
Male. in parte, caput à ſpatulis. ¶Quinimo di-
cit, quòd talis captus bannitus, qui habetur ꝓ
cõfeſſo. poſsit per viã exceptiõis impedire exe
cutionẽ ſentẽtiæ. vt per Bar. in. l. nõ videtẽ. ff. de
iud. la. 1. & ita tenet. d. pragmat. ibi, *pero ſi deſpues
de la data de la ſentẽcia fuere preſo, el proceſſo ſea vali-
do: pero ſi qſiere allegar las deſculpas de ſu innocẽcia, lo*
pueda

*pueda hazer*.&non debet audiri in omnibus,ſed
in caſibus,&ſuper rebus in.d.pragmatica con-
tentis, aliàs ſententia executioni mandatur. vt
ibi.&tenet Bald.in authen. bona damnatorũ.
C.de bonis præſcrip.numero quarto.quia vt di
cit idem Bal.in rub.C.comina.vel epiſto.quòd
30 valet ſtatutum, † quòd propter contumaciam
poſsit quis condemnari ad pœnam corporalem
&poſsit fieri executio eo ipſo quòd eſt deſcri-
ptus in lib. bannitorum. ℭ Et quòd bannitus
31 audiatur,intellige,ſi infra annum † venerit , &
ſe præſentauerit in carcere, vel fuerit captus.vt
in.l.7.titul.8.partit.3.ℭImò ex verbis dictæ le-
gis partitæ colligitur,quod etiam elapſo anno
auditur,vt in fine eiuſdem legis ibi. *mas ſeyendo*
*el viuo ſi paſſare el plazo del año ſobredicho , y deſpues*
*viniere el emplazado delante del juzgador y quiſiere*
*entrar en derecho ſobre aquello que era accuſado,y pre-*
*gonado deue ſer oydo,y ſi moſtrare pruenas, o eſcuſas de*
*rechas que le ayuden,e la otra parte no prouare contra*
*el que hizo aquello de que le hauia accuſado,entonces de*
*ue ſer dado por quito de aquel yerro,pero los bienes que*
*le auian tomado por razon de la rebeldia , no los puede*
*deſpues cobrar,fueras ende , ſi el Rey le quiſiere hazer*
*bien,e merced,hauiendo piedad del*.Ecce textu.ex-
preſſus, quòd etiam elapſo anno debet audiri
contra ſententiam latam contra eum in abſen-
tia &rebeldia,ſed non ſuper expenſis,&iſtam
credo veritatem eſſe,&ita ego facio, quòd etiã
elapſo anno audio contumacem ſuper crimine
ſi ſe præſentat,vel capitur,ſi vult allegare đ ſua
innocentia,&aliquando eum abſoluo à ſenten
tia contra eum lata in rebeldia,quidquid aliqui
in contrarium dicant,&ita in expreſſo reperio
tenere Iacobum.de Belouiſ. in ſua practica. in
parte de fuga reorum.num.decimo tertio,dicẽ
do,quòd reus relegatus,ſeu bannitus , infra an-
num veniens auditur ſuper bonis , ſed ſemper
auditur ſuper crimine,vt dicit notari. in lege.ſe
cunda.C.de requirend.reis.* Et ita dicit practi-
ca ciuilis & criminal. facta per Aluarad. quòd
iudices criminis Chancellariæ ſeruant in. 4.tra
ctatu in proceſſu facto in rebeldia fo.59.in prin
cipio.2.col.*ℭQuia dictus contumax, & banni
tus poteſt allegare & probare ſuam intentionẽ
vt dictum eſt,&etiam poteſt allegare incompe
32 tentiam † iuriſdictionis,&talis abſens retracta-
re poteſt proceſſum ſi non fuit pronuntiatum
ſuper iuriſdictionem.Et ideò optimum cõſiliũ
eſt,quòd in iſta condemnatione facta in rebel-
dia ante omnia iudex pronuntiet ſe eſſe iudicẽ
illius abſentis contumacis,quia ſi iſtam pronun
tiationem non facit,abſens enim contumax nõ
cenſetur iuriſdictionem prorrogare. vt in. l. ſi
quis ex conſenſu.C.de epiſcopa.audi.& ibi do
cto.&talis pronuntiatio tranſit in rem iudica-
tam,ſi non fuit appellatum,&facit illum iudi-
cem , &valet, &pro veritate habetur.vt tenet
ad literam Pau.de Caſtro.in.l.2.ff.ſi quis in ius
voca.non ierit.num.5. &ibi Bart.numer.8.*Et
vi ibi Bal.num.1.&.2.& vi.Felin.in.c.ſi duobus
de appellatio. nu.8. vbi latè de materia. *ℭAd
quod facit,quod tenet Hippolyt. de Marſil.in
ſua pra.crimi.§.diligenter.numer.203.allegãdo
Aegidi.de Bellame.in deciſi. 226. incipiente,in
33 cauſa,vbi ait,quòd ſi aliquis † erat clericus,&in
abſentia permiſit ſe condemnare à iudice ſecu-
lari,propter delictum,&poſtea allegauit priui
legium clericale,quòd debet condemnari in ex
penſis,quibus fatigauit actorem tardando op-
ponere dictam exceptionem.quod eſt ſingula,
&iam iſtæ expenſæ.ſ.deſprez & homizilli mi
hi fuerunt ſolutæ etiam ex mandato iudicis ec
cleſiaſtici:quia procedit contra delinquentem
in caſu mortis,&poſtea ſe præſentauit coram
eccleſiaſtico, dicendo ſe eſſe clericum,petendo
inhibitoriam cõtra me, &oſtendi dictum Hip-
polyti,&iuſsit ſoluere ante omnia dictas expẽ
ſas.quod dictum Belameræ refert &ſequitur
Feli.in.c.exceptionem.de excep. in principio.
&Domi.in capitul.1.de reſcrip.in. 6. de quo la
tè per.d.Hip.de Marſi.in.l.patre vel marito.ff.
de quæſtio.numer.85.& Alex.in.l.edicta. col.
4.verſi.teneo opinionem.C.de edendo.&idem
tenet Rogerius de Mota , doctor Valentianus
in repeti.1.part.ff.de iudicijs.numer.58.&vide
deciſio.Tholoſ.164.&aliquid per Philip. De-
cium.conſilio.241.* ſed quid ſi iudex ſecularis
ſicut non poteſt condemnare clericum, an ſi in
venit eum innocentem poſsit eum abſoluere.
glo.in auth.clericus.C.de epiſcopis. &cleri.in
quit,ꝙ ſic de iure ciuili:ſed tu tene ꝙ non,quia
deficit ei iuriſdictio,vt Bald.ibi in.d.auth.&Pe
regrin.in part.clericus.q.9.in.gl.eccleſiaſtico.*
ℭCirca iſtum tex.quæro de aliqua.q.quæ ſępe
34 occurrit,putà, † multi fuerunt in occidendo ali
quem , an omnes iſti occiſores debent ſoluere
vnum homicidium, an quilibet eorum tenea-
tur ad dictum homicidium ſoluendum.text.in
l.4.titu.de los homezillos.lib.4.for.ll. dicit,ꝙ
omnes tenentur ſoluere vnum homicidiũ, ſed
hoc intelligit ibi glo.Montal.eſſe verum,quan
do omnes citati ſuper homicidium ſunt pręſen
tes,&condemnati,ſecus ſi fuerint abſentes , &
proceſſum fuit contra eos in abſentia, &ſunt
contumaces:quia quilibet abſentium condem

nabitur



nabitur in vno homicidio,licèt ſint citati ſuper
vnius hominis occiſsione,&ad hoc allegat.l.70.
ſtyli.& eſt.l.69.quæ eſt ſingul.quam vide.&no
ta,quia ſic practicatur.quia.l.fori declarat. ℭDe
alia quæſtione,quæ ſemper vertitur inter iudicẽ
35 prædeceſſorẽ,&ſucceſſorem, † putà iudex præ-
deceſſor anteaquam expiret officiũ ſuum con-
demnauit aliquẽ in deſprece,ſeu inobediẽtia &
homicidio,&anteaquam recuperet ſuccedit iu-
dex alius in officio , cui pertineat homicidium
iſtud,&deſpreces,an iudici prædeceſſori,vel ſuc
ceſſori.Alex.in.l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ff.ſo
lu.matri.nu.11.vſq; in fine,videtur altercare. &
idẽ Alex.in conſi.7.nu.3.vol.conſi.in fin.&per
ſua dicta videtur,quod ad primũ iudicem perti-
neat,&ſic ad prædeceſſorẽ,qui cõdẽnauit: quia
ſi vnus emerat reditus iuriſdictionis pro primo
anno,&alius emerat pro ſecũdo,&in primo an
no cõmiſſum eſt maleficiũ in ſequenti verò an-
no facta fuit punitio,ꝙ talis executio pœnæ ſpe
ctabit ad emptorẽ primi anni,&hæc eſt commu
nis cõcluſio, ſecundũ Alex.&ita dicit tenere Pe
trus.de Ancha.in.c.1.ne præla.vice ſuas.pro quo
dicit,ꝙ Cy.allegat tex.in.l. quæcũq; actiões. ff.
de actio.& obliga.&in.l.is qui in puteum.§. po
ſteaquã.ff.quo vi aut clã.&in.l.fi.ff.arb.ſucceſ.
&in.l.1.§.cũ fundũ.ff.de aqua quotidi. &æſtiu.
*Et tenet Bald.in.l.extra territorium. ff. de iur.
om.iud.in.1.lect.in fi.&ſingulariter Boerius de
ciſio.5.nu.16.vſq; in fi.*Pro quo bene facit text.
in.l.1.ff.de ſtipula.ſeruo.&in.l.ſi filius.cum mul
tis ſimilibus.ff.de verb.oblig.&Bal.in.l.fi.C. de
fruct.&litis expẽſis.nu.7.iſtã.q.tangit,&nil cla
rè firmat ſecundũ Alex.ibi ſuprà quia dicit Bal.
ꝙ ſi imperator cõceſsit alicui pro ſemeſtri tẽpo
re cõmoda iuriſdictionis,&quidã in fine iuriſdi
ctionis cõmiſit delictũ,&poſtea iuriſdictione fi
nita fuit cõdẽnatus in certa quantitate pecuniæ,
dicit,ꝙ iſta pœna cum ſit fructus iuriſdictiõis,&
nondum erat recõditus in horreo,&ſic in burſa,
ꝙ pertineat ad principẽ,&nõ ad illũ,qui habuit
iuriſdictionẽ.vt in.l.defuncto.ff. de vſufruct. &
quia in pœnis criminalibus ante ſententiam nul
lum ius habemus.ff.de verb.ſignifi.l.inter mul-
ta.&.l.ſi qua pœna.eod.ti.ℭItem quia pœnę nõ
fiunt lucrũ iudicibus,niſi per eorũ ſentẽtiã. vt in
auth.bona dãnatorũ.C.de bonis præſcrip.ℭAlij
tñ dicũt ſecũdũ eum,ꝙ ſi erat proceſſum vſq; ad
ſententiã excluſiuè, ꝙ pro dãnato debet haberi
illi qui proximus eſt damnationis , ſicut hyems,
qui prope eſt,veniſſe videť.ff.de euitio.l.ſi ideo.
&quia ſi cõdẽnationes eſſent inter me & ſucceſ
ſorẽ meũ diſtributæ,cõmoda condẽnationũ per
tinent ad eum qui condẽnat.arg.l.3.§.1.ff. de mi-
no.ℭEt ſi ſtatutũ dictat,&condẽnationũ cõmo
da pro certa parte ſint iudicũ,&iudex à quo con
dẽnauit,&etiã iudex ad quẽ condẽnauit , nõ eſt
commodũ cõmune,ſed ſolius iudicis à quo, licet
executio ſententiæ fiat per iudicẽ ad quẽ.arg.in.
l.ſi filius.ff.de verb.oblig.quia iudex ad quẽ po-
tius videtur eſſe confirmator, quã diſpoſitor , &
cauſa prima magis influit in cauſatũ, quã ſecũda:
erit ergo iudex ad quẽ executor,ſed nõ comodũ
ſentiẽs.Iſtã ergo quaſi falcidiã condẽnationis de-
trahit primus iudex,quaſi prima cauſa,cum ſen-
tentia ſit actus per ſe perfectus vt tenet Bal.in.d.
l.fi.C.de fruct.&in expenſ.vbi clarè firmat,ꝙ di
ctum homicidiũ pertineat ad iudicẽ,qui condem
nauit & nõ ad ſucceſſorẽ.Et poſtquã hoc ſcripſi
facta eſt.l.86.per ſereniſsimũ principẽ Philippũ
nomine ſui genitoris Caroli regis in curijs , quas
habuit Valliſoleti anno.1548.vbi diſponitur , ꝙ
iudices cancellarię in gradu appellationis nil per
cipere debẽt ex pœnis,quæ pertinent ordinario
iudici,ſeu correctori,vel loco tenenti,qui in pri-
ma cauſa pronũtiauit.*Et idẽ tenet Ange. in.l.ſi
poſſeſſor.§.1.ff.de peti.hære.vbi etiã dicit,ꝙ iſtę
pœnæ & cõdemnationes debeantur primis iudi
cibus,qui condemnationes fecerunt,licèt actuali
ter non exigerũt,&nõ ſucceſſoribus in officio.*
Sed pertineant iudici , qui primò pronuntiauit,
licet Alex.dicat,ꝙ Bal.nil firmat, &ipſemet A-
lex.in.d.§.ſi vir in fundo.in fine putet eſſe diſtin
guendũ in hoc caſu.ſ.aut habet cõmodum iuriſ-
dictionis ex cauſa oneroſa , &tunc primo iudici
ſolui debet,aut ex cauſa lucratiua,&tunc iudici
ſecũdo ſolui debet,&ſic ſucceſſori. Et ita dicit ꝙ
tenet Bal.in.l.diuortio.vlt.col.ff.de verb.oblig.
ſed Iaſ.in.l.more.ff.de iuri.om.iudi.nu. 25. cum
iſta diſtinctione non trãſit:imò dicit, ꝙ iſta alle-
gatio Bal.eſt corrupta,quia Bal.nil dicit.ℭEt fa-
36 cit, † quia in delictis initiũ ſpectãdũ eſt,vt ſciamꝰ
ad quẽ ſpectat punitio.l.ꝙ ait lex.§.1.ff.de adult.
vbi per Bar.&Bal.in.ca.1.§.iniuria. de pace iura.
firma.&in.c.olim.ad finem.de dolo & contu. &
vi.gl.in.c.principatus.1.q.1.vbi tenet, ꝙ initium
ſpectandũ eſt.&ibi vi.quãtum valeat bona fides
à principio.&in.ca.dudum.el.1. de elect. ℭEt ꝙ
iſtæ expenſæ pertineant ad primũ iudicẽ,qui cõ
dẽnauit,tenet in expreſſo Alex.in conſi.in.d.7.
lib.3.verſi.4.allegãdo Bal.in.d.l.fi.&alia iura. &
per alia fundamenta loquentia in gabellario , vt
ibi per eum.de quo per Bar.in.l. ſuſceptores na-
uicularũ.C.de ſuſcepto.&arcari.lib.10. &hoc te
ne reiecta cõcordia Alexã.quia ibi loquitur ante
condẽnationem latã,quia tunc ante cõdemnatio
nẽ,pœna nõ dicitur debita fiſco, nec habenti cau
ſam ab eo.l.ſi qua.ff.de verb.ſigni.&in.l.ſi alius.

Y §.1.ff.

§.1.ff.eod.&.l.iudiciorum. ff.de accuſa.& notat Bar.in.l.an fertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſci ergo cũ fructus dictæ pœnæ non cenſeantur percepti an te ſententiã,ſed tantùm ſeminati, vt quia nulla inquiſitio,nec condemnatio facta fuit,nõ debet cedere lucro primi iudicis,qui in hoc fructuari⁹ eſſe cenſetur.vt in.d.l.defuncto.ff. de vſufru. & in.l.ſi vſufru.menſem.ff.quibus modis vſufruc. amit.ſed ad ſequentem iudicem ſi condẽnet.pro quo ſecundùm.d.Alex.facit.d.l.ſuſceptores. C. de ſuſcep.& Annã.lib.10. ¶ Poſtea inueni Paridem de Put.in.d.tracta.Syndi.in parte, prouentus.folio.318.in libro portatil. vbi ſatis ad longum iſtã.q.examinat,& remanet, ꝙ pœnæ banni,vel cõmoda iuriſdictionis ſunt primi iudicis ſi condẽnauit,& non ſucceſſoris, allegando Cy. & Petr.in.l.fin. ff.de iuri.om.iudi.per.d.l.is qui puteũ.§.ſi poſtea.ff.quo vi aut clã.& per.l.defuncta fructuaria.ff.de vſu fru.& ſe quẽdo Bal.in.d. l.fi.C.de fruct.& litis expẽſ.& dicit ibi nu.4. ꝙ in regno ſuo obſeruatur, ꝙ primus officialis non poteſt petere prouentũ delicti cõmiſſi ſuo tempore niſi ipſe condẽnauerit delinquentẽ, & etiã
37 ſi delinquens appellauit,† & interim iudex,qui condẽnauit,fuit amotus ab officio, ꝙ ſi ſentẽtia cõfirmatur, ꝙ cõmoda,& pœna erit ipſi⁹ condẽnãtis.Et etiã ſi cõpoſuerit & dederit terminũ ad ſoluendum,& interim fuerit remotus, quia erat iudicis componentis,& non ſucceſſoris.& ita ſæpe pronuntiatur, ꝙ iſta commoda primi iudicis ſunt,& non ſucceſſoris,maximè ſi ſunt recondita à primo iudice.vt Bal.in.d.l.fi.& idẽ tenet noſter Mõtal.in.l.4.tit.17.lib.fori.in glo.*tres quintos*.quẽ vide,& ꝙ pœna,quæ debetur ratione delicti cõmiſſi,pertinet ad primũ iudicem, & non ad ſecundum.Eſt cõmunis opinio ſecundũ Boeri.deciſi.5.nume.2.& poſtea fuit edita dicta lex, quæ hoc ita tenet,& diſponit in.d.curijs Valliſoleti anno.1548.petitione.86.¶Guido papa.in deciſio.535.tenet contrariũ,loquendo in arrendatoribus caſtri cum iuriſdictiõe: quia ſi in primo anno fuit cõmiſſum delictũ,pœna debetur ſecũdo arrẽdatori per.l.explicãdi.C.de accuſa.ibi cuius finis in iudicibus poteſtate.& per.l.furti.§.ſin autem.ff.de his qui not.infamia &.l. cum poſteriori iudicio.ff.ad Trebel.¶ Quod non obſtat,quia. d.Guid.loquitur quando eſt cõmiſſum delictũ, & arrẽdamentum ſeu conductio expirat ante cõdemnationẽ ſecus in noſtro caſu,quia iam eſt cõdẽnat⁹.& ideo tenet Bertach.de Firmi. in ſuo aureo reper.in parte, officialis executor.verſi.16.p d.Bal.in.d.l.fi. ꝙ ſi ex forma ſtatuti de condẽna
38 tionibus pœnarũ† officialis exequẽs debet habere quartã partẽ pœnæ, qñ prędeceſſor condẽnauit,& nõ fecit executionẽ,tũc officialis cõdẽnãs eã lucratur.ſecus ſi loqueretur ſtatutũ de executionibus,quia tunc executor inſpiceretur,nõ cõdẽnator,quod dicit eſſe notandũ, quia quotidianũ.Quod facit ad multas leges hui⁹ regni, ad iudicãtes partes condẽnationũ iudicibus,vel executoribus,& facit quoq; ad tex.in.c.10.ſupra eo. & ad.l.3.tit.13.lib.5.in ordi.reg. vbi loquũtur de executorib⁹, qui debẽt habere decimã rõne executionis,quia licet primus iudex cõdẽnet,& ſecũdus iubeat executioni.d.ſentẽtiam, executor iſtius iudicis ſucceſſoris debet habere decimam executionis,quia lex loquitur de executoribus. ¶Adde quoq; vnum quod mihi eſt ſingula.ꝙ ſi
39 varo,vel princeps† cõceſſit officiali officiũ, vel locauit cũ aliquo pacto omniũ obuẽtionũ & cõmoda,& fructus iuriſdictionis,& quidã de illa iuriſdictiõe offendit principẽ ꝓpter qđ debeat perdere bona, ꝙ talis officialis nõ habebit partẽ de illis bonis:quia qñ alicui cõfertur ob vindictã,vel iniuriã ꝓpriæ perſonæ,alteri nõ cõfertur.l.2. §. emãcipatus.ff.de colla.bono.tenet Bal.in.c.1.de capi.qui curiã vẽd.pœnæ aũt,quę deſcẽderẽt ex delictis inter alios cõmiſſis venirẽt cõmunicãdi per notata per Cyn.in.l.fi.ff.de iuri. om.iud. Et ideo capitanes,& iuſtitiarij habentes cõmoda,& ꝓuẽtus ſuę iuriſdictiõis,nõ habẽt cõmoda,prouẽtuũ,& pœnarũ delinquẽtiũ in perſonã principis,vel varonis cõcedẽtis.vt tenet.d.Par.de Put. in.d.tract.in.d.parte,prouẽtus,quaſi in fine, vbi etiã dicit, ꝙ nõ præſtãtur huic officiali cõductori ea,quæ præſtãtur vel donãtur principi in ſuo iucũdo aduẽtu:quia illa præſtatio concernit perſonã cõcedẽtis,& nõ patrimoniũ eius.arg.in.d.l. diuortio.§.quidquid.vide ibi per.d.Par.de Put.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſus,in quibus quis pœna mortis punitur.*

b
1
# Muerte.

el culpado merezca pena de muerte, [b] ſo la dicha pena.

[b] Caſus, in qbus† poſſit qs ad mortẽ perſonaliter condẽnari ponit.77.Bonifaci⁹ de Vitali.in ſuo opere maleficiorũ.in rub.quib⁹ de cauſis qs poſſit ad mortẽ vel in mẽbro cõdẽnari.vbi per eũ ſing. Et quoq;.Bal.ponit quaſi iſtos & alios in.l. data opera, 3.col.nu.9.C.qui accuſare nõ poſſunt. ¶Vbi dicit, ꝙ delicta cõmittũtur quatuor modis.ſ.facto, dicto cõſilio,& ſcriptura.vt in.l.ex maleficis.ff. de actio.& oblig.& per legẽ nominatim imponitur pœna mortis in caſibus,vt ibi p eũ. Alios ponit ipſemet Bal.in. c.1.§. iniuria punitur de pace iura.firmã.in vſi.feu.nu.8.&.9.¶Et vide tu Guiller.Bout.ĩ tomo.15.tract.fol.177. vbi enumerat. 49.caſus,in qbus pœna mortis ſpecificè à lege eſt impoſita & quia pauci hos tractat⁹ habẽt,ſunt q ſequũtur.¶Lapidãs chr̃ianũ odio nominis Chriſti.l.1.C.de iudæis.¶Qui virginẽ rapit.l.1. C. de rapt.virg.&.l.3.tit.2.part.7.¶Qui idolis ſacrificat.C.de ſacar.l.1.¶Qui officia diuina turbat.l.ſi quis in hoc genus.C.de epis & cleri.¶Qui contra naturã luxuriatur.l.cum vir. C.ad.l.Iuliã.de adult.¶Qui ſciẽter ſe rebaptizauit.C.ne ſacrũ bapt.reit.l.2.¶Qui in ſilice ſignũ crucis ſculpit.l.1.C.nec lice.ſign.ſal.¶Qui emit muricẽ,& tingit purpurã.C.quæ res vend. non poſ.l.1.¶Qui muros ciuitatis violat.l.fi.C. de rerũ diui.¶Proditor principis.l.quiſquis. C.ad.l. Iuli.maie.¶Parricida.l.1.C.de his q parẽ.occide. ¶Homicida occidi debet.l.3.C.đ epiſ.au.& apocaly.c.13.c. ſcilicet. ſeptupli. vt in. c.11. ſuprà eo. ¶Frãgẽs pacẽ iuramento firmatã.c.1.§.ſi quis,de pace iura.firm.¶Cõcitãs populũ,dicẽdo, viuat, vel moriatur.l.1.C.de ſeditioſis. ¶Si ſeru⁹ dominũ ꝓdit.l.capitaliũ.§.igni.ff.de pœnis. ¶Seruus dominã vitiãs. l.1.C.de mulier.quæ ſe ꝓprijs ſerui.ſupp.¶Adulter.l.quãuis adulterij.C.ad.l.Iul. de adul.¶Cõmentariẽſis,qui reũ mortis emiſit. l.ad cõmẽtarienſem.C.de custo.reorũ.¶Faciens priuatũ carcerẽ.l.1.C.đ priu.carceri.¶Erigẽs furcas ꝓpria authoritate.l.3.§.fi.ff.ad.l.Iulia. maie. ¶Miles ſociũ cõmilitonẽ feriẽs.l.omnẽ delictũ. §.ſi quis.ff.de re milita.¶ Qui in præpoſitũ domini, vel capitaneũ manus intulit.d.l. oẽ.§. qui manus.¶Iudex, qui pecuniã publicã ſubtraxit Inſtit.de publi.iudi.§.ſi lex.¶Miles qui fugit in bello integra acie.d.l.omne.§.qui in acie.¶Qui maius ſacrilegiũ facit.l.ſacri.ff.ad.l. Iuli. pecula. ¶Si actor caſtaldio.vel procurator ſubiectũ deprędabit.l.vniuerſi.C.vbi cauſę fiſcal.¶Qui monetã falſificauit.l.fin.C.de falſ.mone.¶Mulier, quæ ſe animali bruto ſubiecit.c.mulier.15.qõ.1. ¶Qui incendiũ facit.l.qui ædes.ff. de incen.rui. naufra.¶Cõfugiẽs ad hoſtes.l.ſi qs aliquid.ff. de pœnis.¶Fautores ſeditionis.l.fautores. eod. tit. ¶Patriæ ꝓditor.C.de abolitio.l.fallaciter. ¶Latro in itinere,vel nemore deprædãs.l. capitaliũ. §.craſſatores.ff.de pœnis.fur famoſus.ead.l.§. famoſos.¶Tutor corrũpens pupillã.l.1.C.ſi tutor eã.& cuſ.¶Qui man⁹ in ſe infert. l. ſi qs aliquid. ff.de pœnis.¶Miles turbator pacis.l.fin.ff.de re mili.¶Qui fulſit hoſtes,& eis vendit arma.¶Tenens puellam in lupanari.vt in authen. de leno. collati. 6. ¶Homines caſtrans.l.1.C.de eunuch. ¶Qui effracto carcere fugit.l.prima.ff. de effracto.carce. ¶ Miles cuſtos, qui captiuum dimiſit.l.ſi quis aliquid.§.miles.ff.de pœnis. ¶ Qui pregnantem necat. l. ſi quis aliquid. §. abortionis.ff.de pœnis.¶Author aggreſſuræ & violẽtię vbi cædes facta eſt.l.quoniam.C.ad.l.Iuliam de vi.publi.¶Recipiens malandrinos.eod.tit.l. prima.¶Miles,qui ne pugnet, debilem ſe fingit. d. l.omne delictũ. §.continuũ.¶Iudex matrem familiãs in publicum vocans.C. de offi.diuerſo iud.l.prima. ¶Qui ripas defluit. C. de nili.agge.non rump.¶Scribẽs falſum immunitatis inſtrumẽtũ.l.1.C.de immunit ne.cõced. lib.10.¶Tu adde vnum mẽti tenendũ, ꝙ principes populi adorãtes falſos deos, ſuſpendũtur in patibulis cõtra ſolẽ. ¶Et ita põt dici, ꝙ principes,& reges hoſtiũ ſi deprehẽdũtur,debẽt ſuſpẽdi in patibulis,ſed vltra eundẽ diẽ nõ debẽt morari.vt habetur Num.c.16.& Deut.c.10.& Ioſ.c. 9.¶Ex quo apparet ſcđm eundẽ Bal. ꝙ ſchiſmatici,q adorãt falſam eccleſiã,ſi in bello capiũtur, debẽt furca ſuſpẽdi.qđ nota cõtra iſtos Lutheranos nr̃i tẽporis.¶Alius caſus eſt in eo,q tãgit, & reſonat,ſeu repicat cymbala ſine iuſſu prætoris. vt in.l.5.ti.10.lib.4.in ord.reg. de quo per Abb. in.c.fi.de teſtibus cogẽd.nu.4.& Ang.in.l. nul. ff.qđ cuius vniuerſi.nomi.col.2.& in.l.obſeruare.C.de decurio.lib.10.¶Alius eſt in eo.qui vulnerauit aliquẽ p inſidias cõſilio,vel locutione,licet vulneratus nõ moriatur.vt in.l.2.tit.13.lib.8. in ordi.rega.& tenet Pla.in.l.ſemel.C.de re mili.lib.12.in fi.& vide Montal.in.d.l.ordi. in parte,occidẽs.& in.l.2.tit.*de los homezillos*.libr.4. foro.ll.& in.l.8.tit.5.eo.foro.libr.1.in gl.fi.¶Alius eſt ſi cuſtos carceris cognouit captã.Ioã.Fab.in. §.itẽ lex Iulia.Inſti.đ publ.iudi.nu.5.& Mõtal. in ſuo reper.ll.ord.in parte cuſtodes carceris,qđ habet locũ,etiã ſi capta ſit meretrix.vt doct.del Caſt.in.l.62.de Toro in gl.fi.in fine & Hipp. de Marſi.in.l.1.ff.ad.l.Corne.de ſicar.nu.8.quia punitur,ac ſi acceſſiſſet ad honeſtã.& Gui.pap. ſingu.689.§.cõmentariẽſis.& deciſsiõe.448.& latè Par.de Put.in tracta.ſyndica.in parte,adulteriũ officialis.foli.43.& Pau.Grill.in tract. de pœnis omni fari.cohit.verſi.13.*Et vi.quæ dixi infrà.in ca.47.in gl.*manceba publica*.nu.6.in fi. *¶Ali⁹ eſt in mãdante fieri aſſaſsinamento,quia licet mors non ſequatur, tenetur pœna mortis.text. & ibi Mõtal.in.l.2.ti.27.par.7.& in.c.1.de homi.in.6. & tenet Auguſti.in additio.ad Ange.de maleſi. loquendo in aſſaſsino.in parte,& Sempronium Rodul.manda.verſi.& bene nota.nu.4. ¶Quod intelligo,quãdo mãdatarius peruenit ad actum

 occiden-

occidẽdi.vel percuſſit,ſeu vulnerauit animo occidendi,quia tunc mãdãs,& mandatarius puniũtur,quia facere videtur.l.ſi mandat.ff.de ſolu. ſecus autẽ ſi non peruenit ad actũ.vt tenet Bonifacius de Vitali in.d.tract.malefi. in parte quid ſit accuſatio.verſic. corã vobis & cuſ.v.ſyndicus & ſyndicario nomine.nu.110. ¶Et additionatoribi dicit,ꝙ debet puniri pœna ordinaria:quia vbicũq; mãdatũ habetur pro perfecto in ſe, tunc tale mandatũ punitur pœna ordinaria,acſi delictum principale fuiſſet cõmiſſum per tex.in.c.pro humani.de homi.in.6.¶Cõtrariũ tñ tenet Bar.in.l. ſed ſi vnus.§.ſeruus meus.ff. de iniurijs.& Paul. de Caſt.in.l.ſi per aliũ. ff. ne quis eum qui in ius voca.quia qui mãdat aliquid fieri,non dicitur verè facere,ſed interpretatiuè.l.1.§.deieciſſe.ff. de vi.&vi arma.in gl.in verb.videtur.& Bar.ibi. & iſta eſt cõmunis opinio ſecundùm Alex.in cõſi. 65.in vol.4.col.2.nu.13. vbi in dict. conſili.iſtam q.altercat.& in ſpecie,ꝙ in mãdante cõmitti homicidiũ nõ cõprehendatur pœna ſtatuti puniẽtis homicidas in terminis.tenet Bal.in.l. nõ ideo minus.C.de accuſa.10.col.verſi.ego reuertor. & Alex.in.d.conſi.nu.17.quia mandatũ non eſt licitũ.& ideo ille qui fecit non fecit de neceſſitate legali,quia rei turpis nullum eſt mandatũ, tunc ille,qui mandat,verè non facit ſed interpretatiuè.¶Attamẽ dicit,ꝙ Bar.in dict.l. ſed ſi vnus.§. primo.ff.de iniuri.concludit,ꝙ aut verba legis, vel ſtatuti ſunt ſcripta in rem,aut in perſonã, ſi in rem, vt quia ſtatutum dicit pro homicidio ſit pœna capitis,& tunc punitur eadẽ pœna mãdãs, aut ſunt ſcripta in perſonã, quia dicit,ſi quis occiderit,& tunc ſtatutũ non cõprehendit mãdantem,& ita idem determinat Bar.in.l.aut quia licet.§.fi.ff.quo vi aut clam.& in.l.hęc verba.ff.de adult.& cũ iſta opinione tranſit Alex.in dict.cõſilio de quo per eundem copioſiſsimè in. l.3.§. ſi procurator.ff.quod quiſq; iure.& in.l.Gallus.§. quid ſi.ff.de libe.& poſthu.ſed hoc intelligit in mãdante delictũ fieri ſine pecunia, & tunc licet non puniatur,eſt verũ pœna ordinaria. Sec⁹ alia pœna:quia tunc arbitraria pœna punitur. tenet Bar.in.l.nõ ſolùm.§.ſi mandato.ff.de iniuri.ꝓut tenet dictus Additionat.ad dictũ Bonifacium de Vitali.vbi ſuprà.¶Sed ſecus eſt in mandãte, & dante pecuniam,vt delictum fiat,& ſic in aſſaſſinatu:quia ſi proceſſum eſt ad actum,punitur ordinariè, vt dixi,mandator,& mandatarius. vt tenet Angel.in tracta.malefi.&ibi Auguſti.in additio.in parte,& Sempronium Rodulph. mandatorem.verſi.vnde Saly.num.6.quinimo dicit ibi Auguſti.in additione,quæ eſt in num.7.verſi.quæro ſecundò. Quod mandans punitur pœna ordinaria delicti, licet delictum nõ ſit poſtea ſecutũ poſt mãdatũ,ꝙ dicit eſſe ſpeciale in aſſaſſino,vel quia facto illo mãdato delictũ erat perfectũ,nimirũ ſi puniatur pœna ordinaria,ac ſi delictũ principale eſſet cõſummatum ſecundùm Ioan.Andr.in regula.in pœnis,de regu.iur.in.6. in mercuria.& ſic infert Aug.vbi ſuprà quod vbi mandatũ habetur pro delicto perfecto in ſe, tũc tale mandatũ punitur ordinariè, ac ſi delictũ eſſet conſummatũ & aliter ad dictũ.c.pro humani.non poſſumus fugere.Tamẽ dicit ꝙ cõtrariũ tenet Dy.& Ang.& Ang.in.l.itẽ apud.§. ſi curauerit.ff.de iniuri.vbi dicit,ꝙ ſi in aſſaſsinamẽto homicidiũ non ſequitur,non punitur mandans. Quod dicit Auguſt. verũ, ꝙ non puniatur tanquã de homicidio ſed pœna extraordinaria, vt ibi per eum.Sed ego nõ deuiarẽ à texr. ſi adactũ fuit proceſſum:quia vt tenet glo.in.d.c.1. de homi.per ipſum mãdatũ eſt delictũ cõſummatũ & perfectũ nõ mirũ ſi puniatur ordinariè propter delicti enormitatẽ,licet dicat Aug.in.d.additiõe allegãdo Ange.in quodam cõſilio,ꝙ bene faciet prīceps,ſi cõmutet illã pœnã mãdatis fieri aſſaſſinamentũ in pecuniariã,licet aſſaſsinus debeat decapitari,ex quo delictũ nõ eſt cõſummatũ,& mors nõ eſt ſequuta.Et etiã ſi cogitabit, & aliqd egit,ſed nõ ꝑfecit,punit:& in iſto caſu aſſaſſinat⁹ nõ ꝓdeſt pœnitẽtia,ſed punit criminis cõſciẽtia.ſcđm Domi.ibi in.d.c.1.fi.col.verſ.gl. in verbo,mãdauerit.& dicit eſſe nouus caſus. ¶Ali⁹ caſus,in quo punitur criminis cõſciẽtia eſt in hæretico.vt in.c.ad abolẽdã.de hereti.& in.c.excommunicam⁹.§.credẽtes.¶Ali⁹ in crimine læſę maieſt.vt in.l.ſiqs.C.ad.l.Iuli.maie.¶Alius in cõciẽte ſibi mortẽ.ff.de bonis eorũ.l.3.primo reſpõſo. ¶Alius in extrahẽte de eccleſia fugientẽ ab illa. C.de his, q ad eccleſi.cõfug.l.fi.§. ſicubi quia in iſtis caſibus ſcđm Domi.in.d.c.1.non excuſat qs à pœna tẽporali,quantũcũq; pœniteat,eſt tñ locus pœnitẽtiæ ſpirituali,& reconciliatione diuina,ſecũdùm eũdẽ.¶Quinimo in probatione huius delicti aſſaſſinatus nõ requirũtur exactę probationes, ſed ſufficiũt ꝓbabilia argumẽta ſcđm Domi.in.d.ca.1.de homicid. col.4. & hoc credo propter horribilitatẽ iſtius delicti. ¶In tantũ,ꝙ ſi clericus cõmittit tale delictũ aſſaſſinatus, põt puniri per iudicẽ ſecularẽ abſq; aliqua degradatiõe,q̃a eſt diffidat⁹ à iure canonico. vt in. d.c.1. & diffidati ꝑ ius canonicũ,vident degradati ipſo iure.qđ ẽ mihi notãdũ ſcđm eũdẽ.Domi.ibi i fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum an poſſunt correctores facere cum ſuis officialibus ſuper iura, & expenſas.*

No



a NO arrendara. [a] Quod hodie malè ſeruatur,licet hic, & in prouiſionibus officiorũ caueatur, ꝙ iſta non locent correctores iſti cupiditate capti. contra iſtum tex.

*Prætorum. Cap. XVI.*

ITem que el dicho aſsiſtente, o gouernador, o corregidor no arrẽdara,[a] ni cõſintira arrẽdar los officios de alguazilazgo, ni el de las entregas, ni carcel, ni almotazenagos, ni los plazos, ni alcaldias, ni mayordomias,ni ſcribanias, ni otros officios q̃ tuuiere por reſpecto de ſu corregimiento directe ni in directe, ſo pena que pague lo q̃ anſi lleuare con otro tanto para la nr̃a camara.

& ſuã cõſciẽtiam aliter faciunt, quia ſæpe de his iuribus& expẽſis pactũ faciunt cum ſuis officialibus, maximè cum algazelis,& executoribus:& hac de cauſa i iſtis officijs ſubrogãt perſonas viles, pauperes, & miſerabiles, qui non audẽt iuſſa ſua executioni mãdare, nec rectè, nec cũ honore officia ſua exercent: quod quidẽ pactum aliquando volũt facere cum ſuis locũ tenẽtib⁹, maximè cum paruis,& inſipiẽtibus literatis, & fauore carentibus. *Vi.quę dixi. ſuprà.ca.4.in. gl.*eſcojan.*& in ca.1.in.glo.*fiel.* nu.42.in additione.* ¶Attamen in conſilio regali video dimittere ſine punitione tale pactum factum cum algazelis,& credo eſſe propter iura decimarum,quæ ex executionibus percipiunt, quia aliquando ſunt in magna quantitate: & ſi illi algazeli omnia integra reciperent,eſſent ſibi vtilia,quam correctori ſuum officium correctoriæ.Et pro iſta diſsimulatione procerum regalij cõſilij facit, ꝙ locatiõis appellatione in ſtatuto non cõprehẽditur locatio miſta faciẽs trãſitum in aliũ cõtractũ vẽditionis,vel pacti,vt tenet Alex.in cõſi.28.vol.4.nu.3.per.l. ſicut emptio. §. 1.ff.locatio.& per alia iura, vt ibi per eũ. Et facit quoq; quia vbi cauſa requiritur ad exẽtiã actus, nõ ſufficit illã haberi pro ſubſiſtẽte, niſi verè eã ſubſiſtere probetur.vt tenet Alex.in cõſi.27.eo. li.nu.10.per tex.in.l.ſi fortè.ff.de caſtrẽ.peculi. Tñ tex.noſter diſponit cõtrariũ, quia non poſſunt iſta officia locare,nec pactũ ſuper ea facere, in quãtũ dicit directè,ni in directè & in hoc declaratio regia eſſet neceſſaria, maximè in pactis factis cũ algazelis,quia fit contrariũ,vt dictũ eſt & in locũ tenentibus melius aliqñ ſeruatur, & iubetur cuſtodiri per pragmaticam factã per noſtrũ Principẽ Philippũ nomine ſui patris regis Caroli,in curijs qs habuit Valliſoleti anno.1548. petitione.40.& in petitiõe.60.in eiuſdem curijs extẽdit hoc ad dominos villarum, & locorũ, vt non poſsint locare officia hic contenta in noſtro tex.quod eſt optimũ, quia ſæpè domini tẽporales & quotidiè locant dicta officia,quod eſt contra ius.*Imo algazellus officium arrendans, vel arrendatum recipiens ab officio, inhabilis efficitur.l.16.tit.14.lib.2.ordi. & Peregrin. in part. algazellus in fin.& in parte officium. colum.3.*

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum,ſeu lex debet eſſe honeſta, & omnibus communis.*

2 *Statum continens iniquitatem,an ſit nullum.*

3 *Statuta collegiorum poteſtas tenetur ſeruare, niſi ſint contraria iuri communi, vel municipali illius loci.*

4 *Statutum ſpeciale præualet generali.*

5 *Statuta, quæ non ſunt bona, poteſtas ea non tenetur ſeruare, etiã ſi iurauit ſtatuta ciuitatis.*

6 *Statuta iudex non ſeruans ex iuſta cauſa, vel euidenti vtilitate publica, non tenetur de hoc in ſyndicatu.*

7 *Statuta quæ ſunt contra libertatem eccleſiæ iudex non tenetur ſeruare.*

8 *Statutum prohibẽs alienationem fieri in eccleſiam, vel clericum, an valeat. vi. hic late.*

9 *Statutum laicorum, an comprehẽdat clericos.*

10 *Epiſcopus inter laicos obligatur ad obſeruãdũ ſtatuta laicorũ, ſi ſunt rationabilia, bona, & æqua.*

11 *Si ſtatuto laicorum cauetur, quòd ſi quis vẽdit frumẽtum, ſoluat duos denarios pro libra, vel ſi dicat, quòd nullus retrahat victualia ex*

 *diſtri-*

*diſtrictū, an ſub eo comprehendantur clerici.*
12 *Statutum laicorum, quòd animalia clericorū, vel eccleſiarum à ſuis paſcuis arceantur, an valeat.*
13 *Si per ſtatutum ſubditi prohibētur acquirere, an comprehendantur acquirere volentes ab eccleſia.*
14 *Statutum, quòd conſanguinei clericorum nō emant non valet.*
15 *Statutum factum in fauorem clericorum, vel eccleſiarum, non poteſt reuocari.*

a BVenas. [a] Nota text. ꝙ ſtatu
1 tū, † ſeu lex debet
eſſe rationabilis, honeſta, & omni
bus cōmunis. vt in. c. erit autē lex.
4. diſtinct. & ideo dicit Bartol. in. l. omnes popu
2 li. ff. de Iuſti. & iur. quòd ſtatutum † iniquitatem
continens, eſt nullum ipſo iure facit text. in. ca.
cū omnes. de cōſtitu. ❡ Sed dicit Alexā. in. l. 1. ff.
quod quiſq; iur. n. 4. ꝙ licet ſit iniquū valet per
l. proſpexerit. ff. qui & à quibus. etiā ſi dolus in
eo interueniat. vt. in. l. 2. ff. eod. quod quiſq; iuri.
& Felin. in. d. c. cū omnes. 2. colum. & idem tenet
Iaſ. in. d. l. 1. nu. 5. dicēdo, ꝙ valet, donec per ſupe
riorē corrigatur, ſecus ſi eſt impoſsibile. ❡ Et fa-
cit. l. fi. ff. de collegi. illici. vbi tenet, ꝙ poteſtas te
3 netur ſeruare † ſtatuta collegiorum, niſi ſint con-
traria iuri communi, vel municipali illius loci,
prout tenet Gandi. in ſuo tracta. maleſici. in par
te, de obſeruantia ſtatutorum. nu. 8. & debet ſer
uare quā publicè intereſt ea ſeruare. vt Bart. in. l.
nauiculariorū. C. de nauicul. lib. 11. & tūc debet
ſeruare ad corticē, & vſq; ad tenorem eius, ſecū
dum Bald. in. l. 1. C. vnde vir, & vxor poſt princi
piū. nu. 2. per. l. quidā in filiū. ff. de verb. oblig. &
ſufficit ſeruare illud, quod ſtatuta volūt. vt gl. in
l. 2. C. de iure domi. impe. & glo. & ibi Bald. in. c.
quoniam frequenter. §. ꝙ ſi ſuper. in fi. vt lit. nō
conteſta. tenet ꝙ aſſeſſor ſtatutis municipalibus
debet inhereri. quod dicit notandum. ❡ In tantū
poteſtas tenetur ſeruare ſtatuta, ꝙ nō valent re-
ſcripta, & impetrationes, quas faciunt aliquæ po
teſtates terrarū, vt habeāt arbitria ſuper maleſi-
cijs in loco commiſsis, vel dum impetrant abſo-
lutionem ab ſtatutis contra formā ipſorum ſta-
tutorū ſuper hoc loquētiū, quia eſſet cōtra publi
cā vtilitatē, & cōmodū publicū. vt tenet Ioan. de
Plat. in. l. vnica. C. de piſtori. libr. 11. imò dicit, ꝙ
nō debet pati rector ciuitatis aliquid cōtra. l. ciui
tatis fieri. C. de iure reipubli. l. 1. eod. libr. ❡ Sed ſi
4 in eodē volumine reperitur generalè, † & ſpecia
lè, ſemper ſequēda ſunt ſtatuta ſpecialia. vt tenet
Bal. in. l. cohæredi. §. qui patrē. ff. de vulgar. & pu
pilla. ❡ Et ſi ſtatuta nō ſunt bona etiā ſi poteſtas
5 † iurauerit ſeruare ſtatuta ciuitatis, & cōſuetudi
nes, nō tenetur ſeruare, niſi laudabiles, & præſcri
ptas, ſecundum

*Prætorum. Cap. XVII.*

OTroſi, que vean las ordenāças de la dicha ciudad, o villa, o partido que fuere a ſu cargo, y las q̄ fuerē buenas, [a] las guarde, y haga guardar. Y ſi viere que algunas ordenanças ſe deuen

Inno. in. ca. dile
cti. de maior. &
obedi. & Ange.
in. d. l. omnes po
puli. in fine. &
Gādi. vbi ſuprà,
nu. 11. vbi ait, ꝙ
ſi ſunt mala, &
iniqua, ſi non
vult, nō tenetur
ſeruare, etiam ſi
iurauerit. vt. ff.
de pactis. l. cōtra
iuris. §. ꝙ ipſū.
& in concordan
tijs in gl. ibi po-
ſita, in verbo, ni
ſi in caſib⁹ facit
tex. in. c. 1. de iu.
iur. in. 6. & in. c.
quintauallis. eo. tit. & l. ſi iura. ff. de operis liber.
& in. l. fidei. §. quāquā. ff. de lega. 3. ❡ Quinimo ſi
6 ex iuſta cauſa, † vel euidenti vtilitate publica po
teſtas, vel iudex nō ſeruat ſtatuta, nō tenetur &
de hoc non poſsint ſyndicari. vt Cataldi. in trac.
ſyndicat. qō. 24. ❡ Et multò minus tenetur, imò
7 nullo modo debet ſeruare ſtatuta, † ſi qua ſunt
contra libertatē eccleſię cum ipſa nulla ſint ipſo
iure. vt in auth. caſſa. & irrita. C. de ſacro ſanct. ec
cleſijs. & tenet Bar. in. l. de quibus. de legi. ff. nu.
5. & Alex. ibi in addi. ſecus ſi ſunt in eius fauorē,
quia tunc debet ea ſeruare. tenet Abb. in. ca. 1. de
iura. calū. nu. 3. & hinc dicit Bart. in. l. filius fami-
liàs. §. diui. ff. de lega. 1. nu. 12. & Alex. ibi. nu. 11. ꝙ
8 non valet † ſtatutum prohibens alienationem fie
ri in clericum, quia eſt contra libertatem eccle-
ſiæ, vt in. d. auth. caſſa. & iſta opinio, & ſequaciū
ꝙ nō ligentur clerici, nec eccleſiæ, dicit vera Ale
xā. ibi. nu. 12. & tenet Anto. de Butri. in. c. tua. el
primero. per illum text. de decimis & Abb. in. c.
à nobis. el primero. de ſent. excommu. ❡ Bal. tā.
in. c. clerici. de iudicis. & in. c. quæ in eccleſiarum
de cōſtitu. col. 2. tenet cōtrariū, dicēdo, ꝙ tale ſta
tutū liget clericos, & eccleſiā: quia quilibet pri-
uatus pōt imponere legē rei ſuæ, ne trāſeat in ec
cleſiā. l. ſi ita quis. §. ea lege. cū gl. ff. de verb. obli.
multò forti⁹ debet hoc poſſe ſtatutū: & q̄a iſtud
ſtatutū fuit edictū propter cōmune bonū. ſ. ne
bona



bona tranſeāt ad eccleſias, de quibus bonis non poſſunt poſtea alienare pro neceſsitatibus reipublicæ. vt in authē. Itē nulla cōmunitas. C. de epiſcopis & cleri. c. non minus. de immunita. eccle. ita etiam tenet Bal. in repeti. l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & fid. catho. 10. col. & reſpondit ad. l. fi. C. de ſacro. eccleſi. ſ. ꝙ ibi cōceditur priuilegium eccleſiæ poſt cōtractū factū cū eccleſia, nā tunc eſt priuilegiata in acquiſitiōe dominij. Sed quando cōtractus non eſt validus, vt in caſu noſtro propter ſtatutū annullandū tunc non habet eccleſia priuilegium, ergo ſtatutum nō videtur contra libertatem eccleſiæ. ❡ Sed iſta opinio Bal. ſecūdū Alex. vbi. ſuprà videtur cōfundi per tex. in. c. fi. de immunit. eccleſi. libro. 6. Et Ioan. Andr. ibi in nouella & per. d. Abb. in. c. relatū. de teſta. per Cardi. in repe. c. perpendimus. de ſent. excōmu. per Alber. in. 2. parte ſtatutorū. q. 2. vbi per. 8. col. & per Bal. in. §. ſi clientulus. in. 3. colū. de aliena. feudi. & tex. & ibi doct. in. ca. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & expreſſus in rubrica de ſtatutis, & cōſuetudi. in vſi. feudo. in parte. Itē nulla. & tex. in. l. 2. tit. 9. par. 1. & iſtam opinionē tenet Mōtal. in. l. 1. tit. 5. for. ll. libr. 1. in gloſſ. *ſiempre*. verſi. Itē facit ad illā quæſtionē. vſq; in fine. ❡ Et quia dum eſſem iuuenis anteaquā Alexā. viderim in patria mea, quæ Mōbeltrā vocatur, hæc quæſtio euenit ex parte illius villæ, vbi eſt dictū ſtatutum, & fuit oppoſitū cōtra dominū Franciſcū de Gala archidianum Ciuitatenſis, beneficiatum illius loci, ꝙ ille dominus archidiaconus non poterat emere poſſeſsiones, & fuit lis diu diſceptata, & ex parte domini Archidiaconi ſequentia de iure allegaui. ❡ Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio in ſupradicta. q. ſequentia cenſeo dicēda, atq; tenēda. Et primum, quòd tale ſtatū ſit nullū, & domini tēporales, qui prohibent ſubditis, ne prælatis, aut clericis, ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquam vēdant, aut emāt, ipſo facto ſunt excōmunicati. vt in. d. ca. eos. de ſent. excōmu. in. 6. & in. c. nouerit. de ſent. excōmu. & vtrobiq; docto. ✝ Et tex. in. l. 19. tit. 9. par. 1. vbi ſingulariter diſponitur, quòd domini temporales in præiudicium prælatorū cōtra eccleſiaſticā libertatē, non poſſunt ſtatuere vetando ꝙ eis vel hominibus ſuis nil vendatur, ſeu emant, nec coquant in ſuis furnis, nec molant in molendinis, nec deambulent per plateas, nec extrahāt aquam ex fontibus, nec ſcindant ligna in montibus ſuis, nec alia ſimilia poſſunt prohiberi clericis. ✝ Et de iure ciuili ſecūdū Federicū imperatorem ipſe irrita nūciat omnia ſtatuta, & cōſuetudines, quæ ciuitatis vel loca, poteſtates, cōſules, vel quæcūq; aliæ perſonæ cōtra libertatē eccleſiæ, vel eccleſiaſticas, perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiōes præſumpſerint, & eas de capitularibus ſuis mandat aboleri penitus: & ſi de cætero ſimilia tentauerint, ipſo iure ſint nulla, & rectores priuātur ſua iuriſdictione, & ſuperiori applicatur, & vltra mille marcas ſoluāt: & dicti poteſtates, conſules, rectores, ſtatutarij, & ſcriptores dictorū ſtatutorū, nec non cōſiliarij locorū ſunt ipſo iure infames, prout tenet dictus imperator Federicus in titul. de ſtatutis & cōſuetudi. contra liberta. eccleſi. & tex. in. d. authē. caſſa. & irrita. & Bar. in. l. de quibus. ff. de legi. nu. 5. & in repeti. nu. 30. & text. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cōſtitutio. & ibi docto. tex. in. l. 1. tit. *de los prelados* lib. 1. in ordi. rega. & gl. in. l. 1. tit. 5. for. ll. lib. 1. & ſic quòd tale ſtatutū eſt nullū. ❡ Etiam ſi tale ſtatutum non dicat expreſſè, quòd non emāt clerici, ſed etiā ſi dicat, quod ne quis vendat, vel donet, vel alienet bona immobilia non exiſtenti in iuriſdictione ſtatuētium, quia tale ſtatutum non comprehendit donationes, vel alienationes factas clericis, vel eccleſijs, quia ſi comprehenderentur, eſſet indirectè contra prędictam libertatem eccleſiaſticam, & non valet. vt tenet in expreſſo Abb. in. c. cū ſicut. in fine. de eo qui mit. in poſſe. cauſ. rei ſeruāti. & idem Abb. in. ca. eccleſia ſanctæ Mariæ. el primero. vt lite pē. nu. 2. vbi tenet, quòd cōſtitutio laicorū etiam generaliter diſponens, licet nō tendat cōtra eccleſiaſticam libertatem, nō debet extendi ad eccleſias, ſeu bona ipſarum. Et idē eſt dicēdū de bonis clericorū ſecundum Abb. ibi cōtra Bar. in. d. l. cunctos populos: qui cōtrariū tenet nu. 29. quia contra Bar. tenet quoq; Antoni. in. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cōſtitu. & in. c. dilectus. de foro cōpe. reprobādo. opi. Bart. ❡ Et iſtā opinionē contra Bart. ſequitur Ioā. de Linia. in. d. ca. eccleſia. quod extendit Imol. vbi ſuprà etiam ſi ſtatutum inieciſſet vinculū ante clericatū: ſi tamē ius de quo quęritur, eſt originatū principaliter à facto clerici, vt tenet Calde. in ſua quęſtione, quæ incipit. Statutū ciuitatis. Et facit caſus in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. vt lite pēdeat, vbi ſtatutū generale erat de nō alienādo rē litigioſā, nec tēdebat cōtra libertatę eccleſiæ, imò erit iuri cōmuni cōforme, attamē non extēditur ad eccleſias, & eorū bona. ❡ Sed nō eūdo per mēdicata ſuffragia, dico, quòd tale ſtatutū laicorum nō cōprehēdit alienationes factas clericis, vel eccleſijs. vt Ioā. And. ſingulariter in. d. c. eos. de immunit. eccleſi. in. 6. in nouella. & Abb. in. d. c. relatū. el primero. de teſta. nu. 5. vbi tenet, quòd non obſtāte tali ſtatuto poterit quis donare, vel vēdere bona prædicta clericis, vel eccleſijs: quia ſtatutū

inferiorũ nõ pōt tollere priuilegiũ indultum ec
cleſijs per principẽ, & hanc opinionẽ tenet etiã
Bal.in.l.generali.C.de ſacro ſanct.eccleſ.& Pau.
de Caſt.in.l.fi.C.eo.& Petr.de Anchar. in repe.
c.canonũ ſtatuta.de cõſtitu.in.3.principali quæ
ſito.col.20.verſi.dicit etiã Bal.& Bar.& Bald. in
d.l.fi.& Bald.in.l.iubemus nullã.C.eod. vbi di-
cũt,ꝙ ſtatutũ prohibẽs alienare in forẽſem non
includit eccleſiã.& idẽ tenet Bal.ĩ.d.c.clerici.de
iudicijs.& ſtatutũ prohibens forẽſem acquirere,
nõ ligatur clericus.vt Bal.in.l.dudũ.C. de cõtra
hẽ.emptione.& in.l.fi.C.de exactori.tribu.lib.
11.& in.l.ſi filius.§.diui.ff.de lega.1. & notant do
cto.in.l.in quorũ.ff.de pigno.& Paul. de Caſtr.
in cõſilio.193.&.195.& Federicus de Sennis conſi
lio.26.vbi tradit dictũ Ioan.Andre. & concludit
nõ valere dictũ ſtatutũ reſpectu eccleſiarum,&
piorũ locorũ.Mouetur elegãter inter cætera:qa
pia loca ſunt à principibus priuilegiata, vt libe-
rè eis donent,vel vendant.vt in.l.1. &.l.illud.C.
de ſacro ſanct.eccleſi.ſtatutũ ergo in cõtrariũ,nõ
valet,duplici,ſeu triplici ratione,prima,quia(vt
dictum eſt)laici inferiores nõ poſſunt tollere le
ges,& priuilegia tributa per ſuperiorẽ, maximè
eccleſiæ.vt in.c.cũ inferio.de electio.per Bar.in
l.omnes populi.ff.de Iuſti.& iu.&.25.q.2.per to
tũ.¶Secũda ratio:quia hoc eſſet cõtra libertatẽ
eccleſiæ vniuerſalis.¶Tertia ratio:quia poteſtas
condendi leges tributa inferioribus.per. dicta.l.
omnes populi.videtur tributa ſine præiudicio
priuilegij tributi per ipſum imperatorẽ:quia ge
neri per ſpeciẽ derogatur.vt in.c.veniẽs.de præ-
ſcrip.& regula.gener.de regul.iur.in.6. & Bart.
in.d.l.omnes populi.& idẽ tenet Abb. conſilio.
63.in.1.volu.ſ.ꝙ ſub tali ſtatuto nõ cõprehendã
tur ſupradicta : quia priuilegiũ eſt cõceſſum ec-
cleſiæ,vt poſsit emere,& ex ſolo contractu,ſine
traditione quæratur dominiũ,& ſtatutũ in cõtra
riũ nõ valet.Et hoc priuilegiũ nõ pōt renũtiari,
quia eſt factum in fauorẽ publicũ.l.ius publicũ.
ff.de pactis.tenet ad literã Bar.in.d.l.filius.§.di-
ui.nu.12.& Bal.cõſi.522.libr.3.ſupra ſtatuto Bri-
xiæ,diſponente ꝙ nullus audeat alienare bona,
nec dominũ transferre de bonis ſuis in comitatu
Brixiæ alicui non ſuppoſito iuriſdictioni,& qui
non ſubeat onera,vbi cõſuluit,ꝙ non valeat tale
ſtatutũ in pręiudiciũ eccleſiarũ & clericorum,ꝙ
nota.*Idem tenet Maria Soci.in tracta.de obla-
tio.in.9.libello.nu.43.tomo.3.tracta.folio.65.in
quiens quòd non obſtãte ſtatuto, quo cauetur,
quòd bona immobilia non poſsint alienari info
renſes non ſuppoſitos iuriſdictioni ſtatuentium
poterit quis donare eccleſiæ:ſequens Ioã. And.
in.d.c.fi.de immu.eccle.lib.6.& vi. ſingulariter
Soci.in conſi.50.vol.1.conſi.*In cuius adiutoriũ
inſurgat beatus archiepiſcopus Floren. qui iam
eſt canonizatus,impoſituſq; in decalogo ſancto
rũ.in.3.par.tit.24.c.18.vbi ponit ad literam tex.
in.d.c.eos.& dicit,ꝙ ſi tale ſtatutũ fiat,ꝓut in Ita
lia,tale ſtatutũ nõ cõprehendit donationes,ven
ditiones, & alienationes factas eccleſijs. per.d.c.
eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtitu. & per Domi.
in.d.c.eos.quinimo dicit beatus Florẽt.ꝙ ſi ſta-
tuẽtes extẽderẽt tale ſtatutũ ad eccleſias,vel cle
ricos, erunt ligati excõmunicatione , de qua in.
d.c.eos.cũ ſimilibus.& ꝙ iudex eccleſiaſtic⁹ poſ
ſit illos,ad quos pertinet, cogere ad declarãdum
tale ſtatutum non reſpicere cõtractus fiẽdos cũ
eccleſijs.per tex.in.ca.ſtatutum.de hæreti. ¶Et
iſtud tene,quia eccleſia approbat opinionẽ Flo-
ren.ex eo,quia eſt canonizatus,& ab ea nõ rece-
dendum,licet aliqui teneant cõtrariũ:quia eſſet
errare,& ſic ꝙ tale ſtatutũ nõ cõprehendit cleri-
cos,vel eccleſiã.¶Sed ſi eſſet lex imperialis,quę
hoc vetaret,bene comprehẽdit eccleſiã,vt eſt ele
gans dictũ Bar.in.l. diuina domus.C.de exacto.
tribu.lib.10.poſt gl.ibi ita ꝙ vult Bar.facere dif-
ferentiam inter legem principis non recognoſcẽ
tis ſuperiorem, & ſtatutũ ciuitatis inferioris. Et
idẽ quòd Bart.tenet Paul.de Caſtro in.d.l.fi.C.
de ſacro ſanct.eccle.nu.6.& idem dicit Ioan. de
Plate.in.d.l.diuina domus.nu.1.eſſe,ſi ſtatutum
eſſet factum à ciuitate libera, non recognoſcẽte
ſuperiorẽ.vt in.l.nõ dubito.ff.de captiuis , quia
non apparet ratio diuerſitatis,quare ſtatutũ tan
tum poſsit in illo loco,quãtum lex generalis,qa
lex cõtra libertatẽ eccleſiæ non valet, vt dictum
eſt,& ideo eſt diſtiguẽdũ ſecũdũ eũdẽ.Aut pro-
hibitio dirigitur in rẽ,putà,ꝙ talis res nõ poſsit
alienari,tũc quocũq; emẽte,etiã eccleſia,nõ va-
let emptio,propter in alienabilẽ rei qualitatem,
quę potuit effici ab ſtatuto,vel à lege.facit.l.aut
qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clã.& ibi notat Bar
to.Aut prohibitio dirigitur in perſonã, putà , ꝙ
nullus poſsit emere,& nõ cõprehẽdit eccleſiam,
nec alios nõ ſubiectos.¶Sed ego cõtra Bart.& ſe
quaces teneo,imò ꝙ etiã lex imperialis hoc non
poteſt facere:quia licet verum ſit, ꝙ lex princi-
pis generaliter diſponens debeat obſeruari quo
ad eccleſias , eſt verum,vbi canonibus non con-
tradicit.vt tenet Abb.in.ca.in præſentia.de pro-
batio.col.11.nu.28.& quando non eſt cõtra liber
tatem eccleſiæ.vt in.d.c.quæ in eccleſiarũ. Sed
ſic eſt,ꝙ ſi eſſet lex,prout eſt in tit.9.lib.5.in or-
dina.rega.non valet,quia eſt contra ius canoni-
cũ,ſpecialiter contra tex.in.d.c.eos,& contra.d.
auth.caſſa.*Nec obſtat.l.55.tit.6.par.1.quia non
valet ſicut nõ valet.d.l.ordin.niſi intelligatur in
donatio-



donationibus & contractibus factis per regẽ ſe-
cundùm.Greg.Lopez ibi.*¶Tamen ſi dicta lex
imperialis,vel ſtatuta laicorum confirmẽtur per
papam,ligant clericos.vt Inno.in.ca.1.de tranſa-
ctio.per tex.in.d.c.eccleſiæ ſanctæ Marię.de cõ
ſtitu.Et iſta confirmatio debet eſſe in ſpecie , &
certa,& non generalis,nã ſi generaliter papa con
firmaret omnia ſtatuta,nunquã intelligitur con
firmaſſe ſtatuta,quæ ſunt contra libertatẽ eccle
ſiæ.tenet Bal.in.l.omnes populi.ff. de Iuſtiti. &
iure.4.col.verſic.ſed nũquid in generali confir-
matione.& Iaſ.ibi.nu.36.& Alex.in conſil. 209.
in.2.volu.& Bar.Bal.& Ang.in.l.1.ff.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur.& latius Iaſ.in.l. more. ff. de
iur.om.iudi.nu.39.& Bal.in.c.veniens.3.colũ.de
iur.iuran.& dicam in glo.fi.iſtius.c.verſi. in con
firmatione.¶Et vide Anto.Franciſ.in additi. ad
Abb.in.c.ad noſtram de probatio.in.1. additio.
vbi dicit hoc non procedere in ſtatuto facto à
populo ſubdito eccleſiæ Romanæ,quia tale po-
pulus poteſt ſtatuere contra ius canonicum quo
ad temporalẽ iuriſdictionẽ.de quo per Abb. in.
c.ꝙ clericis.de foro competẽ.& tenet Alexan.in
conſil.177.in vol.2.nu.3.&.4.vbi intelligit hoc,
ꝙ poſſunt condere quo ad ipſos laicos,non con-
tra clericos.quòd nota.& ſic in dubitanter teneo
dictum ſtatutum,ſeu legem non habere locum.
¶Facit alia ratio. Quia dominus archidiaconus
habet in dicta villa domum habitationis,& mul
ta bona,& poſſeſsiones,propter quod videtur eſ
ſe vicinus,& habere domiciliũ.vt tex.& ibi gl.in
l.hæres abſens.ff.de iudi.§.proinde. & in.l.32.ti.
3.par.3.Spec.in tit.de competẽt.iudicis,additio.
§. Et licet dictus dñs Archidiaconus habet alia
bona , & reditus in dicta ciuitate Ciuitatẽſi,non
obſtat ei quia quis poteſt habere plura domici-
lia.vt.in.l.abſumptio.ff.ad munici.c.dilectus. el
ſegũdo.de reſcrip.ca.ex parte de foro compe. &
ꝙ ibi notan.&.§.fi.de Parochi.& domus habita-
tionis cum alia bona,quæ habet,eſt incola illius
villæ.tenet Bar.in.l.libertus.§.ſola domus. ff. ad
municipa.maximè quia dictus Archidiacon⁹ ha
bet beneficium in.d.eccleſia,propter quod dici-
tur ciuis,& vicinus.vt Barto.in.l.1.verſic.quæro
etiam.ff.eod. ad municip. & eſt text.ſingula. in
cap.nullus.de tempor.ordi.libro.6.per quod de
bet gaudere in omnibus vt talis vicinus, & con-
tra eum non habet locum dictum ſtatutum. &
ſic fuit pronuntiatum per quendam conſeruato
rem,poſtea poſt non nullos annos emi Andreã
Siculum Barb. & in repeti. rubricæ de rebus ec-
cleſi.non alie.mirum in modum hanc quæſtio-
nem examinat column.25.verſicul.accedo nunc
ad ſecundum dubium,an tale ſtatutum compre
hẽdat.clericum.vbi per.36.colum.tangit , quem
copioſiſsimè pro vtraq; parte vide. & in fine di-
cit,quòd negari non poteſt , quin iſte paſſus ſit
difficilis,& dubitabilis , & multũ egeret deciſio
ne pontificia.Tamen dicit,quòd vera concluſio
eſt,quòd ſtatutum laicorum generaliter loquẽs,
dummodo non ſit contra eccleſiaſticam liberta-
tem comprehendit clericos,eccleſias,& eccleſia
ſticas perſonas , quicquid dixerit Albericus de
Roſa.in.2.parte ſtatu.quæſt.2. & per conſequẽs
ſtatutum diſponens, quòd ſubditus non poſsit
alienare rem immobilem , vel ſi alienauerit in
non ſubditum,ſoluet grauem gabellam,quia in
tali ſtatuto comprehenduntur clerici,& eccleſia
ſticæ perſonæ. dicit tamen Barba. quòd nihilo-
minus viuat , & moriatur ſuper hoc paſſu & in
omnibus adhæret deciſsio ſanctæ matris eccle-
ſiæ , vt vtar verbis Bald. in tractatu de ſchiſma.
C.ſi quis aliquem telari prohibue.& ibi ad con-
traria reſpondet,quem vide.¶Iaſ.tamen in. d.l.
filiusfamiliàs.§.diui.ff.de lega.1.nume.46.iſtam
quæſtionem diſputat.& in nu.53.&. 54. non fa-
ciendo mentionem de Barb. dicit,quòd tenẽdo
iſtam partẽ,quòd valeat tale ſtatutum , & quòd
ſub eo comprehendantur clerici,& eccleſię,quę
pars optimè defendi diſputando,poteſt reſpon-
deri ad dict.capitul.eos.quòd loquatur,quando
ſtatutum laicorum paſsim prohibeat omnia vẽ
di eccleſijs,vt patet ibi inter.in tex.in verbo,nec
quiquam vendant.& ſic erat nimis præiudiciale
eccleſijs,maximè concurrentibus etiam alijs pro
hibitionibus,de quibus ibi in tex.¶Secus in pro
poſito noſtro,vbi per ſtatutum laicorum ſolum
prohibẽtur alienari immobilia in eccleſias, ꝓut
etiam diſtinguit Angel.conſilio.48. ¶Tamen
ait Iaſ.quòd in dubijs opinionibus conſulendo,
& iudicando tenenda eſt opinio,quæ fauet eccle
ſiæ.vt in.l.ſunt perſonę.ff.de religi.& ſumpti.fu
ne.capitul.final.de re iudi.l.ſi pars.ff. de in offi-
cio.teſtamen.ideo durum,& difficilè eſſet obti-
nere contra ſententiam Bart. quę eſt magis com-
munis,quam dicit procedere, quando ſtatutum
prohibiti vnum faceret expreſſam mentionem
de eccleſia,& etiam,ſi ſimpliciter diſponeret im
mobilia non poſſe alienari in non ſubditos , tũc
per iſta verba quantuncunque generalia non vi
deretur comprehendi eccleſiæ, nec eccleſiaſticæ
perſonæ,ſecundùm Bald.in dicta.l.fi.C.de ſacro
ſanct.eccleſi.vbi dicit ita conſuluiſſe. & ibi An-
ton.in capitulo:tua nup.de decimis.& capitul.à
nobis.el primero.& ibi Abb.3.notabil. de ſentẽ.
excommunicatio. & idem tenet Ioann. Andre.
in.d.cap.fi.de immunita eccleſi.lib.6.& Abb. in
c.relatũ.el primero.de teſta.& iſtum tene indu-
 bitan-

bitanter,& ab iſta communi opinione non recedas,& gauiſus fui dum inueni Iaſ. meū conſiliū, & opinionem approbantem,& dicentē eſſe cōmunem,ꝙ nota quia in pluribus ciuitatibus, & villis huius regni ſunt prædicta ſtatuta, quæ ad eccleſias,& eccleſiaſticas perſonas,non extēdun tur.idem tenet Paul.de Caſtro.in.l.ſi quis.ff.de condi.inſtitu.nu.5.& Anto.Franc.in additio.ad Abb.in.cap.relatum.el primero.de teſtamen.in additione,quæ incipit cum Bal.in.l.generali. & hoc tene licet,Signor.de Homod.conſil.91.ſubtiliter teneat ꝙ tale ſtatutum ſit iuridicum & nō contra libertatem eccleſiæ.& eandem ſentētiam ꝙ ſit communis opi.Bar.tenet dictus Iaſ.in ſecūda lectura illius.§.diui.nu.80.licet dicat ꝙ ſemper ille tenuit contrarium per fundamēta.vt ibi per eum.❡Et an & quando ſtatuta laicorū compræhendat clericos vi.Alexā.in.l.nolle addire. ff.de acquire.hæredi.nu.3.vbi ait,ꝙ licet ſtatutū laicorum non poſſit auferre clericis,ea quæ ſunt à iure communi,vel in priuilegium conceſſa ſecundum veras concluſiones vt in.d.authē.caſſa. tamen bene poteſt ſtatutum laicorū priuare eos à fauoribus inductis per laicos,vt eſt caſus notabilis,in.l.ſi quis curialis.C.de epiſcopis,& clericis,& ibi Bald.❡Et vi.Bal.in.l.omnes populi.ff. de Iuſti.& iur.col.3.nu.7.verſic.edicta, verò vbi
10 ait,ꝙ epiſcopus,† inter laicos obligatur,adobſeruandum ſtatuta laicorum,ſi ſunt rationabilia bona,& æqua,aliàs nō,ita dicit intelligi.l. ex ea. ff. de poſtulan.&.ca.1.de noui oper.enuntiat. ❡Et vide eundem Bal.in.c.ex literis.de vita, & hone
11 ſta.cleric.vbi dicit,† ꝙ ſi ſtatuto laicorum caueatur,ꝙ ſi quis vēdit frumētū ſoluat duos denarios pro libra,vel ſi dicat, ꝙ nullus poſſit extrahere victualia extra diſtrictum,ꝙ comprehenduntur clerici,ſub tali ſtatuto,& hoc dicit verum quoad pœnas pecuniarias,ſecus quoad pœnas corporales,quia eis infligi non poſſunt,per ſtatuta laicorum,vt tenet Archidi.in.c.quiſquis.17.q.4.❡Extende,ꝙ non valet ſtatutum contra libertatē eccleſiaſticam,etiam ſi cōfirmetur per regem,quia libertas eccleſiæ eſt tanta,ꝙ fiſcus,non poteſt ſuper hoc imponere legem,niſi fieret in fraudē fiſci,vt tenet Bal.cōſi.116.in.1.volu.in fi.*Licèt cōtrarium videatur tenere text.in.l.55.tit.6.part.1. ſed intellige vt ibi per Grego.Lopez. in gl. *el rey lo ouieſſe defendido.**❡Et adde tu Iaſ.in.l.placet.in 2.lectura.C.de ſacroſanct.eccleſijs.in fine, vbi te
12 net,ꝙ ſi cōmunitas,† habet loca paſturę,& eccleſia mittat animalia ad illa paſcendum,ita tenetur ſoluere,ſicut mere laici ita dicit,ꝙ tenet Abb. in cōſil.6.& vide Lucā de Penna.in.l. iubemus.C. de naui.nō excuſan.lib.11.1.colum.verſi. hæc faciūt:vbi altercando pro vtraq; parte tenet,quòd princeps ſecularis pōt ſtatuere,ꝙ animalia clericorum & eccleſiarum à ſuis paſcuis arceātur vel etiā à paſcuis priuatorū,nec ſumant illa dominis inuitis, & ꝙ ſi inueniātur in illis paſcua ſumentia ſoluāt pœnā aliâs impunè poſſent offendi.vt ibi per eū,& facit ꝙ tenet Bald.in.l.contra iuris. §.ſi filius,in fine.ff.de pactis,& ibi Iaſ.num.11.ꝙ clericus qui vtitur ſtatuto laicorū nō pōt eo vti. niſi,cū oneribus prouenientibus ex eodē ſtatuto, licet aliâs clericus nō ſit ſtatuto laicorū aſtrictˀ. *Et an ſtatuta laicorum clericos ligēt, & eorum conſuetudines,vi. ſingulariter Henricū in capi. quæ in eccleſiarum.de conſtitu.vbi tenet,ꝙ ſtatutum ſeu conſuetudo laicorum oneroſa & præiudicialis eccleſiæ & clericis non ligat eos, ſecus ſi fauet eis,tamen ſi conſuetudo laicorum ſeruatur generaliter inter clericos & laicos, bene ligat,licèt ſit oneroſa,& ſic intelligit Henrric. Innocen.in.c.cum dilectus.eo.tit.& eſt ratio,quia talis conſuetudo per communem conſenſum tacitum omnium tam clericorum quàm laicorum eſt inducta:tamen incolæ, qui munera non ſubeunt tanquam aduenæ non includuntur in beneficijs quæ conceduntur ciuibus, quia nō ſunt pars illius corporis:tenet Bald.in auth. ſed omnino.C.ne vxor.pro marit.numer.6.& Alexan.in additio.ad Bar.in.l.municipē.ff.ad municipal.* ❡Sed quid ſi per ſtatutum prohibentur ſubditi
13 acquirere,an † comprehendantur acquirere volētes,ab eccleſia.Alex.in.d.§.diui.n.13.tenet ꝙ ſic allegando Federi.conſil.35.incipiente,ſtatuta, & Moder.in.d.c.ſi.de imitatio.eccleſi.in.6.❡Et in tantum ſtatutum contra clericum ſeu contra li-
14 bertatem eccleſiaſticam non valet,ꝙ etiam, † ſi ſit ſtatutum,ꝙ clerici teneantur ad aliquid faciēdum,putà ad ſoluendas collectas,& ſi non fecerint teneantur eorum cōſanguinei ad aliquā pœnā.tale ſtatutū non valet quia dicitur eſſe cōtra libertatem eccleſiaſticam,vt tenet Bald.in lectura antiqua.in.l.1.ff.de in ius vocan.vt eant aut ſatiſdent,& ibi Ang.quos ſequitur ibi Alex.nu.3. quia veriſimile eſt,ꝙ clerici nollent ſuos conſanguineos laqueari pœnis ſtatutorum.per text.in ca.ſciant cuncti,de ele.in.6.& idem tenet Bartol. in.l.1. ad fi.ff.de his qui pœnæ nomi. & in.l.hic pœne.C.de Agri.& cenſi.libr.10.& per Bald.in. l.1.ad finem.C.de indita vidu.tolle.& per eundē in.l.1.C.de epiſcopis, & cleric.in princip. & per alia iura vt ibi per eum, & idem tenet Paulus de Caſtro.in.l.1.ff.de his qui pœnæ.nomi cauſ.reliqui.numer.2.& in.l. hæres meus.§.quòd in fraudem.ff.de conditio.& demonſtratio.& ibi Bald. ❡ Sed ſtatutum factum in fauorem clericorum



15 rū vel eccleſiarū an poteſt reuocari † per ſtatuētes Paulus de Caſtro in.l. ſi quis curialis. C. de epiſcopis,& cleri.numer.5.tenet,quòd ſic, dum non auferāt clericis ius commune,quòd ab ipſis ſtatuentibus non habent,ſed Bartol. tenet contrarium,ſecundum eum.in.l.priuilegia.C. de ſacro ſanct.eccleſi.& pro eo dicit Paul.quòd facit, quod notat Innocen.in capitulo.nouit de iudi. ſuper verbo Theodoſius,ſed Cyn.ibi in dicta.l. priuilegia.tenet contra Bartol.. & quæ opinio. Cyn.eſt tenenda.vt.tenet Alexab.in.l. non amplius.ff. de legatis.1. numero.5.vbi ponit alios doctores eam tenentes, & ſic tenet quòd poteſt reuocari licet Antonius Franciſcus.in additio.ad Alexand.tenet opinio.Bartol. in dicta.l. non amplius.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis poteſt ſtatuta vetera emendare, reformare,& declarare per poteſtatem ſibi conceſſam faciendi ſtatuta.*

2 *Statutum emendatum non dicitur,nouum ſtatutum ſed vetus.*

3 *Declaratio trahitur retro ad tempus diſpoſitionis factæ.*

4 *Lex noua declaratoria veteris,trahitur ad prætérita negotia.*

5 *Qui declarat nil noui facit.*

6 *Ex ſcriptura declarata agitur, non ex declarante.*

7 *Declaratio plus ſe habet quam cōſtitutio quia. declaratio reſpicit præterita:conſtitutio,futura,& quando lex procedit interpetrando porrigitur ad præterita.*

8 *Teſtis poteſt declarare dictum ſuum.*

9 *Declaratio appellationis interlocutoriæ ſententiæ poteſt fieri ſine ſcriptura.*

10 *Declarari poteſt libellus,etiam poſt litem conteſtatam.*

11 *Declarare poteſt iudex ex interuallo ſententiā ſuam.*

12 *Declarare quis dicitur etiam ſi quis corrigat errorem ſuum.*

13 *Declaratio facta per Papam circa gratias ſactas per eum, an præiudicet alijs quibus erat ius quæſitum.*

b Emendar. b Nota text.qui dat correctoribus facultatem tollendi ſtatuta ſi non ſunt bona nec rationabilia, & ſic eſt correctori data poteſtas per iſtum text. talia ſtatuta reformandi,quia quando alicui eſt cōceſſum,

1 emendar, b y hazer de nueuo, las

† facere ſtatuta poterit veterē emēdare, reformare,& declarare tenet Ang.in.l.iuris gētiū.§.adeo authē.de pactis, verſi.ſequitur in text.& Alex.ibi nu.4. & 5.per tex.in.l.videamus.§.penul.ff.de in litem iurā.& Pau.de Caſtr.C.de nouo.C.compo.nume.10.& Guiller.de Suſſa.in.l.prima.C.de emenda.C.inſti.& Gandi.in tracta. maleſi.in parte de obſerua.ſtatu.in principio.❡Et tales electi, ad emendanda ſtatuta poſſunt addere,& detrahere ſiue demere,vt in dict.l.de nouo.C.compo.§. quibˀ verſi.adijcientes,& de nouo.C.confirman.§. ſed ſi quando.*Sed prætores non ſint faciles ad ſtatuta vetera tollenda,& noua facienda: quia nouitates ſine cauſa inducendæ non ſunt, niſi euidens vtilitas appareat,vt in.l.in rebus.ff. de conſtitu.princi.quia reprehenduntur qui nouitates inducunt vt.cap.quis neſciat.11.diſtin.gloſſa. in capitul.cùm conſuetudinis.de conſuetu.& tales mutationes periculoſæ ſicut docet Anphoriſmˀ ſecundùm Ioan.Andr.ibi & facit.l.37.titulo.34. partit.7.& eſt.l.fin.& vi.text.& ibi Gregor.Lopez in.l.11.titul.1.part.1.vbi non debet legiſlator facilius eſſe in mutando leges,imò debet potius pati aliquod inconueniens,& tolerare,dummodo nō ſit magnum,quam leges mutare: quia ex hoc aſſueſcunt homines:& circa hoc vi.text.ſingu.in.l.18.tit.1.par.1.quem nota in materia iſta.* ❡Tale autem ſtatutum emendatum nō dicitur
2 † nouum ſtatutum ſed vetus vt eſt cōmunis concluſio Alberici. de Roſa. in prima parte ſtatu. quæſtione. 22. per textum.in.l.hæredes palàm. §. Sed ſi nota.ff. de teſtamen quia emendans nō facit nouam ſpeciem ſed veterem excutit. l. adeò.cum quis.ff.de acquire.rerum domi.

❡Facit quòd tenet Paul.de Caſtro.in dicta.l.hæredes palàm.§.ſi quid.numero.3.verſic.Item no-
3 ta,vbi ait,quòd declaratio † trahitur retro ad tempus diſpoſitionis factæ,allegando Ioann. Andre.in addition.ad Speculat.in titulo.de teſte.§. nunc videndum.quòd adeo adhęret diſpoſitioni,quòd vnà cum ea videtur manaſſe.

❡Et ex hoc multa ſequuntur,ſcilicet, quod no-
4 ua † lex declaratiua veteris trahitur ad præterita negotia vt notant doctor. in.l. omnes populi.ff.de iuſtitia.& iure.

❡Et

¶Et quod declaratio trahatur retro.tenet Bald. in.l.cum teſtamento.C.de teſtamen.manumiſ. in fine.& Abb.vbi latè per additio.in capitu.ex parte.de conſuetudi.nu.4.& Iaſ.in.l.quod iuſſit
5 ff.de re iudi.nume.3.& quia qui declarat † nil noui facit,vt tenet Philippus Decius conſilio. 423. in fine.& facit,quod tenet Barto.& doctor.in.l. aſſe.ff.de hæredi.inſtitu.vbi dicit, quòd agatur
6 † ex ſcriptura declarata non ex declarante.¶Facit quoq;,quod tenet Bald.in.l.non dubium.C. de legi.prima.column.nume.2.verſic.tertiò nota.allegando Ioan.Andre.in capitul.vlti.de ver-
7 borum ſignificatione.in.6.nouella, ꝙ plus † ſe habet declaratio,quàm conſtitutio.quia declaratio reſpicit præterita,ſed conſtitutio reſpicit futura , & ſic quòd quando lex procedit interpretando ſeu declarando,porrigitur non ſolum ad futura ſed etiam ad præterita,ſecundùm eundē
8 Baldum.¶Itē facit ꝙ teſtis poteſt declarare † dictum ſuum,vt notat Bald.in.l.in bonę fidei. C. de rebus credi.&in capitul.1.§.ſi enim domino. colum.3.quid ſit in veſtitura.in vſi.feudo.& Alexander.in additio.ad Bartol.in authen. qui ſemel.c.cum,& quando.& Abb.in.c.ex tenore.de teſti.& eſt gl.in.c.cum Ioannes de fide inſtru.in parte poſtquam.&facit text.in.l.30.titul.16.partit.3.vbi per Montal.de intellectu.idem tenet Petrus de Ferra.in forma libelli oppoſi. contra teſtes poſt publica.§.ſunt publicatis.nume.20.vbi ait,ꝙ quando teſtis obſcurè locutus eſt vel ſi nō expreſsit cauſam ſui teſtimonij poterit iudex in eadem inſtantia,iterum repeti ex iudicis officio ad ſui informationem,ſed non ad inſtantiā partis,& talis declaratio poteſt fieri abſq; nouo iuramento,& abſq; noua citatione partis: quia iuramentum,& citatio prius facta trahitur ad declarationē,quia poteſt addere ſeu ponere , id quod omiſit,ꝙ etiam pertinet ad declarationem,ꝙ hodie declaratur tāquam tūc fuiſſet dictum prout tenet Paul.de Caſtro.in.d.l.hærede. palam. §.ſi quid.nu.4.& idem tenet Bal.in authē.hodie circa principiū.C.de iura. calū.&tenet Hippol. de Marſi.in repeti.l.de vno quoq;.ff.de re iudi.nu. 76.¶Quòd eſt idem in appellatione ab interlo-
9 cutoria,quia licet talis appellatio,† nō poſsit fieri niſi in ſcriptis vt in.c.1.de appella.in.6.poterit ex poſt facto aliquid declarari circa ipſam ſine ſcriptura,ſolo verbo,ſecūdum Pau.de Caſt. vbi
10 ſuprà.¶Item poteſt libellus declarari † poſt litē cōteſtatā licet nō mutari.vt tenet Bal.in.d.l.hæredes palā.§.ſed & ſi.notāt per gl.id.l.idē Pōponius,ſi frumētum.§.ſi.ff.de rei vendit. ¶Et idem
11 dicit,ꝙ iudex ex interuallo, † pōt declarare ſuā ſententiā,ꝙ dicit eſſe verū quādo declaratur id, quod eſt aliquid ſaltem quoad certitudinē legis; licet homini non ſit certum,ſecus ſi ad quod declaratur erat per ſe nulllum,ita ꝙ deficiebat ius; & probatio:quia iſta declaratio nō habet robur ab actu , ideò opportet , ꝙ per ſe ipſum ſit actus ſolēnis.arg.in.l.accuſetur.ff.de adult. vide quæ dixi in procemio in.glo. *de ordenanças*.nu.19.¶In tantum dicit Bal.vbi ſuprà,ꝙ dicitur quis decla
12 rare,† etiam ſi quis corrigat errorem ſuū,& non dicitur de nouo facere , ꝙ dicit eſſe notandum. ¶Idem dic in declarationibus,factis per papam;
13 † quia multotiens papa facit aliquas declarationes circa gratias factas per eum, vtrum præiudicēt alijs,quibus erat ius quæſitū. & Paul. de Caſtro.in.d.l.hæredes palam.§.ſed nunquid.nu.4. dicit,ꝙ arg.eſt,ꝙ ſic quaſi hoc declaratur à principio fuiſſe dictum,quo caſu non fuiſſet alteri iꝰ quæſitum,quod dicit intelligendum de propria declaratione , quæ conſiſtit circa aliquod verbū dubium,ſed interdum declaratio, conſiſtit circa id quod non erat dubium de iure, & tunc declaratio habet vim nouæ diſpoſitionis,& ideò non valet quæſitum ſecundùm.Paul.de Caſtro. ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *Permittitur hodie ſtatuta facere nu.8.*

2 *Anteaquam ſtatuta fiant debet in concilio arengari, & deliberari.*

3 *In ſtatutis fiendis debet prætor eſſe præſens.*

4 *In ſtatutis à populo fiendis eadem ſolennitas requiritur quæ in alijs eorum geſtis ,ſcilicet, quòd more ſolito conuocetur , & quòd ſimul coadunentur , & minus ad ſint duæ partes.*

5 *Decuriones,id eſt,rectores poſſunt hodie ſtatuta facere.*

6 *Statuta facta per decuriones,an debeant publicari per præconem.*

7 *Statuta à quo tempore ligent.*

9 10 *An ſolus poteſtas,poteſt ſtatuta facere.*

10 *Iudex poteſt ſtatuere ſalarium , pro aliquo maleſactore capiendo vtilitate publica imminente.*

11 *Magiſtri grammaticæ,an poſſunt facere ſtatuta,inter ſuos ſcholares.*

12 *Statuta facta per iſtos correctores ſine cōcilio ciuitatis,an durent perpetuò.*

Populus



13 *Populus vel concilium ciuitatis,an poteſt ſtatuere ſine correctore,ſeu prætore , vel aliquid agere.*

14 *Excommunicati banniti,vel interdicti nō poſſunt ſtatuta facere.*

15 *Statuta an debeant fieri,ſuper eo , quòd nullo iure diſpoſitum eſt.*

16 *Statuta contra ea quæ ſunt reſeruata principi non valent.*

17 *Statuta facta per ciuitatem quòd à ſententijs ſuorum officialium non poſſit appellari, an valeant.*

18 *Caſus,qui non reperitur deciſus per noua ſtatuta,ſed per vetera,an debeat dicidi ſecūdum vetera vel per ius commune.*

19 *An per pœnam ſtatuti ſit ſublata pœna legis antiquæ.*

20 *Si ſtatuti via eligitur,quo pœna minor imponitur,an poſſit agi via communi,quæ imponit maiorem vel econtra.*

21 *An qui fecerunt ſtatuta conceſsione principis,poſſunt poſtea ea reuocare.*

22 *An pœnæ quæ imponuntur pecoribus, & alijs damnificantibus ſaltus & prædia aliena poſſint creſci & augeri.*

c Las hara. c Nota text.quòd hodie per
1 mittitur † facere ſtatuta quia ſecus erat de iure antiquo:qꝛ talia ſtatuta nō poterāt fieri ſine ſciētia principis,vt tenet Bal.in titul.de pace conteſtati.colum.4.num.14.* Quia cum hodie ſingulæ ciuitates habeant ſua regimina,vt notatur.in.l.fina.C.de longi.tempo. præſcrip.& Bald.in.l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff. de offici.præſid.æquum eſt vt dicta ſtatuta poſsint
2 condere.* ¶Et anteaquam , fiant corrector † in tali concilio,ſeu regimiento , debet proponere, quid placeat de ſtatutis fiendis, & ſuper hoc arēgetur,deliberetur,& reformetur,vt legitur quādo leges fieri debent,vt in.l.humanum.C.de legi.& Inſtitu.de iniur.§.illud.& Inſtitu.de iur.natu.gen.§.lex.& in.§.ſenatus,& ibi Angel.in fine , & in.§. plebiſcitum,& in.§. conſtat autem, & ibi Angel.numero primo. ¶Tamen ſi reperitur aliquod ſtatutum , & non apparet , quòd fuerit facta propoſitio in concilio vel populo, vel quis fuerit ille, qui propoſuit, valet ſtatutum,vt Bartol.in.l.vniuerſis,in fine.C.de prec. impera.offere.& in.l.ſecunda.C.de decurion.libr.10.& tenet Angel.& dicit eſſe notandum.in. dicto.§.conſtat.numero.2.& tenet Paul. de Caſtro in.l.prima.ff. de conſtitu. princip. ¶Et in
3 iſtis ſtatutis fiendis debet eſſe corrector,† vel poteſtas præſens,

hara, c con acuerdo del regimiento mirando mucho en las que tocaren a la election delos oficios, para que ſe

vt in iſto tex. aliter tale ſtatutum non valeret, vt in. l. prima. C. de ſeruis reipub. & tenet Gandi. in tract. malefi. in parte de obſeruan. ſtatu.numero.3. & infrà dicam. ¶Et in iſtis ſtatutis à populo facien
4 dis eadem † ſolennitas requiritur, ſicut in alijs eorum geſtis, videlicet,quòd more ſolito totus populus, vel concilium conuocetur. vt notat gloſſa. in.l. ſecunda. C. de decurio. libro. 10. & quòd ſimul coadunentur, nec ſufficit conſenſus ſeparatus,vt in.l.maiorem.C.de pactis, & in capitulo.in Geneſi.de elect.& quòd ſint duæ partes ad minus,& quòd facta propoſita in dicto cōcilio , id quod à maiore parte duarum partium fuerit obtenta,ſiue vrbis,vel per tacitum conſenſum nutu,vel fabis: vt arguitur in. l. ſeruo inuicto.§.ſi pupillo.ff.ad Trebellia.illud valet, & tenet,vt in.l. multi. cum gloſſa.ff. quod cuiuſque vniuerſo nomi.¶Dummodò illa pars conſiliariorum,quæ non fuit præſens, non ſit expulſa de ciuitate per inuidiam: quia tunc licet ſtatuta facta à præſentibus ſeruaretur, inter eos, non tamen in præiudicium expulſorum , nec præſentes glorientur de ſua malignitate , vt in.l.itaque fullo.ff. de furtis, prout tenet dictus Angel. in dicto.§.ius ciuile.Inſtitu.de iure.na.numero.16. & in.§.ſenatus.nume.3.in fine.¶Sed hodie non
5 totus populus,ſed ſolū † decuriones, id eſt , regidores , qui publicè ſono campanæ , vel voce præconia , vel die ſolita , loco , & more ſolito congregati ſunt , poſſunt facere iſta ſtatuta , vt in.l. ſi pupillus. §. decuriones. ff. de verborum. ſignification.& probat dictus Gandi. in dicto,titul.de obſeruan. ſtatu. in principio. ¶Et talia
6 ſtatuta facta per eos, debent † publicari per præconem , quòd eſt verum in ſtatutis vniuerſalibus,ſecus in ſtatuto particulari in fauorem alicuius facto,vt tenent Bald.& Cyn.& Paul. de Caſtro in.l.leges.C.de legi.numero.2.& Ange.in. dicto.§.ius ciuile. Inſtitu.de iure.natu.numero.
7 12.¶A quo autem tempore ligent † iſta ſtatuta , dic quod habentes notitiam ſtatuti, ſtatim,

ſtatim ligãtur.vt in.l.fi.ff.de decurio.ab ordi.fa-
ci.ſi verò loquimur in ignorantibus,tunc ſi ſunt
ſtatuta præiudicium aſſerentia, ligant infra tem
pus,arbitrio iudicis diſcernendum, vt poſsit cõ-
prehendi vtrum fuerit ille in ſuprema ignoran-
tia,vel non, ſi vero afferant vtilitatem ſtatim o-
perantur effectum vt tenet Ange.in.d.§.ius ciui
le.numer.11.vbi dicit,quòd Barto.in.l.prima.in
fine.C.de caducis tollen.dicit, quòd ſufficit pro
bare per teſtes,quod ſtatutum fuit publicatum.
argu.l.ea quidem.C.de accuſa. ¶Contra iſtum
8 text.videtur eſſe:† quia prætores ſiue præſides
prouinciarum,& poteſtates,& alij officiales ter
rarum non poſſunt facere leges,quia poſt trãſla
tionem imperij in principem non poſſunt præ-
tores,etiam populi Romani legem vniuerſalem
facere,quia non poteſt populus Romanus,vt te
net Angel.de Areti. in.§. prætorum.Inſtitutio.
de iur.natur.gen.numero.3.& in.§. quod princi
pi.nume.5.¶Sed hoc non eſt contra noſtrũ tex.
quia hic non datur facultas ciuitatibus, & villis
faciendi leges generales,ſed ſolùm ſtatuta parti-
cularia,quo ad ipſam ciuitatem, & quoad cõmo
rantibus in ipſa,& in ſuo diſtrictu,& iuriſdictio
ne,quia tunc bene poſſunt iſta facere, vt in iſto
text.regio.& Bartol.in dict.l. omnes populi. ff.
de Iuſti.& iur.gloſſ.& doct.in.l.prima.C.de po
ſtuland.Bartol.in.l.final.ff.de pœnis:& per Bal.
in.dict.l.omnes.numero.2.vbi ait, quòd populi
poſſunt ſibi facere ſtatuta.l.Antiochenſium.ff.
de priuileg.credi.&.ff.de decreti.ab ordi.faci.l.
final.&.l.prohibere.§.planè.ff.de quovi aut clã.
l.ſerui noſtri.C.de noxali.capi.1.de conſti.in.6.
¶Nam ſicut populus poteſt habere propriã cõ-
ſuetudinem.vt in.l.an in totum.ff.de ædifi. pri-
ua.&.l.de quibus.ff.de legibus.&.l.venditor. §.
conſtat.ff.communia prædio.à qua non eſt rece
dendum: quia habet vim naturæ vt in.l.1.§.deni
q;.ff. de aqua pluui. arcen. ita poteſt facere ſta
tutum & tenor,& ordo conſuetudinis,& ſtatuti
non debet prætermitti.vt in.d.§.conſtat.& in.l.
certa forma.C.de iure fiſci.libr.10.& in.l.conſti-
tutionibus.ff.ad municipal. quia ordo rei dici-
tur forma rei quæ non debet præuaricari, etiam
in actu fauorabili.vt in.l.qui Romæ.§.Faui⁹ her
mes.ff.de verbor.obliga.ſecundùm Bald.vbi ſu-
prà.& Anto.& Abb.in.ca.quòd clericis. de foro
competen.¶Dummodo non ſtatuant in præiu-
dicium culminis imperialis.vt tenet gloſ. in.l.9.
titul.5.lib.3.for.ll.in gloſſ.*por ſu*.in fine.¶Sed an
9 ſolus poteſtas, & ſic† corrector põt facere ſtatu-
ta.iſte tex.videtur dicere,ꝙ nõ ſed debet ea face
re cum cõſilio ciuitatis,ibi,*las hara con acuerdo del
regimiento*.idem tenet Ang.in.d.§.ius ciuile. col.
2.numero.5.verſicul.aut iudices,vbi ait, quòd ſi
iudices habent temporalem iuriſdictionem, vt
rectores terrarum,conuocato conſilio ciuitatis
ſtatuta poſſunt facere.vt in dict.l.prima.ff.cuiuſ
que vniuer.nomi.ipſi vero ſoli non poſſunt face
re.vt in.l.pro grammatic.C.cõminatio vel epi-
ſtol. ¶ Sed hoc intellige de ſtatutis perpetuis,
ſed ſtatutis temporalibus,ideſt,quod durent to
to tempore ſuo ſpectantia ad exigentiam facto-
rum,vt quod nullus portet arma,& ſimilia bene
poteſt ſolus ſine cõcilio ciuitatis facere, vt tenet
dictus Angel.vbi ſuprà.per text.in.l.fina.C.de
officio præfe.vig.& Angel. magis latè in.l.1. ff.
quod quiſque iuris. ¶ Ad quod facit quod tenet
idem Angel.in.l.cum nauariorum.C.de nauicu
10 la.libro.11.de iudice ſtatuente† imminẽte publi
ca vtilitate ſalarium pro aliquo malefactore ca-
piendo,de quo per Bartol.in.l.1.ff.de Iuſtitia.&
iur.numero.3.& ibi per Iaſ.numero.11.vbi ponit
plures limitationes.de quo vi.Bartol.in. dict.l.
nauariorum.& Ioan.de Pla.in.l.vnica.C.de præ
ben.ſala.libr.10.*Et vi.Iaſ.in.l.1.§. ſi tibi iuditiũ.
numero.2.ff.de condi.ob turp.cauſam,vbi tenet,
quòd quis poteſt licitè mercedem accipere pro
indicando malefactorem,ſecus inquit, ſi quis in
uenerit rem alterius: nam non poteſt licitè pete
re quòd ſibi aliquid detur pro inuentione: per
tex.in.l.falſus.§.qui alienum verſi. quid ergo ſi
pretium.ff.de furt.& ibi Bartol.quod dicit men
ti tenendum quia ſæpè occurrit,pro labore: ta-
men inueniendi licitum eſt recipere præmium
arg.l.nobis honeſtè.§.ſed ſi nauis.ff.ad.l.Rodiã.
de iact.ſecundum.Iaſ.vbi ſuprâ.& ibi Alber. ta-
men pro inuentione ſerui benè accipitur merce
dem,vt in.l.7.tit.15.lib.4.fori.ll.& Peregrin. in
par.furtum.quæſtio.6.in.gloſ.duplicatum.vi.l.
13.tit.1.lib.9.fori iuzgui.vi.l.ſolẽt. ff. de præſcri.
verbis.* ¶ Tamen ſi ſunt iudices de maioribus
magiſtratibus,vt de ſenatoribus præfectis prẹto
rio,vel legatis apoſtolicæ ſedis, poſſunt ſtatuta
condere,vt in.l.non ambigitur.ff.de legibus, &
etiam ſi habent dignitatem perpetuam, vt om-
nes marquiones,epiſcopi,& ſimiles perſonẹ,poſ
ſunt facere dicta ſtatuta vt in capitulo.2.de ma-
io.& obedi.Angel.in.l.vectigalia.C. noua vecti
ga.impo.non poſſ.in.6.columna. in.3. quæſtio.
verſicul.Item dico de legatis.ſed in hoc vide di-
ſtinctionem Bald. relatam per Angel. vbi ſu-
11 prà.¶Et adde,quòd magiſtri † grammaticæ in-
ter ſuos ſcholares poſſunt facere ſtatuta pœna-
lia,& correctoria malorum.argumentum gloſſ.
in.l.liberto.ff.de obſequijs liber.non autem poſ
ſunt imponere pecuniariam,cum ob mores non
debeant fieri receptione pecuniæ.argumẽ. in.l.
prima.



prima.§.taceat.C.de rei vxo.actione,ſecundùm
Angel.in dicto.§.ius ciuile,quòd facit cõtra iſtos
lectores grammaticæ,quia qualibet hebdoma-
da locant regulam.¶Sed an iſta ſtatuta facta per
12 iſtos† correctores, ſine concilio ciuitatis durent
perpetuo,vide Gandi. in dict.tract.malefi. in di
cta,parte obſeruan.ſtatu.in principio, vbi vide-
tur tenere,quòd ſi ſunt facta communicato con
ſilio ſunt perpetua.per.l.ſi prætor.ff.de iudicijs,
& per alia iura vt ibi per eum Bald. tamen in. d.
l.omnes populi.3.colum.nume.7.verſicu. edita
vero,videtur ſentire,quòd nõ ſint perpetua, ſed
ſolùm durent quouſq; durat ſuum officiũ: quia
propriè non dicuntur ſtatuta municipalia: quia
non ſunt propoſita perpetuè iuriſdictionis cau-
ſa,ſed prout res incidit vt in.l.ſi quis id quod. ff.
de iuriſdi.om.iudi.&.l.fin.ff.de pœnis.& ex his
non oritur actio in factum, tanquam ex edicto
prætoris,ſed oritur actio ex illo edicto ſi quis ius
dicẽti non omptempera.& iſta dicunt bana po-
tius quàm ſtatuta,quia habent vim ſententiẹ in
terlocutoriæ,& non vim legis,nec ſententiæ dif
finitiuæ.vt in.dic.l.pro grãmatic.¶Et ſucceſſor
qui iurat ſeruare ſtatuta,nõ videtur iurare ſerua
re illa quæ finita ſunt, & non ſunt redigenda in
libro ſtatutorum,& quia ſi imponitur pœna ve-
nienti contra ſtatuta loci,iſta pœna nõ habet lo
cum,quia non poteſt dici ſtatutum, niſi ex com
miſsione populi magiſtratus fecerit.vt in.l. pri-
ma.ff.quòd quiſq; iur.¶Et Bartol.in. l.impera-
tor.ff.de pœnis,quæ eſt lex finalis,dicit, ꝙ ſtatu
ta ſunt perpetua,ſed Bartol.ibi loquitur quãdo
ſtatutum eſt factum à populo:quia tunc eſt ius
ciuile,vel ſi eſt factum ab aliquo habente pote-
ſtatem,vt ab epiſcopo vel legato,duce,marquio
ne,non de & ſtatutis factis per poteſtatẽ vel cor
rectorem ſine conſilio.vt Bart.in.d.l.omnes po-
puli.nume.8.¶Sed actio deſcendens ex ſtatuto
an ſit perpetua,dicit, quòd quando eſt factum à
populo erit perpetua, ſed ſi ſtatutum fit ab ali-
quo præſide (vt quotidiè fieri videmus) tunc a-
ctio deſcendens ex eo ſi eſt pœnalis durat anno,
videtur enim ius prætorium, quòd eſt factum à
magiſtratibus,& ſic Bartol.cum Bal.concordat,
& idem tenet ibi Alexander.in additiõe.ad Bar-
tol.de quo vide Bald.in.l.prima.C.de hæredita.
Inſtitu.& Angelum.in dicto.§.ius ciuile. nume
ro.decimotertio. ¶ Vtrum populus vel conci-
13 lium ciuitatis † poteſt ſtatuere ſine prætore vel
correctore, dic quod non, vt in principio iſtius
gloſſæ dixi allegando Gandi. & in adiutorium
eius facit,quòd populus non poteſt vnum mini
mum actum iuriſdictionis exercere niſi interue
niat magiſtratus,vnde non poteſt apud populũ
aliquis emancipari.vt.ff.de ſeruis reipub.ma.l.1.
ſed ſtatuta cõdere eſt iuriſdictionis:quia qui ſta
tuit ius dicit,imò facit,quòd plus eſt quam dice-
re ius vel reddere,vt in.l.1. ff. quòd quiſque iur.
¶Et quia eſt forma legis, quòd magiſtratus fa-
ciat propoſitam interrogationem,in cõſilio, vel
parlamento populi,vt dictum eſt,& in.l. 1.ff. de
legi.in gloſſ.¶Et quia præſes ciuitatis debet ibi
eſſe tanquam caput,& congregatio,& congrega
ti ſunt tanquam membra,vt Bald.in.l.actor à tu
tore.ff.rem ratam habe. & ideo ſecundùm eum
ibi,in ſyndico,vel actore conſtituto ab vniuerſi-
tate requiritur decretum poteſtatis ſeu præſidis:
& idem tenet Barto.in.l.nulli.ff.quòd cuius vni
uerſi.nomi.nume.7.& melius Pau.numero.6.
& Abb.in capitul.primo.de ſyndica.& Bald. ibi
in rubrica.numero.3.& Specula.in titul. de acto
re ab vniuerſita.in principi.vbi tenet quòd con-
tra actorem vniuerſitatis excipitur quòd eſt ſi-
ne decreto iudicis conſtitutus,& per eundem in
titul.de ſyndico.numero.17.& Bald.ſingulariter
in.l.filius familias.§.veterani.ff.de procura. nu-
mer.3.& eſt communis opinio. vt additio. Abb.
in dict.capitul.de ſyndica.nume.5.& vi.glo.in.l.
3.titul.10.libro.1.for.ll.in gloſſ.fin.in fine.aliàs ſi
cõſtituitur procurator,ſine authoritate iudicis,
vel forma non ſeruata, eſt nulla conſtitu. tenet
Bart.& Plat.in.l.actuarios.C.de nu. actuarijs li.
12.licet contrarium teneat Bald.in.ca. doceri. de
reſcriptis.nu.5.& in.c.ſignificauit. de appellati.
numero. 5. tamen ſi defficit poteſtas, bene po-
teſt creari talis procurator à decurionibus. tenet
Bald.in.l.vbi aſsint.ff.de tutori.& curat.datis ab
his.in fine. ¶Præterea omne quòd eſt neceſſa-
rium ad ordinem rei,eſt neceſſarium ad eſſe rei,
ſed populus non debet vocari niſi per magiſtra-
tum.vt in.l.obſeruare.C.de decuri.libr.10. ¶Ad
idem facit quia populus nõ poteſt diſponere ſu
per magiſtratu, niſi confirmetur, à ſuperiore vt
in authen.defenſò.ciui.§.in crimine. coll.3.ergo
non põt diſponere ſuper iure redẽdo à magiſtra
tu quia cum magiſtratus ſit ſuperior populo rõ-
ne confirmationis ſuperioris,ergo populus non
poteſt imponere legem magiſtratui, quia infe-
rior non poteſt imponere legem ſuperiori.vt in
l.prima.ff.de conſtitutio.princip.¶Et quia cle-
ricus ſine epiſcopo non poteſt facere ſtatuta,
quia eſſent membra capite mutilato, ergo idem
in populo. Populus enim debet ſubeſſe, non
præeſſe cùm magiſtratus ſit eius princeps.l. ſpa-
donem.§.ſi ciuitatis.ff.de excuſatio.tuto.¶Quo
que facit. Nullus populus videtur ſani capitis:
quia quantò maior numerus,tanto minor intel-
lectus. vt in.l.ſi conſtat.de appella, &.ff. qui. &
à qui.l.

à qui.l.ſi priuatorum.& in.l.totiens.ff.de pollici
ta.¶Præterea populus Romanus,in quo erat om
nium populorum vis,ac poteſtas, abdicauit à ſe
imperium,ergo non remanſit in membris, quia
cum capite fortunas ſuas tranſtulit.l.fin.C.de.le
gi.& in.l.qui ex liberis.§.1.ff.bonorum poſſe.ſe-
cundùm tabul.¶Præterea.A quo remouetur ge
nus,emouetur, & quælibet eius ſpecies.C.de trã
ſactio.l.ſi cauſa cognita. Sed à populo remoue-
tur omnis iuriſdictio ſtatuendi. vnde dicit Inno.
in.c.cum acceſsiſſent de conſtitu.quòd penes po
pulum iuriſdictio,nulla reſidet hodie. & ibi Cõ-
poſtella.tenet,ꝙ nulla vniuerſitas poteſt facere
conſtitutionem abſq; magiſtratu. quæ opinio ſe
cundùm Bal.in.d.l.omnes populi.col.2.nu.3.ſe-
uerè & tenaciter ſeruatur in terris eccleſię,& ideo
ſi tota prouincia faceret ſtatutũ, non admittere-
tur,niſi eſſet approbatum.Sicut ſi caſtrum face-
ret ſtatutum,non admitteretur niſi per commu-
nem ciuitatis approbaretur. ¶ Sed Bal.vbi ſuprà
videtur tenere, ꝙ non habeat locum in ciuitati-
bus,quæ iura ſuperioris habẽt:vnde ciuitates ha
bentes fiſcũ,poſſunt facere pœnalia ſtatuta,quia
de iure ſuo licitum eſt eis ſtatuere,ſed non in alie
num ſaltem mittere.l ſi conſtiterit.C.fini.regun
do.cum ſimilibus.¶Ideo Bal.dicit de iure cõmu
ni eſſe diſtinguẽdũ, vt ibi per eum.in.d.l. oẽs.2.
column.verſiculo.& ideo. ¶ Sed quicquid dicat
Bal.& diſtinguat,tu tene iſtum text.& ſic,ꝙ po
pulus ſolus ſine poteſtate,ſeu correctore non po
teſt ſtatuere,nec talia ſtatuta facere. ¶Vide tu
Ang.in.d.l.omnes populi.in fine.vbi in hoc ca-
ſu vult dicere, quòd aut loquimur in populo,
qui regitur per magiſtratus ſuos, & à ſe creatos,
& tunc poteſt facere ſtatuta ſine authoritate il-
lorum magiſtratuum,& ita dicit ꝙ poteſt intel-
ligi.d.l.Antiochenſium.ff. de priuileg. credi. &
& idem tenet Paul.de Caſtro.ibi.nume.6.quem
vide. Aut loquimur de magiſtratibus creatis à
principe,vel ab alio ſuperiore, vt rege,& tunc ſi
populus vult facere ſtatuta circa id, quod tãgit
ius fiſcale,putà circa maleficia punienda,& non
poteſt ſine authoritate ſuperioris.Aut volũt ſta
tuere de eo,ꝙ tangit ipſos,& poſſunt. Quæ di-
ſtinctio Angel.certè mihi videtur. ¶Aduerte ta
men,ꝙ iſti qui poſſunt facere ſtatuta,debent ea
14 facere,niſi ſunt † excommunicati,vel interdicti,
vel banniti.vt in capitul.aduerſus.de immunit.
eccleſi.§.quia verò.quod dicit Ange.in dicto.§.
ius ciuile.nume.5.eſſe notandum quia non poſ-
ſunt facere: & ſi ſcienter faciunt cauſa occupan-
di iuriſdictionem,incidunt in pœnã.l. Iuliæ ma
ieſta.vt in.l.3.in fine.ff. ad legem Iulia. maieſta-
15 tis.quod nota.¶Et talia ſtatuta debent fieri † ſu-
per eo, quod nullo iure diſpoſitum eſt. vt in. l.
de quibus.ff. de legi. aliàs ſi ſtatutũ ſit ſuper eo,
quod eſt diſpoſitum â iure, non valet, maximè
ſi ius ciuile habet clanſulam derogatoriam,quia
in contrarium non poteſt ſtatui.vt in authenti.
nauigia.C.de furti.& in authentic. omnes pere-
grini.C.communia.de ſucceſſ.vi.tu Paul.de Ca
ſtro.in.d.l.omnes populi.nume.4. vbi tenet, ꝙ
populus habet facultatem condendi ſtatuta, &
talia ſtatuta valent,etiam ſi ſint cõtraria iuri ſcri
pto:non propter poteſtatem condentium, ſed
propter licentiam datam ab ipſo iure ſcripto.
quod dictum Paul.mihi eſt notandũ. & ſua opi
nio comprobatur per iſtum tex.ibi, *y las hara*.&
ſic datur poteſtas à iure ſcripto,dum tamen non
tendant in ſuperioris præiudiciũ,ſecũdùm Pau-
lum.vbi ſuprà.¶Item ſi ſtatuant contra ea quæ
16 ſunt principi reſeruata,† non valet ſtatutum.vt
ſuper tributis,& muneribus pertinentibus ad fi
ſcum,vt Angel.in dict.l.omnes populi.verſicu.
quintò oppono.vel ſuper legitimatione ſpurio
rum,& ſuper venia ætatis à erogatione,& ſimi-
libus:vt notatur in capit.2. de maiori. & obedi.
Aliàs valent ſtatuta,dummodo non ſint contra
bonos mores:vt in rubrica.C.de decretis decuri.
libro.10.quia lex debet eſſe ſancta.l.3.ff.de legi.
quia ſic poteſt fieri per pactum.vt Bar.in dict.l.
omnes populi.& in.l.non impoſsibile.ff.de pa-
ctis.gloſſ.& Bar.in.l.nec ex prætorio.ff.de reg.
iuris. ¶ Ex quo infertur,ꝙ ſi ciuitas recognoſcit
17 † ſuperiorem,non poteſt ſtatuere,quòd à ſenten
tijs ſuorum officialium nõ poſsit appellari,quia
tolleret ius ſuperioris,aliàs poſsit illud ſtatuere.
vt in.l.ſecunda.§.exactis.ff.de origi.iur.iuncta.
l.prima.§.1. ff.quis, & â quo appel. ſit. vt notat
Barto.in dict.l.omnes populi.& in.l.final.ff.de
aqua pluui.arcen.in principio.& Bald.in.l. ſi.§.
final.ff.de tempori.appella.Ange.in.l.prima.§.
ſi quis in appellatione.ff.de appella. & Ange.in
dicto.§.ius ciuile.numer.7.& idem tenet Ange.
in. d.l.omnes populi.verſ.quintò oppono. Sed
ibi dicit quòd ſi populus vult ꝙ cauſa appellatio
nis nõ deuoluatur ad principem,citet gradatim
tot iudices,quòd numerus iudicium includat ta
lem numerum appellationum,quòd non liceat
vltra appellare vt.C. vt non licet tertio prouo-
ca.l. prima. & dicit, ꝙ iſta cautela eſt notabilis
de iure ciuili,ſed de iure canonico eſt magis du-
bia.Attamen diſtinguendum dicit. Aut eſt tale
ius,quòd poteſt derogari per pactum, & poſsit
derogari per ſtatutum.Aut non poteſt per pa-
ctum,tunc nec per ſtatutum.vt in rubrica.de de
curioni.C.lib.10.Sed dicit, quod iſta regula ne-
gatiuè non eſt vera,& ſic quòd non poſſunt ſta
tuere
tuere,quòd appellatio non interponatur,ſed af
firmatiuè ſic,& ſic quòd poſsit ſtatuere, quòd
poſsint appellari.vt ibi per Angel. ¶Sed quid
ſi per iſtos rectores ſunt facta noua ſtatuta & re
dacta in nouo volumine, nec ibi continebatur,
quod vetera eſſent abolita:accidit quod vnus ca
18 ſus,† qui non reperiebatur deciſus per noua ſta
tuta,ſed per vetera ſic,& aliter quam diſpone-
ret ius commune,dubitatur,an debeat decidi ſe
cundum vetera ſtatuta, an ſecundum ius com-
mune? Dic quòd debet decidi ſecundum vetera
ſtatuta,quia non fuerunt expreſsè ſublata.ita te
net Paul.de Caſtro in.l.1.C. de iuſti. C. confir-
man.numero.4.Et hanc deciſionem Paul. di-
cit notabil.Alexand.in additio.ad Bart. in.l. fi-
nal.ff.de falſ.¶Aut per pœnam ſtatuti facti per
19 villam,ſeu ciuitatem,ſit ſublata pœna † legis an
tiquæ? Videtur quòd non:cùm in electione iu-
dicis ſit imponere pœnam iuris communis, aut
ſtatuti:quoniam per legem nouam ſtatutariam
non intelligitur ſublata pœna. l. antiquæ, imo
vtraq; pœna durat.vt eſt caſus in.l.in eum.ff.de
furtis.& in.l. quotiens.ff. de actio. & obliga.&
notat Barto.in.l.ſenatus in principio.ff.de accu
ſa.& tenet Ange.de Aret.in tracta malefi.in par
te,& ibi caput à ſpatuli.verſicul.quid autem.nu
mer.3.& ibi Auguſtinus.in additione.numer.9.
vbi tenet quod ita communiter doctores tenẽt
per.l.qui ſepulchra.C.de ſepul.viol. & ibi Cy.
quoq; tenet,quod iſta ſit communis opinio. &
iſtam met opinionem tenet Oldraldus in conſi
lio.94.columna.4.& Bald.in conſilio.220.in.3.
volumine incipiente,in cauſa domini Miliani.
6.colum verſic.quidam.vbi relata opinione ſua
ſubdito,quod alij dicunt,quod vni legi per aliã
non videtur derogari, cum correctio ſit euitan-
da.vt in.d.l.quotiens.de actio.& obliga. & Bar.
in.l.prima.ff.vi bonorum rapto. Tamen ſi fie-
ret executio vnius pœnæ,ceſſaret alia, niſi eſ-
ſet inuenta ad ſupplementum primæ:quia deli-
ctum,quod non eſt plenè purgatum,debet pur
gari.vt in capit.ad ſi clerici. de iudicijs.&.l.2.C.
de ſporto.vt tenet Bernardi.de Landria. in addi
tio.ad Angel.in tracta.maleficiorum.vbi ſuprà.
¶Quod Angel.intelligit verum,vbi ſuprà, niſi
ex aliquibus coniecturis appareat, quòd per im
poſitionem nouæ pœnę per ſtatutum,vel refor
mationem ſit receſſum à pœna antiqua.Idem te
net Abb.in.c.de cauſis.de offi.delega. & ibi mo
der.& Bart.in.d.l.1.ff.vi bono.rapto. ¶Sed con
tra Bar.& Cyn.tenet Ioann.Andre.& Bald.in.l.
data opera. C. qui accuſa. non poſ. & Petrus de
Anchara.in capit.maiores.de Baptiſ.Imò quòd
per pœnam ſtatutariam videtur receſſum à pœ
na iuris communis,& factus eſt iudex, qui pœ-
nam iuris communis imponeret, quia poteſtas
iurauit ſeruare ſtatuta.Et hãc opinionẽ dicit Au
guſti.de Arimi.in addi.ad.d.Ang.in tracta.ma-
leſi.vbi ſuprà,ꝙ ſibi magis placet maximè per di
ctum Bald. in.l.2.C.de rebus credi. in fine. vbi
per tex.in.l.qui cum vos.§.qui poſt.ff.de re mi
lita.dixit,quòd vbi per ſtatutum minuitur pœ-
na,videtur receſſum ab alia pœna capitali, hoc
eſt maiori.quinimo hoc voluit Bald. in.l. final.
C.de ædificijs priua. vbi tener quòd vbi per.l.
antiquam imponitur pœna grauis,& per.l. no-
uam imponitur pœna minor, per iſtam mino-
rem intelligitur derogatum,& receſſum à maio
ri.¶Alberi.de Roſa.iſtam.q.examinat, in pri-
ma parte ſtatu.quæſtio.8.vbi latè allegat omnia
quæ poſſunt allegari pro vtraq; parte,& conclu
dit,quòd totus mundus obſeruat, quòd per pœ
nam ſtatuti ſit derogatum pœnæ iuris cõmunis
vt ibi in fine tenet.& Hippolytus de Marſi. in
ſua practi.crimi.§.quęritur.in principio.vſq; in
fine per decem colum.hanc examinat quæſtio-
nem,& ibi in numer.5.&.6.tenet,quód opinio
Alberici vbi ſuprâ,eſt communis, & eſt tenẽda
tanquam æqua,& ſic,quòd per pœnã ſtatuti de
rogatur pœna iuris communis, quicquid dixe-
rit Bartol.in.d.l.prima.ff.vi bonorum rapto.Et
hanc opi.Alberic. tenet Salyc.in.d.l.qui ſepul-
chra.colum.2.verſic.quæro tunc ſecundò. vſq;
in fine. vbi eam tenet per quinq; fundamen-
ta ſatis ſingularia,& dicit,quòd opi.Bart.in.d.l.
prima,& ſequatium,videtur ſibi periculoſa pro
aſſeſſoribus,& præſidibus,& cum hac videtur.
ibi tenere Cy.verſic ſecundò allegatur.in addi-
tione.in quantum dicit, & ita tenent noſtri do-
ctores,& videtur expreſſum in.l. qui cum vno.
§.qui poſt,verſicul.nam exequi.ff.de re milita.
& iſtam opi.tenet Alex.in additio. ad Barto. in
d.l.1.ff.vi bono.rapto.in addi.2. Et retẽta iſta o-
pinione pro communi, vt dictum eſt. ¶Dic eã
limitari niſi ipſa lex eſſet iuſtior, & æquior ſta-
tuto,quoniam iſto caſu,non eſt credẽdum, nec
tenendum,ꝙ talis lex ſit ſublata per dictum ſta
tutum.vt tenet dictus Hippolyt.de Marſi.in.d.
practi.crimi.§.quæritur.nume.7. quod dicit eſ-
ſe nouum,& notandum, ad quod dicit videndũ
Iaſ.in.l.Gallus.§.quidam rectè.vlti. column.in
fine.ff.de liberis,& poſthum. ¶Quoq; dictus
Hippo.vbi ſuprà.num.9.intelligit dictam com
munem opin.quando ſtatutum poſterius tollẽs
primum,faciat ſpecialem mentionem primi ſta
tuti,cum clauſula derogatoria dicti primi ſtatu
ti,aliàs pœna iuris communis non eſſet ſublata,
nec primum ſtatutũ per poſterius, ſine tali clau



ſula,

ſula,ad quòd allegat ipſe plura iura, quæ per te
vide,tamen ipſe in numero.16.tenet,quòd ſuffi-
cit generalis derogatio abſq; eo, ꝙ ad ſpeciem
deueniatur,per iura.vt ibi per eum. & vi. Bald.
in.l.ſi quis ab alio.ff.de calumnia, vbi ait ꝙ licet
lex noua nouam imponat pœnã, niſi ſit clauſu
la derogatoria aliarum legum, non intelligitur
ſublatus alius modus agendi. Quod dicit eſſe no
tandum pro ſtatutis imponentibus diuerſas pœ
nas à iure communi.vt dicit notare Cyn.in.d.l.
qui ſepulchra. Sed tu tene ſupradictã opi.com-
20 munẽ. ¶Sed nunquid ſic ligitur via † ſtatuti,quo
pœna minor imponitur,poſsit agi via commu-
ni,quæ imponit maiorem,vel econtra ſi maior
eſſet pœna ſtatuti,quod videtur.vt.in. l.2.ff.vi-
bono.rapto.& in.d.l.cûm ex vno.Sed cõtrariũ
videtur.vt in.l.ſenatus.ff.de accuſationibus, &
in.l.1.quod ſenatus.ff.de iniurijs. ¶Sed dictæ le
ges ſecundùm Cynn.in.d.l.qui ſepulchra. non
obſtant quia verum eſt,quotiẽs ſunt plures viæ
agendi,quod vna peracta,agitur alia in quantũ
plus eſt quando vtraq; competit ad intereſſe,
ſed ſi vtraq; ad vindictam, tunc ſecus. vt nota-
tur in.d.l.quod ſenatus.& dicit Cyn. quod iſta
opinio tenet Ioann.de Rauẽ. vbicunq; crimen
punitur diuerſis legibus ſub eadem conſideratio
ne.de quo ibi per Salyce.qui tenet cũ dño. Cy.
¶An iſti,qui dicta ſtatuta fecerunt conceſsione
principis,per iſtum tex.an poſtquam fecerunt,
21 poſſunt poſtea † ea reuocare? Videtur quod nõ,
quia intelligeretur de primo actu.vt in.l.boues.
§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſignificatio. ¶Con-
trarium eſt verum ſecundùm Bald.in tit.de pa-
ce conteſten.in vſi.feudo.in.6.column.num.21.
per tex.in argumen.in.l.omnium.C.de teſta.&
quod notatur in capi.non poteſt.de præben.in
6.in nouella.Et ex his apparet ſecundum Bald.
vbi ſuprà.quòd ſtatuta potius accedunt vltimæ
voluntati,quàm contractui.vt notatur in capit.
cunctis.de conceſsi.præben.in.6.& per Cyn.in
l.fi.§.1.C.communia.de leg.& idem, quòd poſ-
ſunt reuocare tenet Bar.in.l.omnium.C.de te-
ſtamen.Et iſtud tene,licet Bal.ibi teneat contra
rium,dicendo,quòd eadem ſolennitas requiri-
tur in deſtruendo, quæ in conſtituendo.arg.in
l.ſi vt proponis.C.de nuptijs.quia cum opinio-
ne Bartol.tranſit Fulg.Salyc.& Paul.de Caſtro
ibi.Et pro hoc allegat Paul.dictum Ioann.And.
in nouella.in capitul.1.de his quę fiunt à maior.
part.capitul.vbi ait,quòd ſi canonici iurant ſer-
uare ſtatuta,intelligitur quouſq; durabunt, &
poſſunt ſtatuta reuocare,nec ſunt periuri. cùm
de natura ipſorum ſit,quòd reuocari poſſunt ſi-
cut teſtamentum.* Et ibi Abb.num.7.vbi poſ-
ſunt contrauenire collegialiter tollendo dicta
ſtatuta.* de quo per Bart.in.d.l.omnes populi.
de iuſti.& iur.12.colum.num.33.& eſt tex.in.c.
cùm acceſsiſſent.de conſtitutio. & pro opinio-
ne Bartol.& ſequacium eſt text.in.l.44. de To
ro.& tenet Ange.ſingulariter.in.l.Paulus.la pri
mera.ff.de re iudi.in fine.vbi ait,quòd ab ſtatu-
to populi confirmato per principem recedi po
teſt per ipſos ſtatuentes. quod dicit eſſe menti
tenendum. ¶Abba.tamen in dicto capitul.cùm
acceſsiſſet.numer.2.dicit, quòd ſolent Bartolu.
& Bal.concordare,vt opi.Bart.procedat, quan-
do ſtatutum concernit principale fauore ſtatuẽ
tium,quia tunc confirmatio habet vim cuiuſ-
dam priuilegij cui poſſunt ſtatuẽtes vt priuile-
gio renuntiare.vt in capitulo.cùm illorum. de
præben.Et dictum Bald.procedat, quando ſta-
tutum concernit fauorem aliorum, vel bonum
publicum,ita quòd non merè ipſos ſtatuentes:
quia ex quo ſuperior confirmat,videtur diſpoſi
tionem ſuam facere: quia omnia noſtra facimus
quibus authoritatem impartimur.vt in capitul.
apoſtolicæ.de preben.in.6.l.prima. Circa me-
dium.C.de veter. iu. enuclean. & inferior non
poteſt legem ſuperioris tollere.vt in Clementi-
na Romani.de electio.Andre.Sicul.Barb. in.d.
capitul.cum veniſſent colum.10.per.6.column.
iſtam quæſtio.examinat,& dicit, ꝙ Ieſus Chri-
ſtus reuelet vobis veritatem huius hæſitationis:
& ponit quamplurimas opiniones doctorum:
& intellectus. Attamen in.12.columna.verſic.&
in quantum vult tenere cum diſtinctione Abb.
ſupra relata,ſed dicit, quôd debet reſtringi,& li-
mitari veram, ſi per illam reuocationem redu-
cant ſe ad terminos iuris communis. vt probat.
d.tex.in.d.capitul.cùm acceſsiſſent. & hoc vol
uit.Bartol.vbi ſuprà.& facit ad hoc.c.pro illorũ
de præben.& capitulo.dilecto. eodem titulo.
vbi vi. Abba.numer.17.&.19.& eſt ponderanda
dict.l.omnium,quæ loquitur ſecundùm Barb.
vbi ſuprà.eo caſu.quòd quis poterat teſtari ſine
principe,& etiam reſpicit commodum ipſius te
ſtantis,& dicitur,ꝙ ſine principe põt reuocare
Et ſic eſt ibi caſus formalis ſecundum Barb. vbĩ
ſuprà pro dicto Abb. quôd vbicunq; ſtatutum,
& confirmatio eius tendunt ad vtilitatem ſta-
tuentium,poſſunt ſtatuentes reuocare. Et per
conſequens cum reuerentia Bar.non bene loquĩ
tur,inquantum aſſumit doctrinam ita largã ex
iſto text.dicendo,quòd ſtatuentes paſsim poſ-
ſunt reuocare ſtatuta confirmata à ſuperiore,
Quia ille text.loquitur,quando actus,& eius cõ
firmatio concernebat vtilitatem ipſius diſponẽ
tis,nec de hoc doctores animaduerterunt.Et ita
dicit



dicit Barbat.vidiſſe doctores Peruſinos. in. d.l.
omnium.ponderantes illum tex.contra Barto.
& dicit,quòd iſta concordia Abba.quam dictus
Abb.ſibi attribuit,fuit Ang.in dict. l. omnium
de quo per dictum Andre.Sicul.Barba. vbi ſu-
prà. ¶Et licet ſit verum,quòd ſtatuentes poſ-
ſunt reuocare,vt dictum eſt,fallit,ſi in cõfirma-
tione princeps opponat clauſulam decreti de-
cernentis irritum,quia tunc non eſt licitum in-
feriori contrauenire.gloſſa.eſt.& ibi Abba. nu-
mer.14.in.cap.dilecto.de præben. ¶Sed quid ſi
omnes de conſilio iurauerunt ſeruare ſtatuta,an
poſſunt pro bono publico reuocare ſine metu
periurij? Dic quòd ſic: quia iuramentum intelli
gitur,dum ſtatuta fuerint ſtatuta. Si tamen iu-
raſſent non reuocare, tunc bene eſſent periuri
niſi habita eſſet conſyderatio ſtatuti tanquam à
cauſa finali,quia tunc deffectus cauſæ finalis ex
cuſat à periurio.tenet Montal.in.l. prima titul.
7.lib.1.for.ll.in gloſſ.juren.Et de iſta materia vi
de Alberi.in.1.part.ſtatu.q.16.* Et adde ꝙ pœ-
næ quæ imponuntur pecoribus,& alijs damni-
ficantibus ſaltus & prædia aliena,poſſunt creſci
& augeri ſi pœnæ nõ ſunt ſufficientes,ſeu ſi qua
litas temporis exigit.text.eſt,& ibi Grego.Lo-
pez.in.l.3.in fin.titul.26.partit.2.& ſingulariter
Petrus Antiboli in tracta.de munerib⁹.in.3.par-
te.§.4.num.197.&.199.cum ſeq.tomo.6. tracta.
fol.48.& vi. Bal.in.l.& ſi ſeuerior. C.de his qui
notantur infami.*

*SVMMARIVM.*

1 *Electio officialium ad concilium ciuitatis ſpe-*
*ctat.*
2 *Electio debet fieri de magis idoneo.*
3 *Electio debet ſtatim notificari electo.*
4 *Appellari poteſt à nominatione.*
5 *Si appellationis cauſa eſt pronuntiatum, quòd*
*quis acceptet officium, eo nolente aceptare,de*
*bet alius loco eius ſubrrogari,& illi ſubrroga*
*to dare bona renuentis poßidenda,& vſufru*
*ctuanda. Et quoq; poteſt poni in carceribus*
*& in banno,& indici multa.*
6 *Si pro contumace iußo gerere magiſtratum cõ*
*pareat alius,& vult onus officij ſubire pro-*
*ipſo,non eſt admittendus.*
7 *Appellatione durante à nominatione ſi eſt col*
*lega in officio,an ipſe in ſolidum officium exer*
*cit.*
8 *Quid in pluribus executoribus,& fidei comiſ-*
*ſarijs,an ſi vnus ſe excuſet, alter totum offi-*
*cium adimpleat.*
9 *A tutela,& cura non debet quis appellare,ſed*
*ſe excuſare.*
*Excuſationi iſti debet dari curator liti, aliàs*
*ſententia excuſationis eſt nulla.*
10 *Nominans in debitè aliquem,ſciens eum habe*
*re excuſationem,tenetur ei ad omnes ſumptus*
*litis.*
11 *Eligere an poteſt officiales ſolus magiſtratus,*
*& quid ſi eſt electus, & non acceptat officiũ,*
*an iterato ciuitas poteſt eligere, & quid ſi el-*
*lectores non ſe concordant.*
12 *Confirmatio officialium debet fieri per princi*
*pem.*

d Eligan. d Idem eſt de iure cõmuni, q̃a
1 ad concilium ciuitatis † ſpe-
ctat facere electionem officialium,& ſyndico-
rum.vt tenet Bart.in.l.2.C.de decurio.lib. 10.in
fine.& tex.in.l.Itẽ eorũ.§.ſi decuriones.ff.quod
cuius vniuerſi.nomi.&.l.ſed ſi ex dolo.§.1.ff.de
dolo.& ibi gloſſa.Platea.in rubrica.de decurio.
& in.l.2.eiuſd.vt numero.3.& Lucas de Penn.in
princip.vbi ait,ꝙ is ergo,qui præ eſt ciuitati fa-
cere, ſeu curare debet vt cum imminet officia-
lium electio,aut aliqua munera,ipſi decuriones
ſolenniter ad curiam euocentur, & electio per
eos,vel nominatio fiat.Idem tenet Petrus Antĩ
boli.in tracta.de muneri.in.3.parte.§.4.numer.
200.quem vide.tomo.6.tracta.fo. 48.* Et facit.
l.8.titul.1.libr.7. ordi. & intellige ſi talia officia
iuriſdictionem non habent: quia de lege partita
rum electio ſeu prouiſio iudicum ordinariorũ
ciuitatum & villarum regni ſolum ad principẽ
expectat & non ad vniuerſitates, nec ad conci-
lia ciuitatum: tenet Grego.Lopez.in.l.7. tit.18.
parti.3.& hoc niſi habeant ex priuilegio,vel cõ-
ſuetudine,vt dixi ſuprà.in.c.1.in.g.1.* ¶Talis ẽm
2 electio debet † fieri de magis idoneo vt Inno.in
c.cum olim.de teſtibus.nu.2.tamẽ ſi fiat de dig-
no,non vitiatur,licet potuerit fieri de digniori.
glo.& Bart.in.l.cum quidam.ff.de lega.2.Et vi.
Plat.in.l.1.C.de agricolis, & mancipijs domini,
& fiſcali.libr.11.vbi ait, quód electio ad honores
& munera ciuitatis debet fieri de ordinibus de-
curionum,& de alijs florentibus viris ciuitatis:
nec eſt deſcendendum ad infimos,niſi in ſubſi-
dium, quo caſu etiam minus idonei eliguntur.

vt ibi per eum. Et ſic debet intelligi quod dicit
Plat.in.l.per Illiricum.C. de cohartali. libro.12.
vbi ait, quòd ſectantes immania, & illicita lucra
non ſunt ad officia eligendi, & idem tenet ipſe
Plat.in.l.ſi cohartalis.eiuſdem titul.dicendo, ꝙ
artifices, & negotiatores, & aliæ viles perſo-

**eligan juſtamẽte[d] y**

næ non poſſunt aſſumere officia prouinciæ, nec
alias dignitatis.* Et facit quod tenet Ludo. Ro-
ma.in rep. l.ſi vero.§.de viro. ff. ſoluto matri.
colum.pe.vbi affirmat, quòd iura facientia ali-
qua perſonarum genera non idonea ad officia,
vel dignitates, vel concedentia alicui genera per
ſonarum, immunitatem à prædictis non exten-
di ad caſum quo ineſt neceſsitas, vt quia alij ido-
nei reperiri non poſſunt, tunc enim ad eos re-
curſus haberi poteſt. vid.l.ex generaliter.§.ſpu-
rios.ff.de decurio.& vi.l.ſpurij & ibi.glo.1.ff.eo.
& in.l.non tantum.& idem dic de economo ec-
cleſiæ quia debet eſſe clericus, ſed ſi non reperi
tur idoneus, poteſt eſſe laicus.tenet Abb.& do-
cto.in.c.2.de iudi.Grego.Lopez.in.l.61. titul.5.
part.1.in.gl.legos.in fin.& facit.l.3.titul.12.part.
1.& facit.l.3.titul.13.part.2.&.l.13.titu.15.parti.1.
& vi. Grego.Lopez.in.l.25.titu.7.par.1.& Bar.
ſingulariter in.l.1.ff.de excuſa.tuto.num.2. vbi
dicit quòd propter penuriam perſonarum nobi
lis interdum ad ignobilium obſequia coarctan-
tur, & ſic econtra ignobiles & infames ad digni-
tatum obſequia propter penuriam perſonarum
admittuntur: quod nota.* ¶ Talis electio debet
3 ſtatim † notificari electo, & ſi eſt abſens, per pu-
blicum nuntium. vt Bartol.& Plat.in. d.l.2. nu.
4. quia anteaquam ſibi notificetur, non currit
tempus appellandi à tali nominatione. vt tenet
Bald.& Angel.in.l.1.C.de tempori.appella. &
talis denuntiatio debet ei fieri perſonaliter vel
ad domum. vt in.l.ſcire oportet.§.oportet.el pri
mero.ff.de excuſa.tuto. Quia citatio, & notifi-
catio ſolenniter facta ad domum alicuius, præ-
ſumitur ad eius notitiam deuenire. vt in.l.vt per
fectius.in verb.domicilium.C.de annali.excep.
& in.l.1.§.1.vbi eſt bonus text.de hoc.& ibi Bar.
ff.de liberi.agendis, & agnoſce. ¶ Et ab iſta no-
4 minatione † de aliquo ad munus publicum au-
thoritate, & vtilitate poteſt appellari. vt in.d.2.
C.de decur.& in.l.ſi ad ſcribatũ.& in.l.hic qui.
C.de appel.& eſt text.ſimilis in.leg.8.tit.23.par
tita.3. Et hæc appellatio ad nominatione, debet
terminari, infrà duos menſes. vt in.l.1.C. de tem
pori.appel.& Plat.in.d.l.2.& ibi gloſſa.& idem
tenet Ioann.de Plat.in.l.generali.C.de decurio.
lib.10.in fine. ¶ Et ſi appellatione iſta pendente
aliquod damnum vniuerſitati eueniret, ex eo
quòd non acceptauit officium, per appellantẽ,
debet reſarciri, ſi iudex appellationis pronun-
tiat male appellatum à tali nominatione. Sed ſi
pronuntiat bene appellatum, electores debent
de ſuo reipublicæ reſarcire. vt tenet.d.l.parti.&
Ang.in.l.ſi imperatores.§.ſi magiſtratus. ff. de
appel.vbi eſt ſimil.tex. ¶ Sed poſtquam in cau
ſa appellationis eſt pronunciatum quòd accep-
5 tet officium, † eo nolente acceptare, debet alius
loco eius ſubrogari, & illi ſubrogato dari bona
recuſantis poſsidenda, & vſufructuanda, donec
durat. Et iſte contumax quandocunq; fuerit re-
pertus, cogitur iteratò ipſum gerere magiſtratũ
duplicato tempore, quo prius erat ipſe geſtur⁹.
vt eſt text.& ibi Bartol.Plat. & Lucas de Penn.
in.l.ſi ad magiſtrum.C.de decur.libr.10.& tenet
Ludouicus Roma.in ſingula.185. ¶ Et quoque
dicit Baldu.in.l. præſens.C.de ſuſpecti.tuto. ꝙ
illi qui nolunt acceptare officia communia, quę
ſunt oneroſa poſſunt poni in carceribus, & in bã
no. Et Angel. de Aretio.in.l.prima.§.ſi quis tu-
tor.ff.quando appel.ſit.col.1.& Bal.in.l.3.C.de
excuſa.tuto. & ibi gl.& in.l.imperatores.§.1.ff.
de appel.&.d.Petrus Antiboli in.d.tract.de mu
neribus.in.3.parte.§.4.num.81.tomo.6.tracta.
foli.42. ¶ Sed an in caſu huius legis poterit huic
electo iudici multa, vt propterea magiſtratum
gerere compellatur. Quod non videtur, cûm cõ
tenti eſſe debeamus pœnis legalibus compræhẽ
ſis.l.ſi compulſus.§.ſi diuortio.ff.de verbo. obli
ga. Sed contrarium eſt ſecundùm Lucam de Pẽ.
in dict.l.ſi magiſtratum, prima colum. vt latè ibi
per eum. ¶ Et in tantum, quòd ſi proba tali con
6 tumace iuſſo gerere magiſtratum compareat †
alius, & vult hoc onus officij ſubire pro ipſo, ꝙ
non eſt admittendus. vt.l.Sthicum Titio.§. vi-
ti.ff.de ſtatu liber.cum concordantis.per.d.Lu-
cam de Pen.in.d.l.ſi ad magiſtratum.3.columm.
verſicul. Item pone. vbi hoc ſingulariter appro
7 bat. ¶ Sed ſi eſt collega in officio, durante † ap-
pellatione ab iſta nominatione, ipſe collega in
ſolidum officium exercere debet: & ſi ambo no
lunt acceptare, in locum amborum appellantiũ
aliquis debet ſubrogari, donec cauſa appellatio
nis terminetur, ſecundùm Angel.in.d.l. ſi impe
ratores.§.ſi magiſtratus.ff. de appella. ¶ Quod
ibi dicit idem dicendum eſt in pluribus fideicõ-
8 miſſarijs, & † executoribus teſtamenti, vt ſi vnus
ſe excuſat, alter totum officium debet comple-
re: & ſi omnes ſe excuſant, & periculum ſit in
mora, diœceſanus eorum loco executioni trade
re poterit omnia in teſtamento relicta, quod
idem tenet Alexande.in additio. ad Bartolu.in
l.prima.§.ſi plures.ff.de exercito.actione.in ad-
ditione, quæ incipit, diſtingue.& eſt text.in ca-
pitul.2.§.ſanè.de teſtamen.in.6. ¶ Sed ſuprà dic
9 tu an habeant locum, quando quis appellat † à
tutela, vel cura? Dic quòd non: quia in iſtis non
debet appellari, ſed debet quis ſe excuſare infrà
quinquaginta dies; & ſi eius excuſatio reijcitur
tunc à tali ſententia reiectionis excuſationis po
terit appellari, vt in.§.qui autem.Inſtitu.de ex-
cuſa, tuto.& eſt tex.in dict.l.8.titul.23.&.l.fi.ti-
tul.17.part.6. Et ratio iſtius poteſt eſſe ſecũdùm
Ioannem de Plat.in.d.l.2.C.de decurio.libr.10.
quia nominatio non fit cum deliberatione con-
ſilij, ſicut illa, quæ fit à concilio ciuitatis, ſecun-
dùm Cy.in.d.l.hic qui.C.de appellatio. ¶ Nota
tamen vnum circa excuſationem tutelæ in pra-
ctica, quam pauci ſciunt: quia intra obſeruatio-
nem temporum, de quibus in.l.ſcire oportet.ff.
de excuſa.tutor.&.§.qui autem.Inſtitu.eodem.
volens ſe excuſare, faciat dare à iudice curatorẽ
hunc liti pupilli, vel adulti, & cum illo curatore
litiget, ita quòd illo curatore defendente cau
ſam pupilli, vel adulti, feratur ſententia excuſa
tionis: aliàs ſi contra fieret ſententia excuſatio-
nis eſſet nulla ipſo iure, tanquàm lata contra pu
pillum, vel adultum in defenſum. ita tenet Ma
teſsila ſingul.136.& vide Ang.in dict.§.qui autẽ.
nume.2.& glo.in.l.1.c.ſi tutor, vel cura.falſ.alle
gan.excuſa.in gloſſ.2. ¶ In propoſito adde vnũ
10 notandum, quòd ille qui indebitè † aliquem no
minauit, ſciens eum habere excuſationem, ſi cau
ſa eum vexandi, vel ex odio nominat, tenetur ei
ad omnes ſumptus litis, quos ille nominatus fa-
ciet in cauſa appellationis ſe excuſando, eius iu
ramento, & iudicis taxatione declarandos, ne e-
ius temeritas, & calumnia tranſeat impunita. vt
tenet Ioan.de Plat.in dict.l.ſecunda.C.de decu-
rio.in fine.per iura.vt ibi per eum. ¶ In tantum
iſti officiales debent eligi per conſilium ciuita-
11 tis, quòd, ſi ſolus magiſtratus, † & ſic corrector,
vel prætor vellet eos eligere ſolus, ſua electió
non valet. vt in.l. nominationes. C. de appella.
niſi decuriones hoc ei commiſſerint. vt tenet
Lucas de Penna.in dict.l.ſecunda de decurio.in
fine.per text.in.l.Item eorum. §. ſi decuriones.
ff.quod cuius.vniuerſita.nomi. Vnde ſecũdum
eum primi reges Romanorum, videlicet Romu
lus, & Numma Pompilius binos quæſtores ha
buerunt, conſenſu, & electione populi, non eo-
rum voce creatos. vt in.l.prima.in principio.ff.
de officio quæſto.* Tamen ſic electores non ſe
concordant in electione venit ad iudicem, vel
prætorem: tenet Alberic.de Roſa.in.l.in vendi-
tione.§. ſi quis fructus. ff. de bonis autho.iudi.
poſsi.numer.3.per.l.vltim.C.de iudi.&.l.1.§.no
tandum.ff.de ventre.inſpicien.facit tex.in.cap.
nec pro defectu de electio.& vi Bar.in.d.l. in vẽ
ditionem.§.ſi vnus.* ¶ Sed quid ſi ciuitas eligat
poteſtatem ciuitatis, ſeu alium officialem, & il-

**ſin parcialidad[e], y anſi miſmo a las q̃ conciernen al bien comun[f]: anſi que**

le electus non
conſentit, an ci
uitas poteſt ite
ratò eligere?
Dic quòd ſic:
quia iſte text.
videtur cogita
re de effectu.&
tenet Bald.in capitu.cauſamq;.de electione. nu
mer.11.per.l.hæc conditio.in principio.ff.de cõ
di.& demonſtra.& per.l.qui per ſalutem. ff. de
12 iure iuran. ¶ Et licet † electio ſpectet ad decurio
nes, tamen confirmatio officialium debet fieri
per literam approbatoriam principis. tenet
Platea.in.l.nullus. C. de cohartali. principibus.
libro.12.

*SVMMARIVM.*

1 *Eligendus non eſt quis ad clamorem popu-
li.*

e **Sin parcialidad.** e In tãtum, ꝙ ſi talis electio
fiat cum illa parcialitate, vel rumore populi, nõ
valet. vt Baldus.in lege omnem.C.ad Tertul.in
fine.& gloſſa in capit.ſecundo.de electione. in
1 prima gloſſa. vbi ad clamorem † populi nullus
eſt eligendus: quia ſæpe, aut gratia hoc faciunt,
aut pretium inde recipiunt.cap.ſi ergo. 8. queſ.
prima. quia populus ſequendus non eſt, ſed do-
cendus.62.diſtinctio.capit.docendus.& cap.mi
ramur.61.diſtinctio.& vanæ voces populi non
ſunt audiendæ. vt in lege decurionum filij. C.
de pœnis.& arg.in lege.ſi conſtat.ff. de appella
tio.& vide quæ dixi ſupra in capit.quarto in gl.
por ruego.in fine.

f **Bien comun.** f In hoc ſtatuentes debent attendere:
quia vt inquit Baldus in tractat. ſtatutorum in
parte, authoritas. verſiculo ſecundo. referendo
Cynn.magiſtratibus videtur conceſſa authori-
tas ſtatuendi, ſi ad bonum publicum, & publi-
cam quietem ſtatuant, vt quia ſtatuunt, quòd
quilibet vadat in exercitium, vel quòd nullus
vadat de nocte ſub certa pœna, & valet tale ſta-
tutum. vt in lege programma.C. commina.vel
epiſtolæ.

epiſtolæ.Sed ad ſingulorum vtilitatem nõ poſ
ſunt ſtatuere.vt Baldus in lege prima.ff.de offi-
cio eius cui mandatum eſt iuris.prout tenet Bal
dus vbi ſuprà.

*SVMMARIVM.*

1 *Labor non debet eſſe vacuus à mercede,& nõ debet defraudari:quia labor corporis,eſt maior quolibet pretio.*

2 *Populus poteſt ſtatuere circa pretium laboris, attenta ratione victualium.*

3 *Laboratoribus debet ſolui pretium ſui laboris in ipſa nocte,quando veniunt ex labore , niſi ſint pauperes,quia tunc debẽt aliquid ex principio habere,vt poßint laborare.*

4 *Conducens operas alicuius , vtrum intelligatur ſumptu locantis,aut ſumptu conductoris iudex agricolas vagos debet mittere ad agrorum culturam.*

5 *An conducens operarium , teneatur ad inſtrumenta ad operandum.*

6 *Scriptor,qui promißit ſcribere librum , tenetur ſcribere de ſuo atramento.*

7 *Operarius in opere rumpens aliquod inſtrumẽtum ferreum conducentis,non tenetur.*

8 *Quid ſi frangit rem,in qua operatur.*

9 *Conducẽs laboratorem ad laborandum,an põt alij delegare.*

10 *Operarius an poteſt ſeruire & operare per ſubſtitutum.*

11 *Opus debet fieri de die & non de nocte.*

12 *Operarios plures mittẽs in vineam ſuam , & poſtea mittẽs vnũ,cui promißit ſibi dare quãtum vnus de alijs habet,an debeat dare quantum ille qui minus habet.*

13 *Laborator conductus pro mercede quã alij cõducti ſunt,debet habere minorem,non maiorem.*

14 *Laboratores conducti ad laborandum in aliena poſſeßione,an puniãtur,vide hic fallẽtias.*

15 *Laboratores conducti ad laborãdum,ſi condemnãtur,an poſſunt agere contra conducẽtes.*

16 *Locans operas ſuas duobus quis erit potior.*

en los meneſtrales g , y otros officiales vſen de ſus officios bien y fielmente , y ſin fraude alguno , como en que la tierra ſea bien baſtecida de carne , y peſcados y otros mantenimientos a razona-

g 1 Meneſtrales. g Quia labor† non debet eſſe vacuus à
mercede.vt Specul.in prooemi.ſui operis.verſi.
hoc ergo,& non debet fraudari.vt in.l.pẽ.§.illo
C.de neceſſarijs ſeruis.Bal.in.l.præcipimus. C.
de impube.& alijs ſubſtit.col. 4. quia labor corporis etiã minimus , eſt maior quolibet pretio: vt in.l. ſeruorũ. ff. de pœnis.& Bar.in.l.1.C.de ſenten.quæ pro eo intereſt.* Et hoc verbũ meneſtrales ponitur.in.l.5. tit.20.part.2.* ¶Et ideo cõdita eſt lex.2. tit 5.lib.7.in ord.
2 reg.vbi habetur ꝙ populus† faciat circa iſtos o-
perarios ſtatuta circa ſui laboris pretium,atten-
ta ratione pretij victualium.Et eſt tex. ſingula.
3 & quoq; dicit. d.l.1. ꝙ iſti laboratores in † ipſa
nocte,quando veniunt ex labore debet ſibi ſol
ui pretium ſui laboris , niſi alia die ſequi volue-
rit quoq; cum conductore laborare,quia in iſto
die debet ſolui.¶Tamen ſi ſunt pauperes labo-
ratores , qui alimenta ex diurno labore perci-
piunt , debent aliquid habere in principio , vt
poſsint laborare:quia verba debent intelligi ſe
cundum qualitatem perſonarum,ita tenet Mõ
tal.in.l.3.tit.20.*de las deudas*.for.ll.lib.3. in gloſſ.
*a plazo*.Quod eſt notandum ad intellectum. d.l.
2.ordinamenti.& idem dicit Bald.in.l.2.C.loca
ti.vbi tenet,ꝙ laboratores de mane,debent ali-
quid habere,vt poſsint laborare, quinimo con-
trahere poteſt cum iſtis ſoldaderjs, & ſtipendia
rijs,puta pecuniam eis mutuando ante tempus
ſolutionis ſtipendij,vt tenet Plat.in.l. iubemus
per hanc.C.de erogati.milita.lib.12.nu.2. ¶Sed
4 quid ſi aliquis conduxit operas† alicuius , vtrũ
intelligatur ſumpta locantis,aut ſumpta condu
ctoris.tex.in.l.1.in.d.tit.5.lib.7.in ordi.rega.di-
cit,ꝙ ſumptu locantis,in quantum dicit , *con to-
das ſus herramientas y con ſu mantenimiento ſalgan a
la plaça los que ſe ouieren de alquilar*. Sed quidquid
dicat iſta lex,tenerem in hoc , quod tenet Bart.
in.l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condi.indebi
ti.num.32.vbi dicit,ꝙ in hoc inſpicienda eſt con
ſuetudo



tudo regionum,quæ conſueuit eſſe in cõductio
ne talium,& illa eſt ſeruanda,quia ſic actum vi-
detur.vt in.l.excepto.& ibi notata.C.loca.& in
l.domini prædiorum.C.de agri.& cenſi.libr.10.
& in.l.quid ſi nollet.§.qui aſsidua. ff. de ædili-
tio edicto.& in.l.ſi prius.§.1.ff.de aqua pluui.ar
cend.& tenet Bal.in.l.liberti.C. de operis liber
to.col.3.num.11.¶Sed iſta conſuetudine ceſſan-
te,tunc ille allimentabitur de pecunia ſibi debi
ta pro mercede,cum in dubio intelligatur face-
re ſuo victu.ſecundum Bar.vbi ſuprà.Ad quod
dicit,ꝙ facit,quod notatur in.l.2.C.locati.& in
l.ſi verò non remunerandi.§.quinto.ff.mandati
& in.l.ſuo victu.ff.de operis libert. vbi melius
probatur,quia ſicut ibi facit propter remunera-
tionem,ita hic propter mercedem. Et ita credo
eſſe intelligendum.d.l.1.ordinamen.ſ.ꝙ de ſuo
teneatur facere victũ,& afferre ferramenta,quã
do conſuetudo non eſt in contrarium,quia tũc
diſpoſitio illius.l.eſt ſeruanda,licet gl.in.l.quo
niã liberi.C.de teſti.in.gl.fi.teneat contrarium
dicendo,ꝙ laboratores debent ali: quod eſt ve-
rum,quando cõſuetudo ita ſe habet, vel ita fuit
conuentum inter partes:vel gratis laborãt,quia
tunc debentur eis alimenta.vt Bar. Bal. Ang.&
Sali.in.d.l.quoniam liberi.¶Sed quid in dubio
quando non fuit inter partes conuentum ? Dic
ꝙ in dubio ſemper intelligitur contractus ini-
tus ſecundum conſuetudinem loci.gl.in.l.quin
ta.§.in commiſſoria.ff.de lege cõmiſſo. & Bart.
in.l.magiſtratus.ff.ad municipal. vt tenet Iaſ.in
d.l.ſi non ſortem.§.libertus.nu.28.¶Sed quid ſi
aliquis promitteret operas ſuas remunerationis
ſeruitij antehabiti?Bar.in.d.§.libertus.dicit , ꝙ
eſt adhibenda diſtinctio. Aut promittens erat
inops,vt dixit in liberto,de quo ibi per eum. Si
vero promiſsio operarum fieret ex mera libera
litate,non cauſa mercedis,nec cauſa remunera-
tionis,tunc intelligerentur promitti ſumpta e-
ius,cui debetur.vt in.l.rebus.§.poſſunt.ff.com-
modati.ſecundùm Bar.vbi ſuprà.*Et tene,ꝙ iu
dex ex officio ſuo debet agricolas vagos mitte-
re ad agrorum culturam:vt in.l.2.titu.14.libr.8.
ordi & Greg.Lopez.in.l.4.tit.20.par.2.*¶Sed
quid ſi conduxi operarium certa † mercede ad
operandum,an ego conducens tenear ad inſtru
menta?Dic ꝙ non,ſed operarij debent portare
omnia inſtrumenta:& ſi non habent, debent co
gi ad emendum.prout tenet Imol. in.l. ſtipula-
tiones commodiſsimę.ff.de verb.obliga.& tex.
in.d.l.1.ord.regali.& tenet Bal.in.l.1.C.de verb.
ſignifi.nu.2.glo.& Bal.ibi in fine in.d.l. quoniã
liberi.& glo. in.l.2.§.fi.ff.ad.l.Rhodi. de iactu.
vbi eſt.tex.& tenet Iaſ.in.d.§.libertus.nu.31. &
32.& idem tenet Ang.in.d.l.ſtipulationes com-
modiſsimæ,vbi ait,omnes operarios teneri por
tare omnia inſtrumenta ad operandum neceſſa
6 ria. Et idem dicit de ſcriptore , † qui promiſsit
ſcribere librum,tenetur ſcribere de atramento
ſuo,& cum calamo ſuo,& tenetur etiam ſcribe-
re de die,& non de nocte.¶Sed hoc quoq; intel
ligo,niſi aliud ſit actum inter partes, vel conſue
tudo ſit in contrarium per ſupradicta. ¶Sed qd
7 ſi operarius in opere rumpit† aliquod inſtrumẽ
tum ferreum,an conducens teneatur?Dic ꝙ nõ,
vt eſt tex.in.l.2.§.ſi conſeruatis. ff.ad.l. Rhodi.
de iactu.& gl.in.d.l.quoniam liberi.& ibi Bald.
& eſt glo.fi.& tenet Iaſ.in.d.§.libertus.nu.30.&
31.& Bal.in.d.l.1.nu.2.C.de verbo.ſignifi. ¶Sed
8 quid autem ſi frangatur† res , in qua operatur?
Vide text.in.l.cum quæritur.§.ſi gẽma.ff.loca-
ti.¶An qui conduxit laboratorem ad laboran-
dum,poteſt alij delegare.Iaſ.in.d.§.libertus.nu
16.per tex.ibi tenet ꝙ non:quia operæ officia-
les non poſſunt alij delegari.per tex.in.l.4.ff.de
nouatio.Et ratio eſt ſecundum eum,quia cohæ
rent perſonæ,vt in.l.operæ in rerum.ff.de ope-
ri.liberto.ergo delegari non poſſunt. vt in.l. v-
nica.§.nec autem.C.de caducis tollen. Hinc eſt
ſecundum eum,ꝙ ſi conduxiſti ſeruum , vt tibi
ſeruiat per annum in domum,non poteſt alij de
legari.& ſi talis delegatio fiat,liberatur delegãs
ope exceptionis,vt Bar.in.l.4.ff.de nouatio.ſe-
cundùm Iaſ.vbi ſupra tamen operæ fabriles poſ
ſunt alteri delegari,quia tales operæ perſonæ co
hærent.ſecundùm Iaſo.vbi ſuprà. numer.18.*vi
de de hoc per Peregr.in parte locatio.q.6.in.gl.
ſecundum laboris colum.2.verſi.conduxiſti: &
ibi etiam,an ille qui debet præſtare operas vno
tempore ſi vult præſtare in alio, an poſsit vi. gl.
in.l.cum quidam.ff.locati,& ibi.Bar.* ¶Sed an
10 operarius poteſt operare,† & ſeruire per ſubſti-
tutum?dic ꝙ non vt tenet Ang.in.d.l.ſtipulatio
nes commodiſsimæ.vbi ait,ꝙ ſcriptor non po-
teſt mandare diſcipulo ſuo,ꝙ ſcribat. Quod di-
cit eſſe idem in omnibus alijs operarijs.quod no
ta.vi.latè per Ioann.de Plat. in.l.nullus qui. C.
11 de decurio.lib.10.num.3. Et tale opus† debet fie
ri de die,cum melius fiat quàm de nocte: & me-
lius per magiſtrum,quam per diſcipulum,ſecun
dùm eundem Angel.¶In propoſito nota vnum
quod tenet Paul.de Caſtr.in.l.ſi ita relictum.ff.
12 de legatis.2.ꝙ ſi aliquis miſsit† in vineam ſuam
plures operarios,& poſtea miſsit vnum & pro-
miſsit ſibi dare quantum vnus de alijs habet , ꝙ
debet habere quantum ille , qui minus habet.
Sed hoc non habet locum in contractu , in quo
verba non debẽt intelligi ſecundũ mentem pro

 ſeren-

ferentis tantũ.l.in veteribus.ff.de pactis.& in.l.
in vẽditione.in fine.ff.coĩa prædiorum.Ideò di
cit Paul.vbi ſuprà,ꝙ remittitur arbitrio boni vi
ri ſecundũ merita perſonæ,vt habeat tantũ,quã
tum alius,qui tantundem fecit,vel non plus, &
quia labor eſt remunerandus pro rata.vt Specu
lator in tit.de depoſit.§.7.verſic.Sed pone pro-
13 curator.¶Laborator verò † conductus pro mer-
cede,qua alij conducti ſunt,debet habere mino-
rem,non maiorem,ſi vnus maiorem,alter mino
rem habeat,ſecundùm Dy.ſingula.in.l.qui con
cubinam.§.primo.ff.de lega.tertio. ¶Adde in
14 iſta materia,ꝙ ſi laboratores † conducti ad labo
randum laborant in aliena poſſeſsione,excuſan
tur.vt tenet Bar.in.l.in rem.§.tignum.ff.de rei
vendica.vbi eſt glo.¶Et facit,quia in talib[9] con
ſueuerunt operari, & locare operas ſuas. vt in.l.
item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus. ff. de
iniurijs,& habito reſpectu ad artem ſuam, dede
runt operam rei licitæ. ¶Conductor tamen nõ
excuſatur,quia debuit ſcire fines, & terminos
rei ſuæ,nec debet errare in facto ſuo.vt in. l. ſi
conſtituerit.C.finium regundo.&.l. fina.ff.pro
ſuo.& tenet Bal.in conſilio.129.libro tertio. vbi
quoq; dicit,maximè quando iſti laboratores o-
perarum manualium ſunt ruſtici,quia ruſticita-
ti parcitur,præterquam in iure naturali. vt in.l.
venia.C.de in ius vocan.& credere autem bono
viro eos conducenti,cum quilibet præſumatur
bonus,eſt contra ius naturale.vt notatur in.l.Ti
tio.ff.de condi.& demonſtratio. & facit quod
notatur in.l.quicunq;.§.penul.C. de ſeruis fugi
tiuis,vbi contractus licitus excuſat errantem &
quia lex dicit,ſcientia,non ignorantia volumus
obligari.vt.C.de tabularijs.l. generali. & quoq;
tenet Gandi.in tracta.malefi.in parte, de pœnis
reorum.num.3.& idem Bald.in conſilio. 264.in
dicto libro.3. ¶Quod intellige,quando iſtis la-
boratoribus nulla fuerit facta inhibitio, ſeu pro
teſtatio , aliàs tenebuntur domino ad intereſſe.
per id quod notat Bar.in.l.de pupillo.§. nuntia
tio.ff.de noui ope. nuntia. & ita limitat Imola.
ibi in dicta.l.de pupillo.§.ſi quis fortè.& Iaſòn.
ibi in.§.nuntiationem.nu.7.& fuit limitatio Sa
ly.in lege non ideo minus.C.de accuſa. & Bart.
in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi. o-
por.& in lege non ſolùm.§.ſi mãdato.ff. de iniu
rijs.in ſecunda colum.& Baldus. in dicta.l. non
ideò minus.prima colũ.Saly.ibi in prima quæ-
ſtione.¶Sed hãc limitationem dicit falſam Au
guſti.de Ari.in additione.ad Angel.in tractatu
malefi.in parte,& Sempronium Rodolphi.nu.
14.vbi plura in contrarium ponit,& in fine ap-
probat opinionem Specula.in tit.de emptione
& venditione.§.nunc dicendum.verſi.fi.ſ.quòd
ſi aliqua adminicula concurrebant cum denun-
tiatione proteſtantis,erat ei credendum , & cui
fit proteſtatio,conſtituitur in mala fide. vt ibi
per eum.Et vide tu Alex.in dicta lege de pupil
lo.§.nuntiationem.numero.12.vbi hoc altercat
& dicit,quód quando denuntiatio fit re integra.
i.antea quam iſti operarij locent operas ſuas,ſed
ſi eſt facta poſtquam locauerunt operas ſuas,ta-
lis denuntiatio non prodeſt,nec iſti operarij cõ
ſtituuntur in mala fide vt puniatur. ¶Quoque
intellige,quando laboratores non ſunt conſan-
guinei,nec vicini:quia ſi ſunt vicini,vel conſan
guinei non excuſantur ſi accuſantur , tanquam
ſcientes facta vicini,& laborauerunt in fundum
qui non erat ſuus.vt in lege ſi ita.ff.de fundo in
ſtru.& in lege prima.§.primo.ff.de fulmi.& no
ta in lege ſecunda.C.quando fiſcus vel priuatio
vt tenet Baldus.in dicto conſilio.129.in ſecunda
columna.& tenet additio Bartol. in lege prima.
ff.ſi cert.peta.in additione, quæ eſt in tertia co-
lumna in num.decimoquinto, in parte, vicin[9].
¶Item excuſantur ſi iſti laboratores , ſeu magi-
ſtri erant bonę fidei,quia non puniuntur.vt te-
net Paulus de Caſtro in lege refectionis.ff.com
munia prædio.in fine. ¶Sed ſi iſti laboratores
veniunt ad laborandum cum armis, non excu-
ſantur,vt Baldus in.§.ſi quis in ſuo ſolo. Inſtitu
ta de rerum diuiſione,prout tenet dictus Augu
ſtinus de Arimino ad Angelum de Maleficijs.
vbi ſuprà,quem vide.¶Et idem eſt, ſi iſti opera
rij exceſſerunt fines mandati immittendo fal-
cem in meſſem alienam,dominus non tenetur,
quia non mandauit,nec ratum habuit. vt in.ca-
pitul.cùm ad ſedem.de reſti.ſpolia.prout tenet
ad literam Bal.in.d.conſilio.129.in lib.3.¶Adde
quoq;,quòd ſi iſti laboratores condemnantur,
15 † poterunt agere actione iniuriarum contra cõ-
ducentem,& ad damnum.vt eſt gloſ.& ibi Bal.
in.l.qui ſepulchra.in principio.C.de ſepul.vio-
la.ſed hoc intelligo quando iſti laboratores con
ducebantur ad faciendum opus illicitum , quo
caſu meritò puniuntur , & ſi eſſent ignorantes,
quia tunc haberent regreſſum contra dominũ,
qui eos conduxit.vt tenet Iaſ.in.d.l.de pupillo.
§.nuntiationem.numer.7.reſpondendo ad tex.
qui multum ſtringit in.l.2.§.fi.in verbo,& mini
ſterio functi ſunt.ff.de termino amot. Et iſtum
tex.ponderauit contra dictam glo.in.d.§.tignũ.
Albericus de Roſa.in.l.ſi quis id quod. ff. de iu-
ri.om.iudi.Et idem tenet Alex.in.d.§. enuntia
tionem.num.13.vbi tenet, quòd iſti tales condu
centes laboratores ad faciendum opus illicitum
ipſis operarijs hoc ignorantibus poſſunt conue





ab operarijs actione iniuriarum,per quam con-
ſequi poterunt damnum ſuum,ſi quod patian-
tur.per dictum Bal.in.d.l.qui ſepulchra.vbi ad
hoc ſubtiliter ponderat illum tex.in verſ.viuos
16 polunt.¶Adde, ꝙ ſi vnus † locauit operas ſuas
duobus,vel promiſsit duobus laborare agrum,
vel ſcribere librum,licet obligatio ſit ſine hypo
theca,tamen qui prior eſt tempore , potius eſt
in iure,& ad id poteſt cogi per capturam perſo-
næ,vt notatur de ſcriptore.ff.de noui ope.nun-
ti.l.ſtipulatio.§.ſine:prout tenet Bal.in.c.quem
admodum de iur.iura.num.7.*¶Tene quôd ſi
ciuitas indiget artificibus poteſt compellere ali
quos vt diſcant illud artificium & exerceant ꝓ
vtilitate publica:tenet Greg.Lopez.in.d.l.5.ti.
20.part.2.in gloſſ.meneſtrales.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Victualia vt iuſto pretio vendantur, ſpectat ad præfectum vrbis.nu.4.*

2 *Sicut pater tenetur alere ſilium, ita poteſtas tenetur procurare alimenta ciuitati.*

3 *Statutum quòd victualia non vendantur iuſto pretio,non valet.*

5 *Pretium veſtimentorum per iudicem poteſt taxari mercatoribus.*

6 *Hoſpita poſſunt per iudicem taxari.*

7 *Quis cogitur vendere res competentes ad victum.*

8 *Hoſpitator,qui incipit eſſe,cogitur recipere hoſpites,& officium adimplere.*

9 *Tempore famis,vel careſtiæ,licet quis non expoſuerit res ad vendendũ,cogitur vendere iuſto pretio,ne pauperes pereant ſoluendo eis ſtatim pretium. Et ſi pauperes non habent vnde ſoluant,de publico pretium ſolui debet.*

10 *Vendere quis cogitur tẽpore neceſsitatis,quãdo quis habet vltra ſuam indigentiam,& vltra quam ſibi ſint neceſsaria.*

11 *Quæ non ſunt ad victualia,non cogitur quis vendere.*

12 *An cogatur quis vendere victualia tempore careſtiæ viliori pretio.*

13 *Tempore careſtiæ non habens panem , poteſt auferri ab habenti impunè.*

14 *Tempore neceſsitatis omnia ſunt communia.*

15 *Furans panem tempore neceſsitatis, non punitur.*

16 *Ad vendendum victualia omnes debẽt compelli tempore careſtiæ,& vnus ſolus compelli non debet.*

17 *Quis poteſt cõpelli ad vẽdendum victualia iuſto pretio,ſi non eſt careſtia.*

18 *Vẽdũtur victualia tẽpore careſtiæ viliori pretio pauperibus,ſed diuitibus juſto pretio.*

19 *Pauper poteſt agere cõtra diuitem, vt ei ſubueniat tempore careſtiæ.*

20 *Ad vendendum poſſunt compelli venire ruſtici ad ciuitatem victualia. Et obligati ad macellandum certam quantitatem carniũ, ſuperueniente publica neceſsitate in populo,cogi poſſunt, vt maiorem quantitatem macellent, & ita de ſimilibus.*

21 *Notarius publicus poteſt compelli ad acceptandum rogationes.*

22 *Pretium iuſtum,quando dicatur.*

23 *Iudex, vel habens curã fori,põt ſtatuere,quòd nullus emat in foro vltra duo ſextaria grani, vt commodius omnes habere poſsint , & ſic quòd vltra indigentiam quis non emat.*

24 *Ne cariùs vendantur res tranſeuntibus, quã in mercato venduntur, nec militibus:& officialibus plus quam venduntur priuatis,iudex prouidere debet. Et quoque debet prouidere vt ruſtici,qui compelluntur venire ad vendendum,non vendant minutim,ſed pro greſſo, vel per ſubſtitutum , vt ſubito reuertantur.*

25 *Efferens in foro pro frumẽto plus debito, vt alius carius emat, vel vẽdat, vel promittit plus debito,punitur.*

26 *Quod non emant reuenditores viuctalia vſq; ad certam horam,poteſt iudex iubere.*

27 *Iudex debet eſſe diligens,maximè contra vendentes carnes morboſas,& contra emẽtes,& vẽdẽtes cum ponderibus,aut menſuris falſis, ſeu non iuſtis.*

28 *Si de pretium ponendo frumento eſset ratiocinatum in concilio ciuitatis : quia nimis carè vendebatur,& vnus ex conſiliarijs anten-*

*quam hoc fieret, totum ſuum frumentum vendidit caro pretio, poſtea ordinatione facta emptor poteſt agere contra venditorem, & venditionem reſcindere tanquam factam in fraudem legis futuræ. Quod habet locum non ſolum in conſiliario, verumetiam in magno mercatore, ſciente hoc eſſe ordinatum in concilio ciuitatis.*

29 *Alienando rem, ſuper qua dubitat ſibi moueri quæſtio, preſumitur dolus ex parte vendentis.*

30 *Victualia pōt iudex ſtatuere, & iubere quòd non vendantur.*

31 *Granum ſeu triticum habens, reſpublica pōt cogere ciues ad emendum, & ab iſta emptione nemo excuſatur.*

32 *Ad emendum granū eminēte neceſsitate quilibet compellitur ire, etiam ad partes remotas, nec aliquis prætextu priuilegij excuſatur. Et ad hoc poſſunt accipi animalia ſingulorum, pretio ſoluto.*

33 *Ad emendū granū, & alias res tēpore neceſsitatis, pecunia inducitur ſingulis pro modo facultatum pro vniuerſo populo ſubſtentando, & eccleſia quoq; ad hoc tenetur.*

34 *Frumentum habentes, poſſunt cogi mittere illud ad vendendum in foro publico, tempore neceſsitatis, & ad hoc nemo excuſatur, etiam ſi ſit eccleſia.*

35 *Subditi poßunt vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, ſeu alia vſui publico, ob neceßitatem recepta competenti mercede*

36 *Frumentum quòd non poßit vendi forenſibus ſub certa pœna, an ciuitas poßit ſtatuere.*

37 *Emptor an perdat pretium rei emptæ vel perdat triticum emptum, quando emit contra deuentum.*

38 *Ciuitas, quæ vendit frumentum contra ſtatutum, an incidat in pœnam.*

39 *Minui non poteſt quantitas deputata ad emptionem frumenti, nec in alios vſus conuerti.*

h **Arazonables precios.**[h]

Similis tex.in.l.1.§.cura carnis.ff.de officio præ
1 fe.vrb.vbi dicit, vt victualia† iuſto pretio vendantur, ſpectat ad præfectum vrbis, & ſic ꝙ pretium in victualibus debet taxari, ſecūdum Bald. ibi & per Cy.in.l.1.C.de epiſ. audi. & Bald.in.l.imperatores.ff.ad.l.Iuli.de anno.& Bar.ibi, & tex.in c.28.infra eod. ¶Et alibi quam in ſtalis publicis carnifices carnes vendere non debēt, & ſic in locis determinatis à conſuetudine.tex & ibi Bald. & Abb.in.c.ſignificante.de appella.n.1.& ſequitur Fran.Luca.in tract.de fiſco.4.part.nu.23.tomo.6.tract.fol.16.Et hoc ius, ꝙ non poteſt alibi vēdi poteſt præſcribi.vt Bal.ibi. & latiſsimè per Lucā.de Pē.in.l.1.C.ne ruſtica ad vllu. obſeq.li.11.col.1.&.2.¶Et Pla.in.l.1.C.de frumē. vrb.conſtāt.lib.11.& ibi Bar.dicūt per tex.ibi ꝙ ex mala adminiſtratione frumēti creſcit careſtia in republica.Et ex eis habet, ꝙ priores, q̄ habēt arbitriū ſuper abūdātia, poſsint hui⁹ noīe diſponere qualiter, & quātū, & quo ordine poſsit vēdi frumentū in foro qualibe die, vel quolibet mēſe. p.d.§.cura carnis.& p alia iura.¶Et ratio quare ad officiū iudicis ptinet vt ciuitas abūdet alimētis, cre-
2 do eſſe: qa ſicut pater† tenet alere filiū.vt.ff.de a lē.libe.&.c. cū haberet.d eo qui duxit in matri. quā pollu.p adult.& in.l.cū nō ſolū.§.ipſū.C.d bonis quæ liberi.Ita poteſtas, & decurio tenetur pcurare alimēta ciuitati, qa pater ciuitatis quilibet eorū dicit, ſcđm Pla.in.l.qui cōductiōi.C.d his q ſpōte munera ſuſcep.lib.10.¶In tātū, ꝙ ſta
3 tutū† artificū in cōtrariū nō valet.vt in.l.1.C.de monopoli. Sed hoc intelligo verū ſcđm Bal.in
4 d.l.1.C.de epiſ.audi.in reb⁹ neceſſarijs† ad quotidianū vſum, qa tūc pōt pretiū taxari, vt in frumēto.vt Bar.in.d.l.1.C.d frumē.vrb.li.11.& Par. de Put.in tract.ſyn.in parte, iudicis ſupma poteſtas.n.18.fo.154.Sec⁹ in alijs reb⁹, & mercib⁹ non neceſſarijs quotidianū victū qa in talib⁹ nō pōt taxari pretiū.qa vnuſquiſq; in re ſua eſt moderator, & arbiter.l.in re mādata.ff.mand.& ſic dicit Bal.ꝙ intelligatur tex.in.d.l.imperatores.ff.de anno.Et vi.Abb.in.c.1.de empti.& vendi.num.6.& Guid.Pap.ſingul.406.§.1.vbi tenēt, quòd iudex ex officio ſuo poteſt imponere pretium in bladijs vendendis in foro publico per text. in. §. ſimiles, alias. §. poſt natalem in. titulo. de pace tenen., & eius viola. & idem Guido ſingul.304.& idem tenet Iaſ.in.l.ſi ciuitas.ff.ſi cert.peta.columna. 4. numero.10. allegando Barto.in.l.nemo exterius.C.de Iudæis.& idem Iaſo.in.l.lex eſt.ff.de legi.nu.6.& Luca.de Pen.in.l.nominationum.C.de decurio.lib. decimo.fi.col.& idem Gandi.in tracta. malefi.in titulo de obſeruantia ſtatutorum.num.10.*Et vi Peregrin.in part.venditio.q.2.in.gl.venditio.* ¶Etetiam iudex eccleſiaſticus poteſt hoc facere. vt Abb.in.d.c.1.de empti.& vendi. ¶Vnde infert Bal.in.d.l.1.C.de epiſ.audi.ꝙ cùm appellatione victus contineantur veſtimenta, quòd poteſt ta
5 xari† pretium iſtis mercatoribus, qui vendunt pannos, & tenet Pari. de Put.vbi ſuprà numer.19.¶Item cum verbo victus contineatur non ſolùm cibaria, ſed habitatio.vt.ff.de verb.ſignifi.
6 l.verbo victus.ꝙ hoſpitia† poſſunt taxari, vt nō percipiatur de penſione, niſi vſq; ad quantitatē taxatam per bonos viros.& idem tenet Paul.de Caſt.& Cy.in.d.l.1.& eſt gloſſ.in.c. epiſcopus.10.q.2.& Paris.de Put.vbi ſuprà & ſic poteſt pꝛouidere, ne mercatores nimis care vendant merces ſuas, quia ex hoc læduntur omnes, maximè pauperes, qui pertinent ad curam & prouidentiam eorum.ſecundùm Bal.vbi ſuprà. & eſt tex in.c.6.ſuprà eodem.& Abb.vbi ſuprà. ¶In tan-
7 tum, ꝙ quis poteſt cogi† vendere res competentes ad victum, vt in.d.§.cura carnis.& gloſ.in.d.c.epiſcopus.ſed hoc intelligit Cy.in.d.l.1.quando habet rem venalem ad victum, cogitur vēdere, ſi pertineat ad victum.vt dicit probari ſecundum quoſdam in.l.1.§.fina. ff.furt.aduerſ.naut.caup.vbi dicitur, ꝙ non poteſt caupo itinerantes expellere, ex quo tabernam tenet, & res habet ibi venales.¶Et quia quando quis cepit eſſe
8 hoſpitator† publicus, cogitur recipere & officium implere.& Plat.in.l.curſum ambularē.C.de curſ.publi.lib.12.nu.2.dicendo, ꝙ quis cogitur hoſpites recipere tranſeuntes, & notarius rogationes, ex quo conſueuerunt tales artes facere vt per Bart. in.d.l. in eos.§.ſerui.ff.furti.aduerſ.naut.vbi dicit, ꝙ hoc verum, poſtquàm poſuit ſignum ideſt tabulam, tunc hoſpites cogitur recipere, niſi ex cauſa recuſet. vt ibi per eum.& in l.1.§.maxima.ff.naut.caup.ſtabul.& Mon.in.l.7.tit.4.parti.7.Philip.Decius in.l.inuitus.ff.de regul.iur.vbi quoq; ponit perſonas, quæ poſſūt compelli ad aliquid faciendum.*Et tenet Peregrin.in parte hoſpes.in principio:& vi. Alberic.in.l.moris.ff.de pœnis, num.2.vbi inquit, quòd iudex poteſt præcipere bacarijs & forniarijs, ꝙ ſuum officium exerceant ſub certa pœna & ita dicit ſe vidiſſe de facto: nam alij bacarij carnes vendere & formarij panem facere nolebant, ꝙ poteſtas præcipit, & coegit facere ſub pœna & quòd tale præceptum ex iuſta cauſa fieri poteſt, & valet quando conſueuerint illam artem exercere: aliàs ſecus ſi non, vel neſcirent ipſam artem exercere: quia non debet iubere alicui facere quod facere neſcit, vel non poteſt ſecundū eum ibi.* ¶Quoq; cogitur quis locare equum ſuum, ex quo conſueuit locare, & pro illo pretio tenebitur, & ſi conſtat, ꝙ locat diuerſis pretijs, tunc ſtatuitur pretium arbitrio iudicis. tenet Plat.in.d.l.curſum ambularem.¶Tamen videtur dicendum, ꝙ licet habeat venalem, ſi pœniteat, non poteſt compelli vendere.vt in.l.nec emere.C.de iure delibe.& in.d.l. in rem meam. quod Saly.ibi in.d.l.1.non ſit indiſtinctè, credit ꝙ poteſt pœnitere, niſi ſit pœnitentia cum iuſta cauſa: quia quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto efficiuntur neceſsitatis.l. ſicut. C. de actio.& obliga.¶Sed ego teneo, quòd licet nō expoſuerit ad vendendum, ſi eſt tempus famis, vel careſtiæ, poſſunt compelli ad vendendum victualia, iuſto pretio taxando.ne pauperes pereant.vt Monta.in.l.4.tit.10.foro.ll.lib.3.in verbo, *que no quiere vender*.poſt medium vbi latè de hoc.¶Vbi inter alia dicit, quòd tempore famis ſi indigentes habeant pretium vnde ſoluant, tūc omnia liberè ſunt communicanda, & ſi non habent vnde ſoluant, tunc de publico pretium ſolui debet, ſi poteſt, quod eſt notandum. Et facit quod tenet Lucas de Penn.in.l.ſi minori. C. de iure fiſci.lib.10.vbi ait, quòd qui fraudat panem eſurientium, vt vir ſanguinis eſt.vt in.ca.immolās.14.q.5.¶Nota vnum, ꝙ licet quis cogatur vēdere triticum tempore careſtiæ, & neceſsitatis, vt dictum eſt, & hic tractatur, non cogitur vendere habita fide de pretio, ſed ei debet ſtatim ſolui pretium.glo.in.l.1.C.de commun.ſeruo magnu.in verbo, neceſsitatem. & commendant eā ibi Bal.& additiona.Ioann.de Anna.in.ca. præſenti.de Iudæis.*Et Grego.Lopez.in.l.46.titu.28.part.3.in.gl.fin.in fine.*Quod facit ad pragmat.factam anno. 1549. Valliſol *que dize que ſe pueda tomar la mitad del pan a los arrendadores*.quia debet eis illicitò ſolui pretium. ¶Intellige hoc, quòd quis cogitur vendere victualia, ſci-
10 licet, quando habet extra† ſuam indigentiam. vt tenet Paulu.de Caſtro in dicta. l. prima. C. de epiſ. audi. & Bartachi. de Firmio. in ſuo reperto. in parte, victualia. vbi ait, quòd victualia quis non cogitur vendere etiam iuſto pretio, ſi non habet vltra quàm ſibi ſint neceſſaria. ¶Et licet quis cogatur vendere, non tamen compellitur alium emere, nec econtra: quia vnum ſtatutum non includit aliud.vt Bal. in.l.1.

in.l.1.C.de commu.ſeruo.magnu.& Ioanne.de
Plat.in.l.1.C.de ſupreſ.lib.11. ¶Quinimo tem-
pore famis, ſeu careſtiæ poteſtas non tenetur
habere tot bernarios,& reſidentes, quos habere
conſueuit tempore vbertatis.vt tenet Bal.in.c.
ex parte.de conſtitutio.nu.11.¶Et ꝙ quis tenea
tur victualia vendere iuſto pretio vt dictum eſt,
11 ſecus† de non victualibus, quia tunc non com-
pellitur iuſto pretio vendere:quia quilibet eſt
moderator ipſius.vt in.d.l.in rem.niſi in caſibꝰ
notatis per glo.in.l. in vtrum comparare.C.de
contrahen.empti.¶Bar.tamen in.d.§.cura car-
12 nis.tenet,ꝙ tempore neceſsitatis, † & careſtiæ
coguntur vendere victualia minus iuſto pretio
vt in.l.3.§.quæſitum.ff.ad.l.Rhodi. de iactu.&
ibi notatur.& idem tenet Ang.in.l.ſi laborante,
§.cùm in eadem.ff.eod.tit. vbi ad literam dicit,
ꝙ quis poteſt cogi tempore neceſsitatis ad ven-
dendum frumentum,etiam viliori pretio & idē
tenet Ioan.de Anna.in.c.ſi quis.de furt.fi.colū.
& Lucas de Penn.in.l.1.C. quibus muneri. libr.
10.¶Sed ibi in.d.§.cura carnis, tenet contrariū,
dicendo ꝙ debent vendi iuſto pretio.¶Pro con
cordia dicerem illud, quod tenet Stephanus Au
frer.in deciſsione capell. Tholoſ.deciſ.446.vbi
ait,ꝙ ſi verò quis non expoſuit victualia ad vē-
dendum,& eſt careſtia in ciuitate, poteſt habēs
frumentum,& alia huiuſmodi compelli ad ven
dendum,etiam viliori pretio.allegat ad hoc.l.ſi
pendentes.§.ſi quid.ff.de vſufru.Et ibi Bald.ad
literam tenet,ꝙ habens bladum tempore care-
ſtiæ,poteſt cogi vt vendat communi pretio vi-
liori ad hoc, vt populus fame non tabeſcat. Et
iſti qui habent,poſſunt cogi etiam ad faciendū
panem pro exercitu.& idem tenet Bar.in.l.an-
no.ff.de extraordi.cri.& Flori.in.d.§. cura car-
nis.& Iaſo.in.l. nec emere.C.de iure delibe.vbi
dicit,quòd procedit etiam ſi ſit nobilis & com-
pellitur.Secus ſi eſt decurio.vt in.l.decuriones.
ff.de adminiſtra.rerum ad ciui.pertine.& Hoſti
& docto.in dicto.c.1.de empti.& vendi. & Ro-
ma.in.l.1.ff.ſolut.matri. & idem Bar.in.l.1.C.vt
nemi.liceat empti.ſpeci.excuſſ.lib.10. ¶Et vi-
de Ripam.in tracta.de peſte.in.4.partit.nu.171.
cum ſequentibus.vbi concordat tex.in dicta.l.
fi.§.item reſcripſerunt.ff.ad.l.Iuli.de anno.& di
cta.l.1.§.cura carnis.vbi idem tenet tranſeundo
cum Bar.in dict.§.cura carnis. quia ſi ſubeſt ne-
ceſsitas,quia eſt tempus careſtiæ & tunc taxare
poteſt pretiū frumenti,etiam minus [illegible] va-
leat arbitrio ſuo,& ita procedit.d.§.cu[illegible] carnis;
& tunc diuites poſſunt cogi vendere minus iu-
ſto pretio,& etiam poſſunt compelli officio iu
dicis facere eleemoſynā.vt in.c.ſicut.47.diſtin.

& Abb.Panormit.in.cap.primo.de cleri.ęgro.*
Et vi.Io.de Neuizanis conſi.74.nu.9.vbi tenet
ꝙ præſes poteſt prohibere ne quis faciat caueā
ſeu orreum annonæ vt carius vendat, & poteſt
mittere ad orrea diuitum,& eos cogere frumen
tum vendere viliori pretio.Ang.in.l.annonam
ff.de extra. ordi.cri.Iaſo. in.l. nec emere. C.de
iur.delibe.col.1.& per alia iura vt ibi per eum.*
¶Aut non ſubeſt careſtia,& non poſſunt taxari
minus iuſto pretio,nec cōpelere ad vendēdum
ſed poſſunt iubere,ne carius vendātur.¶Et hęc
taxatio pretij victualium à præfectis faciēda eſt
poſt feſtum natiuitatis ſanctæ Mariæ.vt in.d.§.
poſt natalē.de pare.tene.in vſi.feud. Qui autem
plus vendiderit,quam taxatum fuerit, ſi pœna
per ſtatutum limitata nō fuerit,pœna viginti li
brarum puniēdus eſt.per.d.§.poſt natale.vel ex
traordinaria arbitrio iudicis,ſecundū Ripā, vbi
ſuprà.¶Et idem dicit ibi nu.175.ꝙ puniuntur,li
cet non plus vendiderit,ſed ſi emētes in menſu
ra fraudauerint,quia eadem pœna,vel falſi com
primendi ſunt.vt in.d.l.annonā.§.onerant.¶In
tantum,ꝙ tēpore famis,& careſtiæ non habens
13 †panē,poteſt auferri habēti impunè.Bart.in.d.
l.1.ff.ad.l.Rhodi.de iact.& facit tex.& ibi Abb.
& Ancharra.in.c.3.đ furti.& in.c.licet.de ferijs.
¶Et Bar.in.d.l.1.§.cùm in eadem.ad.l.Rhodi.di
cit,ꝙ ſi vnus ex exiſtentibus in naui habet ciba
ria,& alij nō habent quòd debet illa in cōmuni
conferri.& glo.ibi dicit,ꝙ fortè ex conſuetudi-
14 ne illius.l.poteſt cōpelli ad hoc:quia† tempore
neceſsitatis oīa ſunt cōmunia. Quod ibi Ang.in
telligit in comeſtibilibꝰ, quia talia comeſtibilia
15 ſunt coīa.¶Ideo ſi tēpore careſtiæ furetur † pa
nem familiaris,vel mendicus,nō punitur: quia
diues ex debito tenetur mēdicis ſubuenire. glo.
in.c.diſcipulos de cōſecra.diſti.5.in verbo,fame
vbi ſingulariter. Et propter hoc videtur produ
ctum officium iudicis,licet modic[illegible]m ſit in vſu,
ſecundùm Ioann.de Anna.in.d.c.ſi quis.de fur-
tis.3.columna.vbi dicit,quòd etiam ex hoc in-
fert Bart.& alij vbi ſuprà, quòd poſſunt ſaluari
ſtipendarij,qui propter neceſsitatem deprædā-
tur neceſſaria pro victu, quòd eſt verum, ſi da-
bant operam rei licitæ,putà pro defenſione pa
triæ,& iſto caſu loquitur ille text.ſecus ſi dabāt
operam rei illicitæ, nam tunc non ſub[illegible]enitur
ei,qui poſuit ſe in neceſsitate.vt in.l. ſi fideiuſ-
ſor.§.ſi neceſſaria.ff. qui ſatiſdar. cogan. ¶Sed
16 iudex debet hoc facere generaliter, † ideſt,
quòd generaliter contra omnes exuberan
tes fiat, & compellat eos ad vendendum;
& vnum ſolum non compellat; quia ſta-
tutum ſuper hoc generale fieri debet; ſecun-
dùm



dùm Bart.in.l.nemo.C.vnde vi. ¶Attamen,ſi
17 non eſt careſtia,†licet poſſunt compelli per ci-
uitatem,aut per ſuperiorem huiuſmodi victua
lia vendere,debent vendere iuſto pretio conten
to in ſtatuto generali, ſecundùm Bartolu.in di-
cto.§.cura carnis.& Barb.in dicto.cap.primo de
emptione & vēditione.& ſequitur deciſi. Tho-
lo.iam allega.& Montal.in.l.tertia.tit.5.part.5.
vbi quoq; ſingulariter.de iſta materia.& Ioa.dè
Plate.in dict.l.vnica.C.vt nemi.lice. in compa.
ſpeci.libr.decimo. ¶Ego quoque concordiam
18 afferam inter eos.†.ſ.ꝙ quando eſt careſtia,vē-
dantur vitualia viliori pretio.ſ. pauperibus, ſed
diuitibus iuſto pretio,per ea, quæ doctores tra-
dunt in dictis locis. Ad cuius corroborationem
19 facit,ꝙ pauper† poteſt agere tempore neceſsi-
tatis & careſtiæ contra diuitem, vt ſibi ſubue-
niat.vt dictum eſt.& glo.in. c. ſi hic. 47. diſtin-
ctio.dicit,quòd non iure actionis ſed poterit im
plorare officium iudicis,prout tenet.d.Ioan. de
Anna.in.d.c.ſi quis.de furt.in fin. & probat iſte
tex.in quantū dicit, *a raconables precios*. ¶Quini
20 mo ruſtici,& agricultores, & ſimiles † poſſunt
compelli venire ad ciuitatem ad vendendum.I-
ſte eſt caſus ſingul.in.l.2.ff.de mundi. vbi poni-
tur authoritas Platonis, de quo loquitur impe-
rator in lege final.in principio.C.de iure delibe
rā.¶Facit tex.in.l.pro locis.C. de annonis & tri
bu.lib.10.vbi non ſolùm ciues,ſed etiam comit-
tatenſes ad deferendam annonam & victualia
in ciuitatem arctari poſſunt,ſicut compellūtur
portare commeatum ad exercitum *vt Ioa. de
Plat.in.l.1.C.de fundis.limitto.lib.11.& vi.Gre-
go.Lopez.in.l.22.titulo.23.part.2.* prout tenet
Ripa in.d.tracta.de peſte.in.4.parte.nume.166.
Tamen,prout ibi tenet,num.167.minus grauan
di ſunt remotiores propter expenſas,quæ maio
res fiunt ratione longioris itineris. vt in dicta.l.
pro locis & ibi notat Bart.& ſi pro quinq; paſsi-
bus viginti milibus poſſunt ſufficienter proui-
dere de annona neceſſaria,non ſunt remotiores
vllo pacto vexandi.vt in.l.2.C.de eroga mil.an
no.lib.12.& ibi Bar.¶In tantum,ꝙ ſi comitaten
ſes non poſſunt ſupplere neceſsitatibus, tunc vi
cini etiā alterius ciuitatis & prouinciæ poſſunt
à ſuperiore ſuo compelli portare annonam ad ci
uitatem egentem.vt tenet Angelus in dicta le-
ge pro locis.& iſto caſu relaxandus eſt deuētus,
vt omnes vendant ſine collecta,ſeu gabella,pro
ut tenet Ripa.vbi ſuprà. ¶Ad quod facit,quòd
ſtatuta, & cōuentiones macellatorum vt teneā
tur dietim macellare ſolummodo tantam quan
titatem carnium poſſunt violari,nec ſunt ſeruā
da ſuperueniente publica neceſsitate in populo

& indigentia minoris quantitatis,ad quam tunc
agi poteſt.vt tenet Bar.& Plat.in.l.quo ad præ
ſens.C.de muri leg.lib.11.Ex quo infert Bar.ibi
ꝙ licet tenens lacum Peruſinū teneatur ex for-
ma ſtatuti,vel pacti mittere omni die in platea
certam quātitatem piſcium:tamē ſi ſuperuenit
magna quantitas gentium, cui dicti piſces non
ſufficiant,poſſunt cogi ad portandum maiorem
quantitatem piſcium pro reparatione corporis
humani:quia ceſſant omnes exceptiones,& pri
uilegia in publicis ſubuentionibus. vt in. l. vni-
ca.C.ne liceat in emp.ſpeci.ſe excuſā.libr.10.&
Ang.in dicta.l.quo ad præſens.& vi.Bal. in.l.in
bemus nullam.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi tenet
ꝙ priuilegium general.indultum, non includit
caſum publicæ vtilitati contrarium.* Et facit.l.
11.tit.22.part.2.* ¶Et idē dic de notario publico,
21 †quia poteſt compelli ad acceptandum roga-
tiones.vt Barb.in dicto.ca.1.de empti.& vendi.
& in dicta deciſsi.Tholoſ.Et idem dic de aduo-
cato.vt in.l.14.titulo.19.libr.2.in ordina.regali.
22 ¶Sed quando intelligatur,& dicatur iuſtum†
pretium,vt pro eo quis compellatur vendere rē
ad victum,& quia in alijs rebus tex.eſt in.l. pre
tia rerum.ff.ad.l.falci.dic ſecundùm Salyc.in dī
cta.l.1.C.de epiſ.audi.in fine.quòd in ciuitatibꝰ
aliquibus fiunt taxationes carnium quatuor vi-
cibus in anno,& illa ſunt pretia iuſta,ſeu vbi nō
fiunt,credit ad curam eius ſpectare, qui præeſt,
qui ſecundum diuerſitatem temporum,& ſteri
litatem rerum,variabit pretia ipſarum,& hoc dī
cit,quòd probat text.in dicta.l.fi.ff.de anno.&
in.l.non debere.ff.ad municipa.¶Et vide quoq;
23 Saly.in dict.l.1.vbi ait,ꝙ habens curam † fori, li
citè poteſt ſtatuere,ꝙ nullus emat in foro vltra
duo ſextaria grani,vt ſic commodius omnes ha-
bere poſsint,quod dicit eſſe notandum.& idem
tenet Ang.de Aretio.in.§.fi.Inſtit. de donatio.
quaſi in fine.& Hip.de Marſil.in ſingul. 441.&
ſic,ꝙ ex cauſa poteſt prohibere, ne vltra indi-
gentiam quis emat,nec alijs res cariores reddat.
¶Et quoque debet iudex prouidere, ne carius
24 vendant† tranſeuntibus,quàm in mercato ven
duntur.vt tex.& ibi Abb.& Barba.in dicto. c.1.
de empti.& vendi.& Ripa.in dicto tracta.de pe
ſte.4.parte.nu.176.cum ſequentibus.alleg. Pla
te.in.l.animalia.C.de curſu publi. libr.12. & vi.
ibi per Ripā.& nu.177.vbi de intellectu. Et fa-
cit quod tenet tex.& ibi Pla.in.l. ſeptem diebꝰ.
C.de eroga.milit.anno.lib.12.vbi tenet ꝙ præro
gatiua in pretio rerum venalium,non eſt facien
da militibus,& officialibus,plus quam vendan
tur priuatis perſonis.in foro publico: & ſi per
minas,vel alio calore officialis hoc faciat, inci-
dit in

dit in crimen concuſsionis. vt in.l. 1.ff. de con
cuſsio. ¶Tamen quando ruſtici per magiſtra-
tum coguntur ad vendendum, & portare fru-
mentum ad vendendum, pullos, oua, piſces, &
cætera victualia, nõ debet permittere iudex eos
diu morari ad vendendum minutim, ſed vende
re debent in groſſo, vel per ſubſtitutum, & ſubi
tò reuerti. ita tenet Plat. in.l. colonos. C. de agri
coli. & cenſi. lib. 11. ꝙ non habet locum, quando
ruſtici veniunt voluntariè ad vrbẽ, quia præſu-
mũtur venire eo tempore, quo vacant ab opere
nec habet locum in mulieribus. vt tenet Ripa. in
dicto tracta. de peſte. in dicta. 4. part. nu. 197. cũ
ſequentibus. ¶In tantum prædicta ſunt vera, ꝙ
poteſt iudex compellere ad victualia vendẽda
& pretia eorum taxare, ꝙ ſi aliquis vadit ad fo-
25 rum, † & offert pro frumento plus debito, vt a
lij carius emant, vel vendant, vel promittit plus
debito, tenetur crimine ſtellionatus. vt eſt tex.
& ibi Bart. in.l.2.§. Item ſi quis. ff. de crimi. ſtel-
lio. quod ſequitur Ang. de Aretio. in.§. de anno
na. Inſtit. de publicis iudi. Quod dicit ibi idem
eſſe, ſi aliquis in damnum alterius offert plus ꝑ
vno fundo, quã valeat, & ſic punitur extra ordi
nem: & idem tenet Ang. in. d.§. fi. de donatio. In
ſtitu. vbi dicit, ꝙ hoc facit contra iſtos, qui vul-
gariter dicũtur encheriſare (hoc eſt encareſcer)
frumentum, vel mercantias, quod dictũ Angel.
comme. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 441. quod
eſt notãdum perpetuò ſcd̄m eos. & ſequitur ad-
ditio Abb. in. d. c. 1. de emp. & vẽdi. in addit. quæ
eſt in nu. 4. verſ. & adde. vide quæ ſupra dixi in
nu. 12. ¶Et facit quod tenet Fran. Luca. in tract.
de fiſco in. 2. parte nu. 41. tomo. 6. tracta. foli. 10.
dicẽdo, ꝙ cõmittẽtes in.l. Iuliã. de anno. punian
tur in. 20. aureis.l.2.ff. ad.l. Iuli. de anno. quę pœ
na dicit, ꝙ cõmittitur per emẽtes bladũ cauſare
uẽdẽdi, & faciendi careſtiã, & etiam per faciẽtes
ſocietatẽ, vt cõmuniter bladũ ematur. Itẽ ſecun-
dũ eũ tenetur quis dicta pœna, quãdo ſcit naues
venire cũ blado, & facit differre euentũ ſuũ, vel
capere nauem, vel nautam, vt poſsit vendere bla
da ſua cariora, quod dicit ꝙ viget multi plurimũ
& cõmunis oĩum morbus, & vitiũ. ¶Quoq; ad-
de, ꝙ non ſolum poteſt iudex taxare pretiũ. vt
26 dictũ eſt, verũ etiã poteſt iubere, † & ſtatuere, ꝙ
reuẽditores nõ emant talia victualia vſq; ad cer
tam horã, prout tenet Amanellus de claris aquis
in ſingula. 8. per glo. in.l.2.ff. de mundi. ¶Cõtra
rium videtur tenere Ioan. de Plat. in.l. ſeptẽ die
bus. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. vbi dicit, ꝙ ex
illa litera videtur poſſe inferri, ꝙ contra ius eſſet
conſuetudo, vel ſtatutũ, quo cauetut, ꝙ per ſep
tem dies fori nullus audeat emere prius, quam
eſſent emptæ ſpecies, vel annona pro curialibꝰ,
eſſent emptæ ſpecies, vel annona ꝑ curialibus,
quia per hoc vẽdũtur viliori pretio, ceſſantibus
emptoribus. & ibi dicit ꝙ fuit de mẽte Andr. de
Barulo. Sed ego teneo opinionẽ Amanelli in. d.
ſingula. quia eſt æqua. Et ſic in pluribus ciuitati
bus huius regni ſunt talia ſtatuta, ꝙ tales reuen
ditores (qui vocantur recatones) non emant vi-
ctualia, verũ etiã ꝙ ea in pretio non ponant (*ni
la apalabren*) vſq; ad talẽ horã, & ſunt iuſta, ſan
cta, & honeſta, & vtilia ciuitati. & facit tex. in.l.
9. & in.l. 11. tit. 7. lib. 5. in ord. regal. ¶Et dictũ Io.
de Plat. non obſtat, quia ibi loquitur in alijs em
ptoribus, & non in reuenditoribus, quia aliquã-
do tales mercatores ſunt ſimiles prædonibus. vt
tenet Luc. de Pen. in. d.l. ſeptẽ diebus. quia ſi ta-
le ſtatutum eſſet contra alios qui non ſunt reuẽ
ditores, eſſet nullum. ¶Quinimo dicit Faber in
§. ſunt præterea. Inſtitu. de publi. iudi. num. 3. ꝙ
lex non cogit locupletes vendere, nec eos punit
vt notatur in. d.l. anno. ff. de extraor. crimi. in. g.
vt plus. Sed eos, qui emerunt, vt carius vendant,
quia hoc prohibet, & punit contra facientes, vt
ibi: quia qui emerunt, vt carius vendãt, tales pec
cant etiam in foro conſcientiæ: non ſic, ſi proui-
ſionem faciant pro ſua neceſsitate, vel etiã pro
reuendendo tempore careſtiæ propter bonum
commune, non intentione cupiditatis lucri. vt
notant doctores in. c. primo. ne cleri. vel mona-
chi. ¶Et ꝙ dicitur de annona, intellige de alijs
frugibus. vt in.l. frugem. ff. de verbo. ſignifi. quia
in omnibus illis locupletes coguntur vendere, ſi
neceſsitas, vel fames immineat iuſto pretio, &
puniuntur ementes vt carius vendant. ¶Facit
quod tenet Ripa. in dicto tractat. de peſte in. 3.
culpa: quinimo etiam ſi carcerarius nocte dor-
miebat in domo carceris ad cuſtodiam carcera-
torum, & ſomno grauatus carcerati fugerunt,
non tenebitur dummodo ante dormitionem di
ligentiam fecerit, quia clauſit, & ligauit. & non
fuit in aliqua negligentia præcedenti, per nota-
ta.in.l.ſi ſeruus ſeruum.§.fornicarius.ff.ad.l.A-
quili.& in.l.fluminum.§.vitium.vbi plenè per
Dy.ff.de damno infecto. ¶Et idem ſi muri, &
portæ carceris, & tectum erant fragiles, & debi-
les, vel carcer ſtabat in aliqua domuncula, vel in
ſtabulo, ex quibus poterant faciliter euadere
prout tenet dictus Paris de Put.vbi ſuprà.num.
15.¶Et ibi numer.17.tenet, quòd quoque excu-
31 ſatur, † ſi non cuſtodiuit ita bene ſenem, ſicut iu
uenem, ſeu eum, qui traditus eſt ligatus, & etiã
excuſatur à violentia. Nam ſi venerunt conſan
guinei, & per vim, & violentiam carceres effrege
rint (vt ſæpe viſum eſt) ſi reſiſtere non potuit ſe
cundum Amode.Iuſti.vbi ſuprà, per ea quæ ha
bentur in.l.ſed ſi damno.ff.locati.& in.l.hoc ita
§.cuſtodiam.ff.de pericul.& commo. rei vendi.
Et ideo dicit text.in.l.Item quæritur.§. exerci-
tu.ff.locat.quòd cuſtos carceris debet eſſe valẽs
& potens, vt reſiſtat violentiæ carceratorum, ſi
opus ſit: quare pingitur homo robuſtus, haſtam
in manu tenens: aliàs ſi non reſiſtat violentiæ,
conſentire videtur.argu.c.regũ.22.q.5. Archid.
in.cap.generali.in.4.columna.de ele.in.6.item
debet vigilare, & non dormire, ſicut paſtor ſu-
per oues.vt in.c.oportet.81.diſtin.& iuxta illud
Pſal.121.Ecce non dormitabit, nec dormiet, qui
cuſtodit Iſrael. Quare ſtat in introitu, ſeu veſti-
bulo carceris, de quo veſtibulo loquitur text.in
d.l.1.C.de cuſtodi.reorum. vbi dicit text.quòd
in nocte debet geminari cuſtodia, prout etiam
dicit Azo.in.d.rubri.Et debet eſſe diſcretus, in
duſtrius, & fidelis. vt in Cle.1.§.ſanè.&.§.porrò.
de hæreticis. Et in ſecreto cum perſonis loqui
non debet. vt in.d.§.porrò.&.c.vbi periculũ. §.
nulli.cum ibi notatis de electio.libro.6.& tenet
Cuiller.Robil.in tractat.de iuſti. & iniuſti.in.3.
lib.c.8.tomo.17.tracta fo.106.num.3.&.4.¶Et
32 an excuſetur † carcerarius, ſi filius, vel vxor car
cerati indutus, vel induta veſte muliebri, intra-
uerit carceres, in quibus erat maritus, aut pater
iuſtè carceratus, vt daret alimenta, & induit ve
ſtes mulieris carcerato, qui exiuit carceres in for
ma mulieris, & decepit carcerarium, aut ſit ex
cuſatus, vid.Paridem de Put. vbi ſuprâ.allegan-
do Florian.in.l.liber homo.ff.ad.l.Aquili.tamẽ
pro carcerario vt excuſetur dicit quod iudicio
ſuo eſt text.in.l.milites.ff.de cuſto. reorum.in
verbo, per vicium, aut deſidiam.& in verſicul.ſi
verò fortuito id ad miſſerint, & pro muliere ꝙ
non teneatur aliqua pœna tenet Monta. in.l.11.
titul.1.*de los caſamientos*.for.ll.libro.3.in gloſſ.ma
rido.in fine.& vide doctorem de Pala.Rubi.vbi
plura exempla ponit circa hoc in repet.rubricæ
de dona.§.32.num.8.& melius in.§.50.column.
6.num.24.folio.30.vbi inter alia ponit illud no
tabile, & præclarum facinus infantis dominicæ
Santhæ, quæ comiten Ferdinandum Gundiſal
uum virum ſuum in libertatem redegit, qui car
ceratus, & captus erat ſub imperio regis Legio-
nenſis nam cum illa carcerem intraret accepit
veſtes mariti, ſe quæ ipſam induit, ſuaſq; mari-
to, dedit illiſq; ſeipſum ornauit, ac in habitu mu
liebri (ipſaq; ibi manente) à carcere exiuit, nul-
latenus cuſtodes eum cognoſcentes: quod factũ
meritò rex Legionenſis laudauit, & approbauit
ita vt liberam eam dimitteret.* Et licet doctor
Anto.Gomez.in.3.tomo.titul.de cuſtodia reo-
rũ, dicat quòd talis vxor excuſatur à pœna ordi
naria, ego teneo quòd etiam excuſatur ab extra
ordinaria: & ita quòd in aliquo non debet puni
ri per ſuprà.dicta.* ¶Cui non obſtat illud deu-
tero.cap.25.vbi dicit, quòd ſi habuerint inter ſe
iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari
cœperit, volenſq; vxor alterius eruere virum
ſuum de manu fortioris, miſeritq; manum, &

apprehenderit verenda eius, abſcindes manu, illius nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia. per quod videtur, quòd vxor non poteſt iuuare maritum. Quia ibi eripuit maritum cum damno & committendo delictum abſcindendo virilia, quod non licet, vt ibi, hic vero fuit cum dolo, qui dicitur bonus arg. gloſſ. in. capit. dudum. de conuerſi. coniuga. &. capi. veni. eod. titulo. & Abb. & ibi additio. in. ca. præterea. de offi. delegat. nume. 5. & in. c. in noſtra. de ſepultu. ¶ Et ibi
33 ponit Paris de Put. quid ſi carcerati miraculo † ſe euaſerint à carcere, vt pluries viſum eſt. Et dicit quòd carcerarius non tenetur: quia quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege ciuili. ¶ Sed
34 quid ſi vnus officialis non habens carceres, † recommendauit in carcerem poteſtatis aliquem delinquentem, qui deinde aufugit cum alijs carceratis, an carcerarius teneatur? Vi. Pari. de Put. in. d. tracta. in parte an poteſtas qui aliquem. folio. 71. numer. 9. vbi tenet, quòd non. per text. in argu. in. l. inuitus. C. de procura. & Cyn. & Bal. ibi. & per alia iura vt ibi per eum. ſed in fine dicit diſtinguendum. Aut iſte carcerarius pro cuſtodia recepit aliquod pretium, aut non. Si recepit, ſi fuit in dolo, vel culpa, tenetur. Sed ſi non fuit in dolo, nec in culpa tenetur, vt ibi per eũ. ¶ Sed quid ſi poteſtas. i. corrector poſuit vnum in carribus, & non confidens de cuſtode poſuit alium cuſtodem nihilominus captus fugit an teneatur cuſtos carceris dic quod ſi a principio poſuit cuſtodem, & iſte captum recepit licet poſtea ponat alium ſi fugit tenetur: quia poſtquã recepit non videtur à cuſtodia liberatus tenet Paulus de Caſtro. in. l. ſi vt certo. §. ſi de me. ff. comoda. numero. 3. & Baldu. in. l. ex diui. C. locati Bartol. in. l. prima. §. quemadmodum. ff. de liber. agnot. Angel. in. l. qui Romæ. §. calimacus. ff. de verbo obliga. ¶ Qua autem pœna punia-
35 tur † ille, qui eximit captum à carceribus, & eũ liberauit, vel à manibus familiæ. ¶ Vide latiſsimè quæ poſui. ſuprà, in. c. in. gl. ſit fauor, *de ſu iuriſdicion*. verſi. ſed prædicta procedunt numero. 13. ¶ Fugiens verò à carcere dum eſt carceratus
36 pro delicto, habetur pro factore † maleficij, de quo accuſatur, ſeu pro condemnato. vt in. l. 33. titul. 19. lib. 8. in ordi. regali. & ibi Montal. in reperto. ſue gloſ. in verbo, in carceratus, intelligit hoc, ſi fugiat à publico carcere, quia tunc habetur pro condemnato, etiam ſi aliàs non deliquiſſet concordat tex. in. l. in eos. ff. de cuſto. reo. & ibi Bart. ſecus ſi fugeret à carcere priuato, quia tunc non punitur, imò taliter in carceranti de facili eſt reſiſtendum. vt notatur. in. ca. ſignificaſti de homici. ¶ Quoq; d. l. ordinamenti dicit
37 Montal. ꝙ habet locum, † quando captus deliberatè cum omnibus captis, vel cum maiori parte, cuſtode ignorante, fugit, quia tunc præſumitur delicti reus. Si autem aliàs fugiat, non iudicatur vt conuictus, ſed poſtea captus ſtrictioribus vinculis mancipatur. vt eſt tex. in. l. 13. tit. 29. par. tit. 7. ¶ Quoque intelligo dictam. l. quando deti-
38 netur † pro inquiſitione criminis. ſpecialis. Secus ſi pro generali inquiſitione, quia tunc nõ habetur pro confeſſo: quia ficta confeſsio ſicut vera debet cadere ſuper certo; & ideò debet crimẽ certum probari. vt in. l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam crimi. vt tenet Bald. in expreſſo. in conſilio. 230. in. 1. volu. in princip. quia ſi detinetur pro inquiſitione ſpecialis criminis ſecũdum
39 Bald. vbi ſupra. ſi affugit cum effractione, † vel conſpiratione loquitur. d. l. in eos. & ſic ꝙ habeatur pro confeſſo, & factore. Aut fugit aliter, & ſic ſine fractione, tunc non habetur pro confeſſo, punitur tamen pro motu iudicis. vt dicit notari Guillerm. de Cuneo in. l. ſucurritur. ff. ex quibus cauſ. maior. quod ſequitur Hippolyt. de Marſil. in ſua practica crimina. §. attingam. nume. 45. & Felin. in. c. nullus. de præſcriptioni. & Bertachi. in ſuo reperto. in verbo, carceratus. verſic. 53. Et extende hoc, etiam ſi non omnino fregit carcerem, ſed etiam ſi conſpirauit frangere. vt tenet Angelu. in dicta. l. in eos. ff. de cuſtodia reorum. dicendo, ꝙ illa lex facit contra effractores carcerum, econtra conſpirantes vt frangant: quia licet non dum ſit perfectum flagitium, nã puniuntur velut confeſsi de crimine, & caſus eſt ibi iuncta. gl. fi. Et ita debet intelligi. d. l. ordinamenti, quæ incipit, *Todo hombre*. quòd ad hoc vt habeatur pro confeſſo, requiritur ꝙ fugiat à carcere. cum fractione. & hoc dicit ipſamet lex, in quantum dicit, *que fuyere de la cadena*. & non dicit, *ſi fuyere de la carcel*, quod nota. & hoc reperio tenere Ioann. de Anna. in. c. à nobis. de apoſta. 1. colum. allegando Ioann. Andre. dicens, quòd ſi incarceratus fregit carcerem, & fugit, de iure ciuili eſt pœna capitalis, etiam ſi ſit innocens. Sed ſi non fregit carceres, ſed per incurias, & negligẽtiam cuſtodiæ arripuit fugam, tunc mitius punitur. de quo in. l. prima. &. 2. ff. de effracto. & idẽ tenet Guido. Papa. ſingula. 206. reaſſumẽdo qua pœna puniatur, qui exit de carcere. Quod aut exiuit frangendo aut non frangendo. Si nõ frangendo, punitur iudicis arbitrio. ff. de effracto. d. l. prima. circa principium verſiculo. ſi per negligentiam. Aut exiuit frangendo carcerem, & tũc aut verè commiſit delictum, propter quod captus erat & debet capite puniri licet fortè nõ eſſet capitale. vt in. d. l. prima. in principio. &. ff. de pœ-



de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. miles. &. l. milites. §. eis. ff. de re milita. Si autem non commiſit delictum. de quo accuſabatur, habetur pro confeſſo, & ſic intelligitur gloſ. fi. in. l. eos. ff. de cuſto. reo. vt tenent doctores in. d. l. prima. ff. de effracto. Sed in quantum dicit, ſi exiuit frangendo, vide eundem Guido. ſingula. 336. dicentẽ, quòd in carcerati frangentes carceres vltimo ſupplicio puniuntur. d. l. prima. ff. de effracto. Sed intelliget hoc verùm dictus Guid. Pap. ſi propter tale crimen, propter quod erat carceratus, debebat vltimo ſupplicio puniri, aliàs non, vt per docto. in. d. l. milites. §. eius fugam. ff. de re milit.

¶ Et ex hoc probatur, quòd ſi ille, qui eſt in carceratus in carcere publico, licet ſua authoritate
40 non debet exire, ſi exit, † & aufugit inueniẽdo oſtium apertum, non habetur pro confeſſo ac ſi frangeret carcerẽ, vt tenet Bald. ſequẽdo Guiller. in. d. l. ſuccurritur. in lectura, & in additione. ¶ Vbi quoq; tenet, quòd ſi per muros carceris fugiat ſine vlla fractione, dicitur violator carceris. vt in. l. final. ff. de rerum diuiſi. & idem dicit, ſi fractis compedibus exijt tamen per oſtium, quod inuenit apertum. & ſequitur Felinu. in. d. c. nullus, de præſumpt. & Hippolyt. de Marſil. in repetitione. rubricæ. de probatio. nume. 262. & in ſua practica. crimi. §. diligenter. numer. 46. ¶ Et idem dicit, quòd idẽ eſt, ac ſi aufugiſſet de palatio poteſtatis. quod ſequitur Ludoui. Romain. l. an monendi. ff. de iur. iuran. colum. 21. * Et quòd habeatur pro confeſſo fugiens à palatio officialis in quo detinebatur tenet expreſſe Thom. Gram. conſil. 57. num. 4. & quod tradit Io. And. in additio ad Specul. in tit. de præſumptio. §. ſpecies. verſi. violenta. num. 3. in additio. quæ incipit lex vnica quaſi in medio: vbi inquit quòd etiam arreſtatus in ciuitate aut in palatio pro crimine habetur pro confeſſo ſi fugit vel recedit. * ¶ Et idem eſt in fugiente de carcere aperto. vt Angel. in. l. verum. la ſegunda. ff. de furti. & in. l. prima. ff. de effracto. Cataldi. tamen in ſuo tracta. ſyndica. quæſtio. 193. tenet contrariũ, dicendo, quod de carcere publico etiam ſi oſtiũ reperiatur apertum, non debet quis exire. Secus de priuato. vt Bal. in. d. l. ſuccurritur. Sed dic, ꝙ non eſt contra: quia licet non debeat exire, tamen ſi exit, non habetur pro confeſſo, ſed punitur alia pœna arbitraria, vt ſupra dictum eſt per Bald. in. d. ſuo conſilio, quia ſecundum eum ibi in principio. Et facit quod tenet Bal. in. c. ſicut. de cohabita. cleri. & mulie. num. 8. vbi ait, quòd ſi aliquis eſt carceratus pro debito. & ſoluit, ſi inuenit oſtium carceris apertum, poteſt propria authoritate exire de carceribus, licet melius faciat authoritate iudicis. ¶ Regulariter ſi quis fugit à carcere, talis fuga reddit eum ſuſpectum, ſed non conuictum. vt in authent. de exhiben. rei. §. ſi vero. colla. 5. & notatur per Cy. in. l. vnica. C. de rapt. virg. & dicit Ant. Fran. in addi. ad Abb. in. c. fi. de fo. compe. in additione, quæ eſt in. 9. col. nu. 19. in parte. fuga. in fine. ꝙ fugiens à carcere quem inuenit apertum, non facit iudicium contra ſe. vt Bald. in. l. 1. C. de elici. actio. * Et vi. Petrũ Santander in ſuo tracta. de ſeguratio. & ſponſionibus in. 3. parte nu. 70. vbi ſingulariter dicit, ꝙ ſi vir nobilis bonæ cõditiõis & famæ detentus in carceribus ſi aufugit non eſt veriſimile ex fuga delictum cõmiſiſſe, & inquit quod facit quod tenet Ange. in. l. bonæ fidei. ff. de rei vendi. * ¶ Item. d. l. regia. & ſimiles nõ ha
41 bent locum, quãdo quis eſt † iniuſtè in carceratus: quia ſi quis iniuſtè detinetur à capitaneo, licet fugiat, non tenetur aliqua pœna. l. tenet Alexand. in ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi. eximat. nu. 4. & tenet Tiraquel. in tract. de vtro. retra. in præfatione. nu. 68. in fi. cum ſeq. vbi ſingul. per gl. in Clemẽ. paſtoralis. in verbo per violentia. & ibi doct. de re iudi. Bart. in. l. relegatur. in prin. ff. de pœnis. & in. l. vix eius. C. de probationi. ¶ In tantũ aliqua pœna non tenetur, quia ſi iniuſtè, & illicitè ca-
42 ptus aliter euadere non poteſt, licet † ſibi occidere cuſtodes carceris illicitè ipſum cuſtodientem, vt euadat, nõ tenetur de homicidio, nec de fracto carcere. tenet ſingu. Par. de Put. in. d. tracta. ſyndica. in parte, ſi iudex proceſsit. fol. 68. nu. 4. allegat ad hoc tex. in. l. nihil. ff. de capt. & poſtlimi. reuerſ. & in. l. capitalium. §. ad beſtias. ff. de pœnis. g. in. c. ius gẽtiũ. 1. diſtin. & gl. in. l. 1. ff. de his qui ante ſenten. mort. ſibi conſciuerũt vbi dicitur, quòd licet quomodo liber redimere ſuum ſanguinem. & tenet ſingul. Luc. de Pe. in. l. prohibitum. C. de iure fiſci. libr. 10. col. 2. in fine. vbi plus dicit, ꝙ imò capite punitur, qui captus iniuſtè non fugit cum poteſt. per. l. nõ omnes. §. qui. ff. de re milit. & tenet ſingu. Hippol. de Marſi. vbi ſuprà. nu. 42. ſ. in. §. attingam. allegando Parid. de Put. ad quod allegat text. in. d. l. non omnes. §. qui captus. vbi text. & glo. notabil. & ibi vide quando dicatur quis iuſtè vel iniuſtè carceratus & Hippol. vbi ſuprà. inter alia allegat gl. in Cle. 2. in verb. violatam. de re iudi.
43 quæ dicit, ꝙ licitum † eſt iniuſtè carceratorum pere iuramentum quod facit de redeundo ad carceres. & Abb. in. c. inter alia. de immunita. eccleſi. in fine. & Alexan. in. l. regali. ff. de pœnis.
44 ¶ Quoq; dicta. l. regia nõ habet locum † in exeunte de carcere animo redeundi, & citò rediẽs,

quia non videtur, nec dicitur fractor carceris. vt
Bald.in.l.prima.C.de ſeruis fugiti.5.colum.nu-
mero.15.& Alexand.in additio.ad Bart.in.l.pri
ma.§.expilatores.ff.de effracto.& docto.in au-
thentic.ſi captiui. C. de epiſcopis & cleri.& idē
Bald.in.l.prima.3.column.C.de ædiliti.actio.&
Hippoly.de Marſi.in rubrica.ff.de fideiuſſo.nu
mer.373.* Et Peregrin.in parte captio.quæſtio.
5.in.gloſſ.fugerit loquendo in arreſto.vi.Paul.
Grillan.in tracta.de relaxa.carce.fol.124. num.
13.& facit tex.in.l.ſi quis ita legatur.ff.de condi-
tio.& demonſtra. & ibi Paul.& Soci.5.notabil.
vbi ille qui receſsit ſi in continenti reuertitur
quocunq; animo receſſerit cēſetur ſemper fuiſ-
ſe in loco & idem tenet floria.in.l. pōponius.§.
idem pomponius col.1.ff.famil.hercis.& inquit
quòd debet expectari tantum tēpus quòd po-
teſt reuerti: quod credo eſſe arbitrarium, & vid.
Paul.Grillan.in tracta.de hereſis & ſorti leg.ti-
tul.de fuga in carcera.num.13.& Thom.Gram.
conſi.57.num.1.* ¶ Item fallit.d.l.regia in mulie
45 re † fugiente à carcere cauſa euitandæ libidinis,
quia tunc licitum eſt fugere tenet Bartolu.in.l.
prima.C.de aſſeſſori.& Bald.in dict.l.prima.C.
de ædili.actio.& ſequitur Anto. Franciſcus, in
additio.ad Abb.in capitu.final.de foro compe.
in additione, quæ eſt in dict.numer.19.in parte,
fuga.ſed Bartol.hoc vbi ſuprà.non dicit, nec in
l.conſiliarijs.Sed Bald.vbi ſuprà ſit colum.3.nu-
mer.11.* Imo punit custos carceris ſi mulierem
ſic captam carnaliter cognoſcat: quia ſuſpendi-
tur vt tenet Ioann.Faber.in.§.item lex Iulia.In-
ſti.de public.iudi. & Peregrin.in parte. captio.
q.2.in.glo.cuſtodienda, & ſequitur Guid.Papa.
ſingul.689.§.commentarienſis. idem in deciſio
ne.448.& etiā punitur licet ſit meretrix. ſi eſt
incarcerata, tenet Caſtell.in.l.62.Tauri.in.gl.ſi.
quaſi in fin.& vi.late.per Parid.de Put.in tracta.
ſyndicatus in verb.adulterium officialis.foli.43.
& vi.Paul.Grillan.in tracta.de pœnis omni far.
46 coitus foli. 92.* ¶ Vbi quoq; dicit, † quòd ſi cu
ſtos carceris dimiſit eam exire cauſa voti implē
di ad aliquam eccleſiam nō dicitur fugiſſe, quia
reuertendi propoſitum ſemper retinuit. Tamē
hoc, cuſtos non debet facere, quia eius officium
eſt tenere incluſos, niſi hoc faciat ex conſuetudi
ne, publica, quia tunc non eſt delictum, nec deli
cti qualitas, quàm publica conſuetudo permit-
tit ſecundùm Baldum. ibi in dicta. l. prima. &
per iura ſupradicta. ¶ Quod dicit etiam quòd
facit ad monachos, vtrum ex fuga fiant apoſtatę
an non.& facit. l.bouem.§.primo. &.§.qui per
ſuaſu.ff.de ædili.actio. ¶ Et ibi Bald.in dicta.l.
prima.C.de ædili actio.nume..9.ponit de fugiē
47 te † à carcere mulierum, & eunte ad carcerem
virorum, an dicatur frangere carcerem. Et dicit,
quòd quando ſunt duo carceres ſcilicet, maſcu-
lorum, & fœminarum ſub vna cuſtodia & claui,
dicitur exire de carcere qui ſunt diſtinctæ: & ha
bitationes per domos, licet ſub vna claui, indu-
cunt diuerſitatem domorum. ſecus ſi eſſent in
diſtinctæ ſolum per cellulas, & cameras, quod
nota. ¶ Item fallit dict.l.ordinamenti in fugien-
48 te à carcere propter nimiam † ſæuitiam iudicis,
vel propter eius minas atroces, quia tunc non
habet præſumptionem criminis contra ſe vt ha
betur in.l.in lege cornelia.ff.ad ſelenia.& tenet
Pari.de Put.in dict.tracta.in parte, ſubijcio ſub
tilem folio.120.numer.8. ¶ Ad quod facit, quod
tenet Angel.in ſua diſputatione, incipiente, Bo
nomienſis à ſua ciuitate bannitus.4. quæſtion.
49 vbi ait, quòd excuſatur † bannitus ſi non com-
paret, nec mittit procuratorem, ſi timet vim in-
ferre, nec dum ſibi, ſed etiam cauſæ. quod ſequi-
tur additionat. Abb.in capit. quæ in eccleſia.de
conſtitu.in additione, quæ eſt in numero.17. in
parte, ſi culpa ſua eget.in fine. & tenet Palatio
Rubi.in repeti.rubricæ de dona.§.78. nume.30.
vbi ſingulariter.& tenet Paris de Put.in dict.tra
cta in parte, an iudex vel officialis.folio.124.nu
mero.3.quod facit pro delinquentibus abſenti-
bus. ¶ Item fallit dict.l.ordinamenti, quando fu
50 giens à carcere illicò vadit † ad ſuperiorem, & co
ram eo ſe præſentat, quia tunc non dicitur fuge
re, nec frangere, carcerem. vt tenet Paris de Put.
vbi ſuprà.numero.4.&.5. & facit text. in.l. qui
ad ſtatuas.C. de his.qui ad ſtatu.confugiunt &
vi.Specula.titul.de competen.iudic.additione.
§.effectus.in principio.* Et Paul.Grillan in ſuo
tracta.de hæreti.& ſortile.in titul.de fuga carce
rati.nume.20.& inquit eſſe text.in.l. Sed ſi per
prætorem.§.fi.ff.ex quibus cauſ.maio. & quan
do dicatur cito, vel illico ad ſuperiorem ire &
coram eo ſe præſentare dic ꝙ debet expectare
tantum tempus quanto potuerit attenta diſtan
tia itineris & expēſis quas habet ad hoc. vt ſi eſt
diues vel pauper argu.l.fere.ff.de reg.iur.& in.l.
quemadmodum.ff.de aquir.poſſe.tenet Floriā.
in.l.pōponius.§. idem pomponius.ff. familiæ.
herciſcun. num.2.ſed ego teneo quòd hoc relin
quatur arbitrio iudicis conſideratis cauſis ſupra
dictis & alijs quę euęnire poſſunt.* ¶ Vnum ta-
men nota in materia frangentis carcerem, quòd
quando proceditur contra carcerem frangentē,
51 non requiritur aliqua † citatio contra eum,
ſed ſolùm habita informatione de fuga, & defra
ctione, condemnatur abſq; eo quòd citetur. vt
tenet ſingulariter Monta.in.l.4.tit.3.for.ll. lib.
2.in



2.in gloſſa. quæ incipit, *ſi alguno fallare*. quem
52 vide. ¶ De materia autem iudicis fugientis † à
ſyndicatu, & de faciente fugere debitorem, vel
delinquentem, vide, quæ dixi ſuprà in cap.pri-
mo.in gloſſa no recibira dadiuas.verſicul.vtile
eſt ſcire.

*SVMMARIVM.*

1 *Cuſtodia carceratorum debet eſſe magis du-
plex de nocte, quam de die.*
2 *Modus cuſtodiendi.*
3 *Cauſæ carceratorum debent celeriter termina
ri. Et etiam die feriata poſſunt agitari.*
4 *Captis debent neceſſaria miniſtrari ſine vlla
diminutione. Et ſi ipſi non habent, an ex publi
co, vel aliunde alimentari debeant. Iudex de-
bet prouidere, ne quid eis deficiat.*
5 *An capti ex ciuili debito debeant aliā credito
ribus ſuis, & quanto tempore.*
6 *Captus pro debito ſi nō habet vnde ſoluat nec
fideiuſſorem poteſt dare, debet ceſsionem bono
rum facere, & creditori debet tradi cū annu-
lo ferreo.*
7 *An maritus à creditoribus in carceratus fa-
ciendo bonorum ceſsionem præferatur vxor
creditoribus eius pro ſua dote. Et an vxori
ſit maritus tradendus cum dicto annulo fer-
reo.*
8 *Contractus factus per incarceratum, an va-
leat.*

c Qual conuenga. e Ad captos
cuſtodien
dos, vt dictum eſt in gl.ſuprà proxima.in princi
pio. vt ſub fida cuſtodia detineantur & cuſto-
1 dia, † de nocte debet eſſe magis duplex.i. poſt
ortum ſolis vſq; ad occaſum, & ſic, ꝙ omnes car
cerati debent de nocte ſtare intus carcerem, nō
extra. vt tex.& ibi.gloſſ.& Bartol.Bal.& Salyc.
in.l.prima. C.de cuſto. reo. vbi vide de modo
cuſtodie.& tex.in.l.6.tit.29.parti.7. Et Ange.&
Salyc.in.d.l.prima.dicunt, quòd eſt notādum.
& ita faciant habentes ordinariè cuſtodiam in
caſtris, & fortalicijs, & dixi in gloſ.ſuprà proxi.
numero.30. ¶ Et vtrum ei, qui cuſtoditur, mani
2 cæ † ferreæ ſunt imponende. Et de officio cuſto
dum circa perſonas cuſtodiendas, & de eorum
pœna.ſi aſperè.tractant carceratos, vi. l.9. titul.
14.libro.2.in ordina regali. ¶ Et adde, quòd cau
3 ſæ † carceratorum debent celeriter terminari. vt
in.d.l.1.nec dum in principio, ſed in & progreſ-
ſu, & cognitione. quod intelligit Salyc.ibi, quan
do partes ſunt

uenga c, y priſio- præſentes quia
tunc cognitio
debet accelerari, vt in.l.final eius titul. ¶ In tan
tum debent celeriter tractari, quòd etiam die fe
riata agi poteſt, vt tenet Specula. in titul.de fe-
rijs.§.2.circa principium.verſicul. poſt autem.
& hoc quando carcerati ſunt miſerabiles perſo
næ. vt ibi. ¶ Et non ſolùm ſuæ cauſæ debent ce-
4 leriter terminari, verum etiam ſibi debent † mi-
niſtrari neceſſaria. vt in Clemen. prima. §. ſanè.
in fine. de hæreticis. Et iudices ſingulis dieb⁹ do
minicis habere debent notitiam carceratorum
& intelligere. ſi habent victum, & taliter proui-
dere, ne quid eis deficiat ſub pœna librarum.20.
vt eſt text.in.l.iudices. C. de epiſcopa.audiē.&
tenet Franciſcus Lucano in tracta. de fiſco.in.2.
parte.numer. 48.tomo.6.tracta. folio.10. ¶ Et
cuſtos carceris debet ſine vlla diminutione pro
uiſionem carceratorum, quam recipi ex ordina
tione communi, vel ex eleemoſynis, & illud, qd
à parentibus, & amicis, vel alijs perſonis fideli-
bus offertur miniſtrare: quæ omnia, & ſingula
iurare debet commentarienſis, ſeu cuſtos carce
ris ante officij adeptionem, prout tenet text.in
d.Cleme.1.§.porrò. diuidere tantum, & partire
debet eſcas, & panes, quæ eis mittuntur, & dili-
genter viſitare, ne illis tranſmittant limas, ſeu a-
lia ferramenta ad frangendos carceres, vel vin-
cula. prout dicit Cardi.in.d.§.porrò. quia quan
doq; in panibus, pullis, vel alijs eſcis abſcondun
tur ferramenta. prout Cardi.ibi.in.7.nota. ¶ Itē
ſi priſionarius non habet ex publico, ſeu aliun-
de prouiſionem vitæ, debet ei cuſtos prouidere
poſtea reſarcire tenebitur. prout dicit text.in.l.
final.C.de eroga.mili.anno.libr.12.& facit. l.iu
dices.C.de epiſco.audi. Dicit tamen Lucas de
Penna.in dict.l.final.column.penulti.quòd in
regno debet captiu⁹ expenſis cuſtodis cuſtodiri
& ipſe de ſuo ſatisfacere debet, ſi habuerit vnde.
aliàs expenſis curiæ cuſtodiendus eſt per capi-
tul.vt præteritæ.& ibi Inno.de electi.* De quo
per Parid.de Put.in tracta.ſyndica.verb.an car-
cerarius teneatur alimentare: vbi carceratus de-
bet ſibi adminiſtrare expenſas, & ſi non habet
facultates & cauſa eſt ciuilis debet habere ſum-
ptus per carcerari facientem per.gloſſ.in. d.l.ſi.
dé eroga.milit. ānon.* ¶ Quod ſingulariter &
notabiliter limitatur in criminoſis. ¶ In capti-

5 uis verò † propter ciuile debitum, ſi non habue-
rint vnde ſe alant, debent ali expenſis creditoris
aliàs debet iudex eos relaxare. & adhoc eſt gloſ.
ſingula. in dict. l. final. in verbo, agnoſcere. de e-
roga. milita. anno. libr. 12. quam glo. pro ſingula
ad hoc allegant Angel. in. §. final. Inſtitutio. de
actio. in final. verbis & ibi Iaſon. & Bartolus. in
l. ſanctum. ff. de rediui. & Felin. in capitu. primo
colum. 6. verſicul. modò iunge. de libeli obla. &
tenet Guill. Robille in tractatu de iuſti. & iniu
ſti. 3. libro. capit. 8. num. 4. &. 5. tomo. 17. tracta.
& ſingulariter Hippolyt de Marſi. in. ſua prati.
cri. §. attingam. numer. 74. ¶ Sed quanto tempo
re debitor iſte debet alimentari à creditore. Ali-
qui dicunt, quòd infrà ſex menſes. per textu. in
pragmati. 80. in libro pragmati. vbi ait, quod ſi
aliquis eſt captus pro debito. & non ſoluit. in-
frà ſex menſes catenæ debet renunciare, vt ibi
cauetur. ſed certè ipſamet pragma. hoc nõ dicit.
nec probat. ¶ Et in hoc caſu dic, quòd captus de
bet alimentari per creditorem. 9. dies & nõ plus
6 ſi non vult. † Et ſi captus habet vnde ſe alat vl-
tra poteſt ſe alere: & ſi in iſto termino nõ poteſt
ſoluere, nec fideiuſſorem dare creditori, debet ei
tradi faciendo ceſsionem bonorum. vt ſingulari
ter diſponitur in. l. 5. & in. l. 6. titulo. 12. libro. 5.
ordi. & in pragmatic. 78. &. 79. in libro pragmat.
vbi ponitur ordo ceſsionis. & per totum titulũ.
15. par. 5. &. C. qui boni cede poſſ. &. l. 2. titulo. 8.
libr. 3. for. & ibi per Monta. quæ eſt ſingula. ¶ Et
tunc talis debitor debet tradi creditori, cum an-
nulo ferreo ex quantitate, & retunditate digiti
continuo, & diſco operto palam ſuper collum
thoracis abſq; vllo velamine ſub pœna illius le-
gis, & pragmaticæ, vbi. & in dictis legibus poni-
tur ceſsionis forma. ¶ Et licet dicta ceſsio bono
rum fiat in ciuilibus, & nõ in criminalibus, quia
ſi quis non habet in bonis, in corpore luere de-
bet tex. in capitulo finem litibus. de dolo & cõ-
tuma. in fine. & in. l. cum ſit iniuſtũ. C. de ſepul.
viola. latiſsimè per Iaſ. in. §. pœnales. Inſtitu. de
actio. colum. 7. cum ſequentibus. numero. 43. &
gl. in. §. ex maleficijs. eod. tit. per. Abb. & ibi eius
additio. in. c. olim vobis de reſti. ſpolia. nume. 2.
Et melius per Iaſ. in. §. fi. Inſtitu. de actio. nume.
13. verſi. quarto. ¶ Quod iam hodie non habet lo
cum, quia etiam in criminalibus & quando debi
tum deſcendit ex crimine habet locum dicta
ceſsio bonorum ſecundum formam. dictarum.
ll. & pragmaticarum. vt tenet ſingulariter prag-
matica facta per noſtrum Carolum Valliſol. an
no. 1538. ſed eam intelligo, quando tale debitum
applicatur parti, ſecus ſi pœna pecuniaria appli-
cetur fiſco, quia tunc non habet locum dicta ceſ
ſio bonorum ſed punitur in defectum in corpo
re per iura ſuprà allegata, quæ remanent in cor-
recta. Et facit ꝙ tenent Ioann. And. & Abba. &
Ioan. de Imol. in. c. Oduardus de ſolut. vbi dicũt
ꝙ quando agitur pro puro intereſſe, ceſsio ad-
mittitur, ſiue conueniatur ex contractu, vel ex
maleficio. * Et ante. d. pragmat. leges regias quæ
hoc volebant, vt in. l. 13. &. 14. titulo. 2. lib. 7. foro
iuzgo: vbi totum nouenum & ſi fur non erat ſol
uendum detur pro ſeruo aduerſario, & tenet Pe
regrina in parte furtum. q. 6. in. glo. mutilabitur
quaſi in fin. ſed cõtra iſtum meum intellectum
eſt. l. 105. ſtili vbi quis pro calonia regis traditur
regi ad ſeruiendum anteaquam tradatur accuſa
tori ſed credo quòd mea opinio ſit vera per. d.
pragmatic. ibi in ſuis proprijs perſonis ad veram
executionem & vi. quæ dixi ſuprà. in. c. 1. in. gl.
fiel. num. 31. ¶ Sed quid de debitore fiſcali an ta-
lis poſsit bonis cedere licet quidam dicant quòd
per. l. quotiens &. l. nemo. C. de exacto. tribu.
libro. 10. in contrarium facit. l. 2. &. 3. c. qui bonis
ceder. ſed in hoc vi. diſti. Henrriq. in. c. odoard⁹.
de ſolutio. num. 1. in fin. quòd autem debitor pu
blicus non eſt contumax ſed in quantum poteſt
deuotus ſuo creditori exiſtit in iſto caſu cedere
poteſt aut eſt contumax & ingratus & tunc
propter contumaciam capietur & in aperta & li
bera cuſtodia detinebitur nec huius modi detẽ-
tionem per ceſsionis beneficium poterit euitare
vt in. d. l. quotiens. quod eſt verum quando eſt
ſoluendo: ſi autem non eſt ſoluendo admittitur
ceſsio vt in. l. ſi pater tuus. c. qui bonis ceder.
poſſ. * ¶ Et quia in materia iſta ceſsionis bonorũ
accidit pluries quæſtio optima, & occurrit ſępe
in iudicijs, volo aliquid ſuper eam dicere, quę ta
7 lis eſt, An maritus, † qui incarceratus eſt ad inſtã
tiam alterius creditoris, cui eſt tradendus ex di-
ſpoſitione dictæ pragmaticæ ad ſeruiendũ cum
dicto annulo ferreo, ſi vxor eius ſit anterior in
hypothecis expreſsis ſecundum communem in
tellectum. l. aſsiduis. C. qui potio. in pig. hab. vel
inter creditores habentes tacitas, an mulieri ſit
tradendus primo quàm alteri ex creditoribus
cum dicto annulo ferreo. Et pro parte negatiua
facit tex. in. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimo.
hoc modo inductus. Nam ſi maritus habet bene
ficium ne conueniatur vltra quam facere poteſt
vt in. l. maritum. ff. eod. titul. & tale beneficium
non poteſt renuntiari tacitè nec expreſſè vt in
d. §. eleganter. illico non poteſt incarcerari ſecun
dum communem opi. ibi. ergo nec tradi ſuę mu
lieri pro ſuo debito. ¶ Itẽ facit text. in. §. patitur
cum ſimilibus Inſti. de iniurijs, quæ iura dicunt
vxores debere defendi à viris, non econtra: ſed ſi
dicemus



dicemus ꝙ ſi maritus traderetur vxori, & ita per
eam eximeretur ab alijs creditoribus, & ſic de-
fraudaretur vir ab vxore, ꝙ eſſe nõ debet. ¶ Ter
tio pro iſta parte facit, ꝙ vxor eſt famula viri, nõ
autem econtra. vt in. c. hæc ſinago. 33. q. 5. facit e-
tiam glo. & ea quæ ibi latè Saly. & Iaſo. in. l. 1. C.
de in ius vocan. vbi ait gloſ. & prædicti, ꝙ vxori
debetur reuerentia per virum non autem viro
per vxorem: ſi igitur mulier eſt famula viri, &
viro non debetur reuerentia per vxorem, impoſ
ſibile eſt in caſu noſtro, ꝙ vir tradatur vxori, nec
debet ei tradi tanquam famulus ad ſeruiẽdum.
¶ Ad idem facit & quarto quòd ſi vxor decedit
non electa ſepultura, debet ſepelliri in ſepultu-
ra mariti. & ſecundi ſi ſecundo, nupſit. vt in. c. is
qui de ſepult. in. 6. non tamen econtra. prout no
tat Abb. in. c. de vxore. de ſepult. colum. 1. quod
dictum fundatur vt per eum ibi reuerentia quã
debet vxor viro ſemper, & etiam in morte: ergo
multó fortius in victu ne eum poſsit habere in-
carceratum, nec ei tradi. ¶ Quinto pro iſta parte
facit tex. in. l. ob æs alienum. C. de actio. & obli.
& iura ibi adducta per gl. & ſcribæ. qui dicũt, iu
ra non patiuntur liberos homines creditoribus
ſeruire, & propter debitum eis tradi, & in carce-
ratio eſt ſpecies ſeruitutis, vt ex infra dicendis
apparebit. ſi ergo alijs non eſt licitum ſeruire,
multo fortius nec mulieri. quia magnam reuerẽ
tiam debet viro, vt dictum eſt. ¶ Facit quoque
tex. in. l. Titio centum. §. Titio. el. 2. ff. de condi.
& demonſtra. vbi non valet conditio per teſta-
torem relicta, ꝙ quis teneatur ſtare, & habitare
certo loco. quia videtur ſpecies ſeruitutis, ſi igi-
tur maritus tradetur vxori ſecundum diſpoſitio
nem. d. l. & pragmaticæ, regulariter debet habi-
tare in loco, & domo mulieris, & illi operarij, il-
licò ſeruitus eſt. ¶ Facit &. 7. determinatio Bal.
in. l. 1. ff. ſolut. matri. columna. 4. vbi ait, quòd v-
bi inopia alicuius eſt priuilegiata, non debet ta
lis incarcerari, ſed ita eſt, quòd inopia mariti eſt
huiuſmodi naturæ, ne conueniatur vltra, ergo
non poteſt incarcerari, nec incarceratus tradi v-
xori vt in. d. l. ſi maritus. ff. ſolut. ma. ¶ Quoque
pro iſta parte facit. 8. Nã licet mulier fortè poſ-
ſit aſsignari marito pro debito ciuili, & pecunia
rio, & poſsit incarcerari, quòd tamen hodie non
poteſt per. l. 3. titulo. 13. libr. 5. in ordi. reg. & in. l.
62. Tauri, tamen non propterea ſequitur, quôd
poſito, quòd ipſa poſsit marito aſsignari, poſsit
econtra eidem maritus incarceratus aſsignari.
nam in multis differunt, vt in. l. in multis. ff. de
ſtatu. homi. ¶ Et ſic eſt prima differentia. ſ. quòd
vxorem maritus accuſat criminaliter de adulte
rio. non tamen econtra, text. in. l. prima. C. de a-
dult. & ibi Bald. & alij Ang. in. l. nuptura. ff. eod.
& in. l. ſi vxor. §. ſi iudex. eodem. titul. quia per
vxorem fit iniuria viro. non econtra, ſecundum
Cy. & Salyc. in. d. l. 1. non tamen vxor poteſt ac
cuſare maritum tenentem amaſiam, nec amaſiã
ad criminalem punitionem. vt in. dicta. l. 1. & ibi
Bald. qui dicit verum quo ad pœnam legis Iulię
tunc poteſt accuſari ex capite generali iniuria-
rum. quia verum eſt, quôd iniuriam patitur ma
trimonium violatum. licet gloſſ. in dicta. l. 1. vi
deatur tenere contrarium. nam per maritum nõ
poteſt violari torus, poteſt tamen mulier accu-
ſare virum ciuiliter, vt ſeparetur torus & vt per
dat donationem propter nuptias. l. conſenſu. C.
de repud. Tamen de iure cano. ſecus eſt: quia vir
& vxor non iudicantur ad imparia. tex. in capi.
nemo ſi blandiatur. 32. q. 4. Ioan. de Imol. in. ca.
vt clericorum. de vita & honeſta. cleri. Abba. in
capitul. primo in principio vt lite non conteſta.
tenet Hierony. Zaneti in tracta. de differen. in-
ter ius cano. & ciuil. nume. 7. &. 8. tomo primo.
tracta. folio. 7. ¶ Secunda differentia, quòd vxor
corruſcat radijs, & dignitatibus viri: tex. in. l. mu
lieres. C. de dignita. lib. 12. & in. l. mulieres. C. de
incolis. lib. 10. & in. l. fœminæ. ff. de ſenato. Hinc
eſt, quòd vxor doctoris vel militis poteſt appel
lari domina, & doña, propter maritum, licet ip-
ſa non deſcendat, ab origine. vt in. l. fœminæ. ff.
de regul. iur. voluit Bart. in. l. poſt mortem. §. fi.
ff. de bono. poſſe contra tabul. numer. 3. idem in
l. amiciſsimos. §. fi. ff. de excuſa. tuto. numero. 8.
& in. l. donationes, numero primo. C. de dona.
inter. vir. & vxo. & Deci. in dicta. l. fœminæ. nu.
8. & dixi ſupra in procemio. in prima glo. ¶ Ad
de tamen in hoc, quòd vxor ſemper retinet ſuã
propriam paternam vel auitam dignitatem, etiã
ſi nobili inferioris conditionis nubat. tex. & ibi
Plat. in dicta. l. prima de dignit. lib. 12. eſt tamen
vna differentia ꝙ dignitatem ſuam ſemper reti-
net. ſecus tamen eſt in dignitate, quam proſequi
tur propter virum, quam non retinet. niſi dum
eſt nupta, vel vidua. tex. in. c. ex parte. b. de foro
compet. & Platea. in dicta. l. prima, & Abba.
in dicto. capitul. ex parte. & dixi in dicto proœ
mio. ¶ Tertia differentia eſt, quia dote non
ſoluta, maritus poteſt percipere fructus rei
pignoratæ. vt in capitulo. ſalubriter. de vſu. ſe-
cus eſt in vxore, quæ propter dotem non ſo-
lutam ſibi poſt ſolutum matrimonium non lu-
cratur fructus rei datæ in pignus. quia textu. in
dicto. capitulo. ſalubriter. habet locum in mari-
to, & non in vxore. vt notat Angel. de Aretio. in
§. actionũ. Inſtitu, de actio. columna. 38. ¶ Quar-
ta differentia eſt quia certum eſt, ꝙ vxor non po
 teſt

teſt promittere votum continentiæ, nec ex eo obligari ſine licentia viri. Secus tamen eſt in viro, qui ex iuxta cauſa poſsit, vt Abb.in.c.ſcripturæ.de voto.licet bene poſſet emittere votum in ſubſidium terræ ſanctę ſine licentia viri, ſi eſt ſenex.vt Abb.in.capitul. ex nulla.de voto. numero.9. ¶Quinta differentia, quia certum eſt, quòd clericus coniugatus habeat beneficium Canonis.ſi quis ſuadente.17. quæſtion.4. non tamen habeat eius vxor.vt tenet Domi.in.ca.1. §.fi.de cleri.coniuga.num.6.& dixi ſuprà in gl. primà procœmi. Et ideo ſi aliquis percutiat clericum coniugatum, non poteſt abſolui, niſi per Papam, ſecus tñ eſt in vxore ſecundùm Domi. ibi. ¶Alia differentia & vltima eſt, quia mulier etiam cum mandato non poteſt ſtare in iudicio. textus.in.l.qui abſente.C. de procurato. & ibi Bart.& doct. Secus tamen eſt in marito. quia etiam ſine mandato poteſt eſſe in iudicio pro vxore.vt in.l.maritus.C.de procura. ¶Ex quibus differentijs, nimirum ſit, quòd etiam ſit noſtra differentia, quia licet maritus poſsit fortaſſe recipere vxorem bonis cedentem ſecundum diſpoſitionem dictarum legum regni, non tamẽ econtra vxor poſsit recipere virum. Et hæc ſunt quæ faciunt pro iſta parte negatiua, & pro ratione dubitandi. ¶His, & alijs quibuſcunq; non obſtantibus ſub iudicio melius ſentientis contrariam ſententiam opinor fore veram. Imò quòd maritus taliter incarceratus à creditoribus, & ceſſionem bonorum faciens ſecundum diſpoſitionem dictarum legum regni, & de iure communi poteſt.& debet tradi vxori cum annulo ferreo, donec ſoluat ſibi dotem, & in iſta traditiõe vxor præfertur cæteris creditoribus, ſecundum ſuam prærogatiuam, & hypothecam, ſecũdum formam dictæ legis aſsiduis.C.qui poti.in pigno.habe.cùm ſimilibus & ita practicatur, & pluries in ciuitatibus huius regni iudicaui, & executioni mandaui, maximè in ciuitate Abulenſi. Et pro iſta opinione & practica faciunt iura & fundamenta ſequentia. ¶Primò, ꝙ debeat vxori tradi, facit: quia vbi vxor eſt pauperrima, maritus non habet beneficium ne cõueniatur vltra quã facere poteſt, ita notat egregie Bar. quem cæteri ſequuntur in.l.maritum.ff.ſolut. matri. ad finẽ ſi igitur in tali caſu non habet, tale priuilegium maritus, ergo tunc vxor poteſt conuenire in ſolidum. & non tenetur ei debitam reuerentiam exhibere, & ſic poterit pro eius debito incarcerari, & ſic ceſſat ratio, & diſpoſitio in dicta.l.ſi alia §.eleganter.ſuprà allega. ¶Secundo pro iſta parte facit, quia licet verum ſit, ꝙ iſtud ius reuerentiale non poteſt tolli per pactum. vt in dicto.§.eleganter eſt verum, & procedit per pactum expreſſum, ſecus per tacitum. nam bene poteſt remitti.tex.in.l.nam & maritus.ff.de condi.indebi.facit tex.in.l.quanuis.ff.de in ius vocan. tenet iſtam ſententiam Alex.in dictò.§.eleganter col.6.ergo ſi maritus tacet, & conſentit ſe mulieri aſsignari. poteſt tacite remittere ius reuerentiale ſibi debitum per vxorem, & ita mulieri aſſignari tanquam eius incarceratus. ¶Tertio facit, quia licet per pactum non poteſt fieri, ꝙ maritus inſolidum exigatur per mulierem, & ita ꝙ incarceretur, vt in dicto.§.eleganter tamen bene poteſt hoc fieri per legem. ita eſt determinatio Bar.in dicto.§.eleganter & Alex.ibi.3.col. & ita illæ leges regni ord.& pragmat. bene hoc potuerunt facere & ordinare. Et ꝙ illæ leges indiſtinctè hoc dicant, facit dicta.l.5.tit.12.lib.5.ordina. vbi tenet primo creditori tradatur. & in dicta pragmatica clarius dicit, ꝙ talis debitor ita incarceratus tradatur illi creditori, cui prius de iure debet fieri ſolutio, & ꝙ mulier ſit inter creditores, eſt melior tex.de iure in.d.l.ſi marito.ff.ſolut.ma.in principio.cuius verba ſunt. Si marito publico iudicio damnato pars aliqua bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſsè habet inter quos vxor quoq; eſt. Et ꝙ ſit priuilegiata cæteris, eſt text.in dicta.l.aſsiduis. Et ita remanet indubitatũ, ꝙ maritus prius ſit tradendus vxori ſuæ. Pro cuius corroboratione facit. nã vt dictum eſt, prædictæ leges dicunt indiſtinctè intelligi, & locum habere argu.tex. in.l.non diſtinguemus.ff.de arbi.& in.l.de pretio.ff.de publi.in rem. Nam ſi alteri creditorum traderetur, & non vxori, ſequeretur ꝙ vxor eſſet deterioris conditionis in dote quam ſint alij creditores in ſuis debitis, quod non patitur, vt in dicta.l.aſsiduis &.in.l.prima in fin.ff.de dote præleg.& eſſet apertè contra diſpoſitionẽ text. in dicta.l.prima.ff.ſolut.matri. Nam in iſto caſu ſi vxori non traderetur, non ſemper dotis cauſa eſſet præcipua, & vbiq; ſi alteri priuſquã mulieri traderetur, quod eſſe non debet, ne ſit contra diſpoſitionem dictæ legis. ¶Quartò facit, Nam dictæ leges ordina. præcipiunt fieri per creditores ſolennitatem iuramenti, ſcilicet, ꝙ non maliciosè nec ſimulatè recipiunt debitorem. Ergo ſi vxor dictum iuramentum & ſolennitatem facit quando recepit maritum, debet ei tradi, & eius iuramento ſtari: quia in dependentibus à conſcientia, iuramento eius ſtatur. gloſſ.in.§.ſed iſti quidem. Inſtitu.de actio.in gloſſ. magna aliàs in.capitul.ſi vero.el.2.de ſent.excõmu.alia in.c.ſignificaſti.de homic.& ibi docto.Hippol. in rub.de fideiuſſo.nume.40.gloſſ.in.l.1.§.2.ff.

de itiner.

de itiner.actu.pri.& ibi Bar.tex.in.c.paſtoralis. de excep.Bar.in.l.interdũ.ff.de fur.& Iaſo.in.l. cum quędam puella.ff.de iuri.om.iudi. & Iaſo. in.§.in bonę fidei.Inſtitu.de actio.nu.20.per Soci.in tractat.fallentiarum.regula.72. vbi plura. ¶Quintò pro iſta parte facit tex.in.l.vbi adhuc C.de iure doti.& in.l.ſi conſtante. in principio. ff.ſolut.ma.&.l.29.tit.11.parti.4.quæ iura dicũt ꝙ ſi maritus vergit ad inopiam conſtante matrimonio, maritus non habet illam exceptionem, non teneor vltra quã facere poſſum, & per conſequens beneficium incarcerationis, vt voluit illa glo.in dict.l.vbi adhuc.quam ibi tanquam veram ſequuntur omnes in.l.ſi conſtante.licet ibi contrarium alia ſenſerit & malè. Ergo ſi maritus iſto caſu poteſt exigi in ſolidum, & beneficium ceſſat, & non eſt aliquod impedimentum, quod impediat maritum vxori tanquam incarceratũ tradi.ſ.tradendus eſt. Et iſtud, ꝙ maritus quãdo vergit ad inopiam poſsit conueniri, procedit clarè de iure communi, ſiue vergat ad inopiam caſu, ſiue culpa ſua, ſecundũ illam opi.relatam per Alex.in.l.ſi cùm dotem.§.ſi maritꝰ.ff.ſolut.matri.ſed de iure regni ſtat contrarium, nam nõ habet locum quando vergit ad inopiam caſu fortuito, vel ſine ſua culpa, vt eſt tex.in.l.29.tit.11. parti.4.quam refert & ſequitur Pala. Rub.in repe.rub.de dona.§.17.cũ ſequentib. Et ita eſt vna differentia inter ius commune, & regni nam illa lex.29.ſtat de directo contra cõmunem opi. & quia iſta eſſet maxima reſtrictio, ſcilicet, ꝙ quando maritus ſine culpa ſua perdit dotem, & bona, & vergit ad inopiam, vxor eius nõ poſsit dotem ſuam exigere ab eo conſtante matrimonio. ¶Hoc limito non procedere, nec habere locum, quando mulier concurrit in actione cum alijs creditoribus agentibus & intentantibus actiones ſuas contra maritum: quia tunc poterit etiam mulier agere, & dotem ſuam petere etiã ſi maritus caſu & culpa ſua perdidit bona, & venit ad inopiam. & iſta limitatur dicta.l.29.pro qua allego dictum & determinationem Alexã. in.d.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut.ma.vbi dicit, ꝙ mulier non debet pati damnum ꝓpter infortunium mariti. pro quo etiam vltra eum facit tex.in.l.ſi maritus.fina.verbis. eod. tit.ſed ita eſt, ꝙ ſi mulier impediretur illo caſu dotem ſuã exigere conſtante matrimonio, & cæteri creditores exegiſſent ſua credita ab viro, tũc mulier pateretur damnũ propter infortuniũ mariti, & maritus eſſet penitꝰ imperniciem vxoris, quod prædicta iura nolũt. ¶Sexto pro iſta parte facit ꝙ vtilitas publica præfertur priuatæ, de quo eſt tex.& ibi ſcribentes in.l.prima.§.fi.C. de cadu. tollen.& in.l.Barbarius.Philippꝰ.ff.de offi.præſi.cum vulgaribus.ſed cum ex parte creditorum verſetur vtilitas priuata, & ex parte verò mulieris dotem ſuam repetens à viro verſetur publica vtilitas, vt in.l.prima.ff.ſolut.matri.ergo debeei maritus aſsignari.& illa eſt præferenda. ¶Septimò, prò iſta parte quoq; facit tex.in.l.in ſumma.§.item vacuus.ff.de aqua pluui.arcẽ.ibi, hoc æquitas ſuggerit, etiã ſi iure ſcripto deficiamur. ſic igitur licet hic iure ſcripto deficiamꝰ expreſſè diſponente, ꝙ maritus tradatur vxori, attamẽ æquitas aſſurgit, quæ ſemper ſeruãda eſt, vt in.l.placuit.C.de iudicijs.& in.l.ꝙ Epheſi.ff.ꝙ cert.loco. ¶Octauò pro parte iſta facit. Nam dos eſt cauſa pia, vt in.l.cum his.§.pẽ.ff.de condi.indebi.Bar.in.l.quæ dotis.col.3.ff.ſolut.matri.& doctores communiter in.l.prima.eod.tit. Et in dubijs opinionibus illa pars tenenda eſt, quæ pro cauſa pia facit, vt in.l.ſunt perſonę.ff.de religio.& ſumpti.fune.& ſubtilitates & rationes ſtricti iuris omittẽdæ ſunt, cùm de pia cauſa tractatur. vt.d.l.ſunt perſonæ.quo eſt tex.melior de corpore iuris.& cum in iſta cauſa tractetur de dote & ſit de pia cauſa, omittendæ ſunt iſtæ ſolennitates reuerentiales, quæ marito debentur per.d.§.eleganter, & ita permittendũ, ꝙ poſsit maritus tanquam in carceratus vxori aſsignari: nã ſi contra fiat, vergeret in damnum ipſius mariti vxoris, & filiorum.& eſſet contra regulam tex.in.l.ꝙ fauor.C.de legi. ¶Et quando maritus vergit ad inopiam, mulier, quæ concurrit cum alijs creditoribus non debet pati dãnum propter infortunium mariti.vt eſt illa celebris determinatio Alex.iam allega.in dict.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut.mat.nu.2.vbi tenet, ꝙ licet infortuniũ debet eſſe cõmune vtriuſq;, fallit vbi agitur de præiuditio dotis, ſequendo Bar.Bald.& alios ibi.& Cy.in.d.l.vbi adhuc.in.9.q.de iure do.& putat opi.Bart.veriorem & ęquiorem eſſe.licet Iacob.de Are.& Benedictus de Plũbi.in dict.l.ſi conſtante teneant contrarium. quia ſi ſua opinio eſſet vera, iſta communio infortuni viri noceret vt dictum eſt viro, quia creditores exigerent maritum etiam in dote, ex quo ſequeretur quòd coniuges, & liberi, propter quos dos eſt conſtituta, paterentur potius damnum, quam fauorem. ¶Nono, facit gloſſa. & ibi docto.in.l.ob æs alienum. C. de actio. & obliga. vbi dicit, quòd ſeruire ad tempus, non eſt ſpecies ſeruitutis. notant eam & ſequuntur docto.in.l. Titio centum.§. Titio centum el.2.ff. de condi.& demonſt.& gloſſ.Montal.in dicta.l.2.titul.8.foro legum lib.3.in gloſſ.fin. vbi ſingulariter ergo licet maritus tradatur incarceratꝰ

vxori

opi.vt Vellõ.conſ.55.nu.5.¶Sed ꝙ ſciẽtia princi
pis requiratur,tenet idẽ Bal.ſingulariter ſibi cõ
7 trarius in cõſi.466.in.4.volu.vbi ait,† ꝙ ius col
ligẽdi paſſagia poſsit adquiri præſcriptiõe,ſeu
conſuetudine tanti temporis,cuius contrarij me
moria nõ exiſtit,ſciẽte principe,vel locũ eius te-
nẽte.per.d.§.in vectigalibus.& ibi Dy.& Spec.
vbi ſuprà.vbi ſic ait,Quid de colligẽtibus peda-
gia ab his,qui per viã publicã tranſeũt,nunquid
de iure prohiberi poſſunt per hoc interdictũ ne
pedagiũ leuetur?Dicit ꝙ ſic,niſi habeãt priuile-
giũ à principe.vt.C.noua vectigalia inſti.nõ poſ.
8 Vnde ciuitates,vel nobiles,† nõ poſſunt in ſuis
territorijs pedagia noua imponere,niſi ex priui
legio regis:& qñ patria tenuis eſt,de facili hoc
priuilegiũ cõceditur.vt.C.eo.tit.l.1.¶Antiqua
aũt pedagia,vel ſalinaria ſtatuta authoritate re-
gũ,vel principũ,vel ex antiqua cõſuetudine,cu
ius nõ ſtat memoria introducta,percipi poſſunt
vt in.d.c.ſuper quibuſdã.ſecundùm Bal.in.d.cõ
ſil.& ſic inquantũ tenet,ꝙ ſcientia principis re-
quiratur,tenet contrariũ eius,quod tenuit in.d.
tit.quæ ſint regalia.¶Sed dic,ꝙ iam,ꝙ requira-
tur,præſumitur per ea quę ſuprà dixi,& facit q̃d
tenet Bal.in.c.cõquærẽte.de offi.ordi.col.2.ver
ſi.modò venio.vbi dicit,ꝙ in dubio in principe
præſumitur ſcientia,& in talibus,ſi eſt notoriũ.
¶Facit quod tenet Alex.in conſil.52.in.5.volu.
nu.3.cũ ſequẽtibus.vbi dicit,ꝙ ſtãte dicta cõſue-
tudine tãti tẽporis,de qua memoria non exiſtit,
9 põt † per cõmunẽ ciuitatis imponi collecta,etiã
forẽſibus,etiã pro prædijs ſitis in territorio ciui-
tatis:quia talis conſuetudo habet vim priuilegij,
& cõceſsionis à principe.per.d.c.ſuper quibuſdã
§.præterea.& per.c.contra maiores.100.diſtin.&
ita tenet Bar.in.l.cùm neq;.C.de incolis.libr.10.
& in.l.1.C.de mulieri.in quo loco.libro.10.vbi
etiam dicit,ꝙ cõmuniter ita per Italiã ſeruatur:
quia collectæ imponuntur forẽſibus in loco,vbi
prædia ſita ſunt.& Bald.in.l.etiam.col.vlt.C.de
execu.



execu.rei iudi.& idem tenet.Fran.de Aretio.cõ
ſilio.133.in.3.col.in fine.¶Per quæ poteſt intel-
ligi.l.16.tit.primo.lib.7.in ordina.regali.vbi ca-
10 uetur,ꝙ † ciuitas non poteſt facere collectam in
ter ſubditos,niſi in ſumma trium millium mara
betinorum ſub
pœna,de q̃ ibi.
Quod nõ habet
locum,vbi con-
ſuetudo tanti tẽ
poris eſt in con-
trarium,quia ha
betur loco priui
legij,vt dictum
eſt.Ad quod fa-
cit,quod tenet
Iaſo.in.dic.l.de
quibus.ff.de le-
gi.nu.47.& cer
tè eſt extenſio
ſingularis ſi eſ-
ſet vera,ſed iam
hodie non tene
tur,quia contra
eam eſt text.in.
ca.34.infra eod.
ibi.*Aunque digã que eſtan en coſtũbre de repartir.*
¶Et de iſta præ
ſcriptiõe inme
moriali & quo
modo debet probari,vi.quæ dixi ſuprà.in.c.6.in
gloſſ.*De la ley de Toledo*.verſicul.& vt dictum eſt
per famam.& vide gloſſam in.c.primo de præ-
11 ſcriptionib.libro ſexto.¶Vnum tamen † nota,
ꝙ licet exactiones poſſunt percipi ex longiſsi-
ma conſuetudine,vel præſcriptione,vt dictum
eſt,eſt intelligendum,quando eſt iuſta cauſa,&
rationabilis,& interuenit bona fides,ideſt,ſine
violentia,vel clandeſtinitate,& ꝙ faciat ea,quæ
tenetur facere,recipiẽs tales exactiones,putà re-
parare vias,& põtes,& ſaluare ſoluentem in per
ſona & in bonis infra diſtrictum,vel alia ſimilia,
vt ponit elegãter Hoſti.in ſum.in titul.de cenſi-
bus.§.ex quibus cauſis.verſ.exactiones.cũ alijs
verſiculis.& habetur ſuccinctè per Ioan.Fabr.in
l.1.C.noua vectigal.inſti.poſ.vbi videatur.& te-
net Guid.pap.conſi.65.nu.3.vbi dicit,ꝙ quis eſt
iſte,qui iſta facit,& laudabimus eum.vt dicit gl.
in Cle.1.§.fi.de reliquijs.& veneratio.ſancto.

de derecho las pueda lleuar, puea[c] como no ſe pidan, ni lleuen, executando las penas contenidas en las leyes[d] de nueſtros reynos cõtra los que las impuſieren, o lleuarẽ como no deuen, y de las que ſon defuera de ſu juriſdiction nos embien relaciõ, porque mandemos proueer ſobre ello.

c Prouea. c Idem tenet gl.in.d.ti.de pace tenen.& iura.firma.in vſi.feud.
§.illicitas.in glo.1.licet ſit parua.allegãdo tex.in
d.l.illicitas.ff.de offi.præſi.vbi ait,ꝙ impoſitio-
nes illicitas præſes prouinciæ prohibere debet,
& tenet Amod.Iuſt.in tractatu.ſyndi.fol.10.in.
3.colum.vbi dicit,ꝙ iudex tenetur,ſi facit illici-
tas exactiones,& ſi contra alios facientes non re
ſiſtit.per.d.l.illicitas.in princi.

d Leyes. d Quæ eſt lex.7.ti.10.lib.6.in or.reg.vbi nouæ impoſitiones,exa-
ctiones,& collectę ſine authoritate principis nõ
ſunt faciendæ,nec veteres augere ſub pœna deci
mæ,& in hoc culpantes vocentur ad curiã regis
Idẽ tenet Archid.in.ca.ſi quis Romipetas.24.q.
3.quẽ vide.per tex.in.c.innouamus.de cenſi.

Prætorũ.Cap.XXIIII.finis.

*SVMMARIVM.*

1 *Blaſphemia,decem modis committitur.*
2 *Contra blaſphemantem Deum,& beatam Virginem Mariam iudex ex officio debet procedere,& quilibet de populo poteſt accuſare.*
3 *Qui blaſphemantem audiuerit,poteſt eum propria authoritate capere.*
4 *Blaſphemans de Rege,vel Regina,vel de filijs,punitur.*
5 *Blaſphemans contra ſpiritum ſanctum,nec in hoc ſeculo,nec in futuro remittitur.*
6 *Blaſphemantibus Deũ,nemo debet ſupplicare.*
7 *Blaſphemans publicè ſi pœnitentiã non agit eccleſiaſtica ſepultura priuatur.*
8 *Blaſphemanti nulla defenſio competit,nec etiã poteſt contra eum receptos cõtradicere,nec opponere contra eos.*
9 *Blaſphemans poteſt per epiſcopum puniri.*
10 *Blaſphemãs an liberetur a pœnis in legibus & pragmaticis cõtentis,ſi poſt blaſphemiam confitetur ſua peccata ſacerdoti,& ſacerdos abſoluit pœnitentiam imponendo.*
11 *Pœnitentia in foro conſcientiæ non tollit pœnam legalem.*
12 *Eps̃ non põt facere pacẽ de maledictione Dei.*
13 *Concordia nõ poteſt fieri in delictis,in quibus oſtenditur Deus.*
14 *Ea quæ cõmittũtur in nos,dimittere poſſumus ſed ea,quæ in Deum,vel eccleſiam,minimè.*

25 *Officiales reipublicæ non poſſunt remittere in*
*iuriam factam reipublicæ, multò minus factã*
*Deo.*
16 *Propter blaſphemias veniunt fames, terremo-*
*tus, & peſtilentiæ.*
17 *Quando blaſphemia eſt occulta, ſola confeßio*
*ne & remißione ſimplicis ſacerdotis intelligi-*
*tur habere pacem ab offenſo, & ſic à Deo.*
18 *An pœnitentia publica pro blaſphemia videa*
*tur ſubrogari loco pœnæ contentioſæ.*
19 *Per pœnas impoßitas à canone non videntur*
*ſublatæ pœnæ puniẽdi crimẽ à iudice ſeculari.*
20 *Eccleſia nunquam claudit gremium venienti*
*quo ad ſacramenta ſpiritualia, ſecus quo ad tẽ*
*poralia.*
21 *Per baptiſmum nõ tollitur accuſatio criminis.*
22 *An punitus in foro eccleſiaſtico, poßit puniri*
*in foro ſeculari.*
23 *Blaſphemãs pluribus vicibus vno impetu, &*
*diuerſis vicibus ex interuallo, an puniatur de*
*pluribus blaſphemijs, vel de vna tantum.*
24 *Si ſtatuto cauetur, quòd qui portauerit arma*
*in palatio pro qualibet vice puniatur, ſi quidẽ*
*ſtetit in palatio tota die, an vna pœna puniatᷣ.*

a LA pragmatica. [a] q̃ eſt.
l.1.&.2. in volumine pragmaticarum
per hos chriſtianiſsimos reges con-
ditarum, quæ confirmatur per noſtrum Carolũ
regem in ciuitate Toleti anno.1525. pro quãdam
aliam ſuam pragmaticam, vbi plura alia addit,
quam vide: quia vt in ea continetur, obſeruatur.
1 ¶Et vide in decẽ † modos, in quibus contra Deũ
committitur blaſphemia per ſolennem. Lucam
de Pen. in. l. omnes iudices. C. de delatori. lib. 10.
1. colum. & ibi de pœnis blaſphemantium. ¶Vi-
detur quoq; .l.1.&.2. tit.8. lib.8. in ordina. regali.
vbi habetur, ꝙ blaſphemans de Deo, vel de vir-
gine Maria, ſeu de alio ſancto, vel ſancta, patia-
tur pœnam. in legibus partitarum ſtatutam, quę
leges ſunt in tit.28. per totũ. parti.7. & iudex lo
2 ci † vbi hoc cõtigerit, ex officio ſuo ſuper hoc in
quirat, & procedat, qđ ſi nõ fecerit, cùm hoc eſt
ei nuntiatũ, vel ipſe ſcit, perdit officiũ. ¶Et vltra
has pœnas quicũq; blaſphemauerit in Regis cu-
ria, vel intra quinq; leucas, ipſo facto lingua eius
abſcindatur, & centũ publicè flagella patiatur.
Si verò extra curiã blaſphemauerit, in quocũq;
loco regni, publicè eius lingua ſcindatur, & me-
dietatẽ perdit bonorũ. vt in. d. l.2. continetur. Et
idẽ tenet lex vnica ti.90. de blaſphemãt. in Deũ
in conſtitutionibus regni Neap. vbi ad literã di-
cit, blaſphemantes Deũ, & virginẽ glorioſam lin

*Prætorum. Cap. XXV.*

ITem, que lle
ue la prema-
tica [a] de los
que dizẽ mal a nue-
ſtro Señor, y q̃ exe-
cute las penas en e-
llas cõtenidas en las
perſonas que cõtra
ella fuerẽ, o paſſarẽ
ſin excepciõ de pſo
na de mayor ni me
nor cõdiciõ, ſo pena

guæ mali loq
mutatione pu
nimus, licet de
iure cõi vltimũ
ſuppliciũ patie
tur. vt in auth.
nõ luxu. cõtra
natu. collati.6.
§.fi. Cy. Bal. &
Saly. in. l.2. C.
de rebus credi.
Et hoc ſi habet
in conſuetudi-
ne: quia ſi non
habet cõſuetu
dinẽ blaſphe-
mãdi, extra or
dinẽ punitur.
tenet Iaſ. in. l.
ait prætor. §. iu
rari. ff. de iur. iu
ran. nu.11. cũ ſe
quentibus. ¶Sed iſtæ pœnæ ordinamẽti & parti
tarũ habẽt locũ ſolummodo, qñ quis derrenega
uit. vt in præfactione ipſius pragmaticæ colligi-
tur. Et in dictis legibus parti. videbis differentiã
de verbali obiuratiõe, vel blaſphematione, & de
illa quæ fit facto, & de generibus blaſphemãtiũ.
3 ¶Et quilibet de populo † põt accuſare blaſphe-
mantẽ. vt in. d. l. parti. & firmat Bar. in. l. quotiẽs
ſenatus. ff. de iniurijs. arg. in. l.1. ff. de publi. iudi.
& ibi Bar. ꝙ ſequitur Ludo. Mont. in tract. de re
probatione ſentẽtiæ Pilati. in.1. dubio. nu.2.&.3.
to.3. tract. fo.9. ¶Quinimo cauetur in. l.4. eiuſd.
tit.8. lib.8. in ordi. rega. ꝙ quicũq; qui audiuerit
blaſphemãtẽ, põt eũ propria authoritate capere
& ad publicã carcerẽ ducere, & incõpedibus po
nere: & cuſtos carceris tenetur eũ recipere, vt iu-
dex pœnas dictas exequatᷣ. ¶Idẽ dic de blaſphe-
4 mãte in Regẽ, † vel Reginã, vel in filios ſuos: qa
punitur. vt in. l.3. eo. ti.8. lib.8. in ord. reg. quia ſa
lus regis ſalus eſt ſubditorũ. vt in. l.1. C. de vete-
ra. lib.12. & ibi Ioã. de Pla. & pro ſalute principis
debent ſubditi ieiunare ſingulis annis quatuor
dies Ianuarij. vt in. l. ſi calũnietur. &. §.1. ff. de ver
bo. ſig. & cõtra talẽ maledicentẽ Regẽ, vel Impe
ratorẽ ad accuſandũ quilibet admittitur. vt. C. ſi
quis impera. male. l.1. &. ca.1. de maledi. Et oblo-
quẽs de principe ſi nõ ex lubrico linguæ pœna
eſt ar-



eſt arbitraria, vt ibi. & in. l. famoſi. ff. ad. l. Iuli. ma
ieſt. vbi ait Angel. ꝙ ſi in cõtẽptu principis quis
obloquutus eſt, incidit in maieſtatẽ: & cũ pœna
ſit arbitraria, poterit princeps arbitrari ad pœnã
mortis imponendã. qđ ſequitur Frãciſ. Luca. in
tract. de fiſco. in.2. parte. nu.34. to.6. tract. fol.10.
¶Quãto magis de maledicẽte Deũ, nã nulla, vel
minima eſt cõparatio ſerui ad dñm. & ideò dicit
Inn. in. c. vergẽtis. de hære. grauius eſſe ęternam,
quã tẽporalẽ lædere maieſtatẽ, nec debemus diſ
ſimulare eius opprobria, qui noſtra deleuit. vt
in. c.1. de iudæis. & tenet Mõtal. in. d. l.1. ti.28. par
ti.7. ¶Caueãt igitur ab iſtis blaſphemijs: qa qui
5 in ſpiritũ † ſctũm blaſphemiã dicit, nec in hoc ſe
culo remittetur, nec in futuro. vt in. c. qualis.25.
diſt. niſi pœnituerit. vt in. c.2. de maled. ¶Quini-
mo vt habetur Eccleſia. c.23. & trãſumptiuè. in. c.
& ſi Chriſtus. de iura. replebitur iniquitate vir,
qui multũ iurat, & à domo eius plaga non rece-
det. In tantum, ꝙ pro blaſphemantibus Deũ ne
6 mo debet ſupplicare, † vt ſcribitur.1. reg. cap.2. ſi
peccauerit vir in virũ, placari põt Deus, ſi autẽ
contra Dominũ quis orabit pro eo? quaſi dicat,
nullus, vt tenet Ang. in. l. furt. §. ope. & conſi. ff.
de fur. quod dicit eſſe notãdum contra blaſphe-
mantem Deum. ¶Quinimo ſi blaſphemans pœ
7 nitentiam † non agit, eccleſiaſtica ſepultura pri-
uatur, qñ publicè Deũ vel ſanctum blaſphema-
uerit. vt in. d. c.2. de maled. & ibi per Abb. nu.7.
vide qñ dicatur quis publicè blaſphemare. ¶Et
8 in tali delicto blaſphemiæ † nulla defenſio com
petit blaſphemanti. Nec etiam poteſt contradi-
cere teſtes, nec opponere contra eos. vt tenet Pa
ris de Puteo. in tracta. ſyndi. in parte, an poteſtas
qui miſit ad ſupplicium. folio.82. nume.13. quod
nota. & tex. in. l.1. titul.28. partit.7. * Idem tenet
Thoma. gramma. conſi.15. nu.12. ſequens. d. Par.
de Put. tamen inquit ꝙ Specul. in tit. de accuſa.
§.1. verſi. tenet, ꝙ inimici teſtes non admittũtur:
& Alex. in conſi.126. vol.4. in fi. ꝙ poteſt proba-
re negatiuam coarctatam loco & tẽpore: aut aliã
aliquam defenſionis ſpeciem, aut ꝙ calore iracũ
diæ blaſphemauerit prouocatus: vt dicit tenere
Franciſ. Poncinibus in quodam ſuo tractatu, ad
limitationem Par. de Put. vbi ſuprà, ſed tu intel
lige ſupradicta, ꝙ debet eſſe talis inimicus qui oc
cidit patrem aut matrem, vel aliũ conſanguineũ,
infrà quartum gradum, vel mouit ei quæſtionẽ
ſtatus, vel accuſat eum de delicto, quod meruit
mortis pœnam, vel pœnam amiſsionis bonorũ,
vel maioris partem eorum, vel eum diffidauit:
quia tunc iſte talis inimicus repellitur: ſed ſi ſunt
teſtes qui vocantur malquirientes ex alijs cauſis
iſti non repelluntur. tex. ſingu. in. l.6. tit.33. par.
7. & Hippol. in conſi.3. num.11. & illud de calore
iracundiæ intellige quando eſſet tanta iracũdia
ꝙ dementia æquipararetur: & tunc excuſatur: ſe-
cus ſi eſſet iuſta, & tunc punitur ſecundùm Gre
go. Lopez in ſumma tit.28. par.7. vbi quid in e-
brio. Quinimo credo, ꝙ in caſu iſto & ſimilibus
ille qui denuntiat de aliquo blaſphemante, ſi eſt
alius teſtis cum ipſo denuntiante probat, & eſt
plena probatio ad eum condemnandũ quia qui
denuntiat de aliquo crimine poteſt teſtificari ſu
per eo vt per Innoc. in. c. licet Heli. de ſimonia:
tenet Albe. de Roſa. in. l. accuſatorum. §. incidit.
ff. ad ſenat. conſul. turpilia. nu.4. & doctor Simã
cas in tracta. de hæreti. c.62. nu.36. & de illo de
calore iracundiæ vi. Iaſ. in. l. filiam. nu.7. C. de in
9 officio. teſtam. * ¶Et quoq; iſti blaſphemãtes †
poſſunt puniri per epiſcopũ. vt in auth. alearum
vſus. C. de aleato. & Alex. in additio. ad Bart. in.
l.2. §. ſi public. ff. de adulterijs. ¶Aliqui volũt, ꝙ
iſti blaſphemantes liberentur à pœnis contẽtis
10 in dictis pragmaticis, † & legibus, ſi poſt delictũ
& ſic poſt blaſphemiam confitentur peccata ſua
ſacerdoti, & ſacerdos abſoluit eos, imponendo
pœnitentiam. & ad hoc allegant Bar. in conſilio.
167. qui incipit, ꝙ miniſter fratrum de pœniten-
tia. vbi clarè videtur dicere, ꝙ blaſphemans ſine
dubio ſola confeſsione & remiſsione ſimplicis
ſacerdotis dicitur habere pacẽ ab offenſo, & ſic
à Deo, & põt à carceribus liberari: quia ſic vide-
mus, ꝙ Imperator illis, qui ipſum blaſphemant,
facit pacem, & remiſsionẽ. vt in. l.1. C. ſi quis im
pera. male. ergo multò magis miſericors Deus,
cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Et
hoc eſt, quod lex dicit, videlicet, ꝙ eccleſia nun-
quã claudit gremiũ redeunti. vt in epiſtola inter
claras. C. de ſumma. tri. & fid. catho. & nũquàm
eccleſia denegat veniã petẽtibus. C. de hęreticis.
l. Manichæos. quod dictũ Bar. viderur ſequi Ale
xã. in addi. ad Bar. in. l. dãni. §. Sabini. ff. de dãno
infecto. in.1. additio. & ſequitur Anchar. in. d. ca.
2. de male. & ibi Ioan. de Anna.6. col. &. Fel. in. c.
de his. de accuſa.2. col. verſic. fallit tertiò. & Phi-
lipp. Deci. in conſi.137. nu.3. & Thomas Eerra. in
cautela.25. & tenet Firmia. in ſuo aureo reperto.
in verbo. blaſphemia. verſi.7. & dicit ſe ita practi
caſſe per dictũ Bar. licet plura nõ alleget. Et pro
dicto Bar. eſt gl. in. c. quicũq;.26. q.5. vbi tenet, ꝙ
ſi aliquis ſatisfecerit de crimine, vel inde egerit
pœnitentiã, amplius non poſsit accuſari, licet ſit
publicum crimẽ. ¶Sed dictum Bart. & ſequaciũ
nũquã mihi placuit, nec eũ practicaui. Imò non
obſtãte confeſsione abſolutione, & pœnitentia,
ſemper cõtra blaſphemãtes ꝓcedo ad dictas pœ
nas legales imponẽdas. Et ad hoc me mouent di

cta ſequentia.¶Primò per dictum Bald.in.l.pla
11 cet.C.de ſacroſanct.eccle.in fine.vbi tenet,† ꝙ
pœnitẽtia in foro cõſciẽtiæ nõ tollit pœnã lega
lem dicendo,ꝙ licet acceperit pœnã ſpiritualem
de delicto,non minus punitur in palatio. quod
ſequitur Anto.Franciſ.in additio.ad Abb.in ca.
quintaualis. de iureiuran.in additione, quæ eſt
in nu.6.in parte.in loco.& idem tenet Ioann. de
Anna.in.d.c.de his.de accuſa.2.colum.verſicul.
nota.coniuncta glo.ſi.vbi ait,ꝙ licet quis ſit ab-
ſolutus in foro conſcientiæ, tamen poteſt accu-
ſari in foro contentioſo.& idem tenet in.c. accu
ſaſti.eod.titu.¶Secundò,quod tenet Abb. in.d.
c.2.de maledi.nu.4.vbi ait, ꝙ quando iudex ec-
cleſiaſticus,& ſecularis cõcurrunt ad puniẽdum
idem delictum, pœna impoſita per vnum, non
impedit pœnam imponendam per alium: quia
in delictis miſti fori vterq; poſſit effectualiter
punire.vt notatur in.c.fœlic.de pœni.in. 6. Bar.
in.l.prima.ff.vi bono.rapto.¶Tertiò facit, ꝙ te
net Bal.in.l.accuſationem.C.qui accuſa.nõ poſ.
12 colũ.3.nu.6.vbi tenet,† ꝙ epiſcopus non poteſt
facere pacem de maledictiõe Dei. vt notatur in
glo.in.ca. vt pridẽ.23.q.8.argu.in.l.prohibere.§.
planè.ff.quo vi aut clam.& in.l.cõtra iuris. §. fi.
ff.de pactis.ergo nec ſacerdos in confeſſione: &
hoc licet epiſcopus dicatur legatus Dei.vt nota-
tur in.c.ſicut iuris.7.q.1.& in.c.ſi.& in.c.quæri-
13 tur.22.q.1.¶Quartò,quia in delictis vbi† offen-
ditur Deus,non poteſt fieri concordia,niſi papa
remittat.vt allegatur.d.§. Sabini. & ibi additio.
Alexan.ad Barto.& in.l.1.C.de raptu virg.tenet
Bal.¶Quintò,contradictum Bart.& ſequacium
tenet Iaſ.in.l.ait prætor.§.iurari.ff.de iure iuran.
nume.15.vbi ait,ꝙ in quantum tenet Bart.in.d.
conſilio,ꝙ ſi eſſet ſtatutum in loco, ꝙ ſi quis fe-
cerit pacem cum offenſo,debeat relaxari de car-
ceribus, ſi aliquis ſit in carceribus pro blaſphe-
mia,ſi ſit confeſſus peccata ſua proprio,& paro-
chiali ſacerdoti, & ab eo abſolutionem obtinue
rit,dicatur ab ipſo habuiſſe pacem cum offenſo,
debet relaxari,ꝙ iſta deciſio non habet pro ex
pedita,nec putat hanc eſſe mentem ſtatuti: quia
in contrariũ tenet Bal.in.d.l.accuſationẽ. quod
dictum Bal.dicit notabi.Ioan.de Anna.in.d. ca.
14 2.de male.9.col.quia ea,† quæ committuntur in
nos,dimittere poſſumus:ſed ea, quæ in Deum,
vel eccleſiam minimè.vt in.c.1.de maledi. Et di-
cit,ꝙ licet.d.Bald.loquatur in genere,decidit in
ſpecie de maledicente,& blaſphemante.vt in.d.
l.prohiberi.§.planè.vbi notat Bartol.ꝙ officiali
bus reipublicæ eſt permiſſa ꝓcuratio,& nõ alie-
15 natio,& ſic nõ poſſunt iniuriã† factã reipublicæ
remittere,multo minus iniuriam factã Deo, &
ſic patet,ꝙ officiales tã eccleſiaſtici, quàm ſecu-
lares iniuriã factã Deo per blaſphemiã remitte-
re nequeũt.ſcđm Ioã.de Anna.vbi ſuprà.¶Sex-
tò, quia vt dicit Tho.Ferra.in. d. caute. videtur
praua & malũ in ſe cõtinere,videlicet, inſtruere
iſtos ſacrilegos,& blaſphematores ad euadendũ
16 blaſphemias,propter† quas blaſphemias veniũt
fames,terremotus,& peſtilẽtiæ,vt ait text.in.d.
auth.vt nõ luxur.cõtra na.¶Tamẽ tu potes ſal
17 uare.d.Bar.vt loquatur qñ blaſphemia eſt† oc-
culta,tũc ſola cõfeſſione, & remiſſiõe ſimplicis
ſacerdotis intelligitur habere pacem ab offẽſo.
¶Secus eſt,ſi iſte blaſphem⁹ erat condẽnatus,&
poſitus in carcerib⁹,vel erat notoriũ, ſiue publi-
cũ:quia tũc ſimplex ſacerdos abſoluere nõ põt.
per id,qđ habetur in.c.2.de pœn.& remiſ.prout
tenet Ioã.de Ann.in.d.c.2.col.6. verſi. adde etiã
in quãtũ Bar.¶Vel aliter potes intelligere Bart.
18 vt eius dictũ procedat† qñ pœnitẽtia fuiſſet pu-
blica:quia videretur ſubrogari loco pœnæ cõtẽ
tioſæ.vt tenet Ioã.de Anna.in.d.c.de his.2. col.
verſ.nota.cõiuncta glo.de quo plenè per Hoſti.
in.c.tuæ.de procu.Secus ſi pœnitẽtia eſſet occul
ta:qa licet ſit abſolutus quo ad Deũ accuſatio,
tñ in iudicio faciẽdo nõ ceſſat.vt gl.in.d.c.de his
in ſi.&in.c.admonere.33.q.2.gl.in.c.gaudem⁹.de
diuortijs.in verbo,poterit.quaſi in ſi.gl.in.ca.ſi.
25.diſt.in verbo,corripere. & hoc habẽt legiſtæ
pro indubitato,prout tenet Frã.de Aret.in. d.c.
de his.2.col.verſi.in gl.ſicut dicit,quod patet ex
dictis Bar.in.l.qui ea mẽte. ff.de furtis & Dy. in
regula,peccatũ.de reg.iur.in.6.ꝓut tenet Hoſt.
in.d.c.tuæ.& Anto.in.d.c.de his.& allegãt text.
in ca.aliud.11.q.1.vbi dicitur,ꝙ pœnitẽti publicè
cõcedit venia delicti.¶Qđ Abb.in.d.c.de his.nõ
credit:verũ quia pœnitẽtia,quę imponitur in fo
ro animæ,nõ imponitur ꝓ punitiõe delicti. Qđ
patet:qa ſi eſſet pœna delicti, iudex loci delicti
poſſet illã imponere,qđ non eſt verũ. Qđ patet
in.c.placuit.de pœn.diſt.6.Nec obſtat,ꝙ maior
ſit pœnitẽtia publica,quàm priuata:qa reſpõde-
tur,ꝙ iſta maioritas nõ diuerſificat finẽ,ſed ſolũ
fit ꝓpter ſcãdalũ quod ex peccato publico præ
ſumitur ortũ.26.q.6.c.ſi.¶Sed eſt aduertẽdũ, ꝙ
pro ſententia Hoſt.videtur caſus.in.c.ad abolẽdã.
§.ſtatuimus.de hæret.in.1.vbi habetur, ꝙ excõi-
catus propter hæreſim, niſi celeriter abiuret hæ
reſim,& ſatisfaciat eccleſię,põt puniri.facit tex.
in.d.c.2.de male.vbi apparet,ꝙ impoſitio pæni-
tẽtiæ,quæ ibi ſubijcitur, eſt pœna: cùm ergo ſit
pœna tendens ad vindictã publicã impoſitio ta-
lis pœnæ tollet etiã pœnã criminalẽ, etiam ſi im
ponatur in iudicio ciuili,vt in.l. prætor edixi. §.
ſi dicatur.ff.de iniuri. ¶Sed qcquid dicat Hoſti.
& Anto.



& Anto.tene opinionẽ Abb.quia eſt vera.Quia
licet iſte blaſphemans publicè pœniteat,ſiue oc
cultè,debet, & põt puniri per iudicem ſecularẽ
pœna dictarũ legum regiarum.Et hanc opinio-
nem,credit verã de iure Fráci.de Are.in.d.ca.de
his.3.col.& dicit,ꝙ oſtenditur clarè in.c.in capi-
te.50.diſtin.& in.c.admonere.iuxta finẽ. pœni-
tentia publica fit,& finis eius videtur eſſe recon
ciliatio ad Deum,& euitatio pœnæ æternæ. Vn
de licet multa fiant in pœnitentia publica, quæ
ſapiant pœnã,hoc tamen eſt in conſequentiam:
quia finis principalis ipſius eſt pœnitentia ad re-
conciliationẽ potius,quàm pœna. ¶ Nec obſtat
tex.in.d.ca. ad abolendã.§.ſtatuimus.quia dicit
Fran.de Aret.vbi ſuprà.ꝙ ſicut in fauorem fidei
multa alia ſpecialia inducta ſunt.vt in.c.in fidei
&.ca.filij.de hære.in.6. ita etiã ſtatuitur hoc,vt
hæreticus facilius reuertatur ab errore, & ſic vt
amplietur fides catholica, ꝙ iudex ſecularis nõ
poſſit punire.¶In adiutorium Abb. & pro mea
opinione facit illa litera.in.d.c.2.de maleſi. quæ
vult,ꝙ vltra pœnitentiã publicam impoſitã po-
teſtas ſecularis poſſit & debeat procedere ad pœ
nam pecuniariam pro eodem delicto. ille text.
fortius vrget,quàm tex.in.d.c.fœlicis.§.penult.
de pœnis.in.6.quem adducit Abb. in.d.c.de his.
qui tex.bene facit, ſi intelligamus illum verſic.
pro,d.ca.de his.quando pro pœnis ſpiritualibus
illatis,& pro criminibus commiſsis iam fuerat re
cepta ſatisfactio,& publica pœnitentia. Sed tex.
non vrget nos ad hoc. Vnde ſecundùm Are. vbi
19 ſuprà poteſt intelligi, ꝙ pro pœnas† impoſitas
ab illo canone non videntur ſublatæ pœnæ iudi
ci ſeculari puniendi crimen. Et pro iſta cõcluſio-
ne dicit,ꝙ facit gl.in.d.c.2.de male.relata ad tex.
dũ dicit,ꝙ blaſphemia ſecundum leges imponi-
tur pœna mortis,vt dictum eſt:quaſi ſentiat, ꝙ
vltra pœnitentiam poſitã in canone, poſſit reus
puniri in foro ciuili, & ꝙ lex ibi vltra procedat
in deteſtationem criminis,vt pœnitentia publi-
ca committat cum pœna,ſicut dicit gl.in.d.c.fœ
licis.¶Et quia,vt ait Abb.in.d.c.de his.nu.4.pœ
nitentia etiam ſi ſit publica,leuior eſt,quam pœ
na naturalis delicti:vt in.d.ca.admonere,& quia
ſi punitur confeſſione vt ſatisfaciat Deo, ita de-
bet ſatisfieri reipublicæ,quã læſit, ideò punitur
in foro contentioſo,& iudiciali, quia debet pu-
niri vbi delinquit,& cum iſta tendãt ad diuerſos
effectus,ſiue actus,impoſitio vnius non imponi
tur per diſpoſitionẽ alterius ſecundũ eundẽ ibi.
nu.3.& facit in ſimili illud, quod tenet Cy.in.l.
imperialis.C.de nupt.vbi ait,ꝙ teſtes infames q
acceperũt pœnitentiã,& veniam meruerũt à ſa-
cerdote,poſtea teſtificari non valẽt: quia in foro
noſtro etiam ſi remitteretur ſibi per papam, nõ
prodeſſet, niſi à ſolo principe infamia remitta-
tur in expreſſo contra Bar.in dict.conſili. tenet
Cataldinus in tracta.ſyndicatus.verſi.178. dicen
do,ꝙ licet per confeſsionem & pœnitentiam ſe
cutam tollatur pœna delicti.vt in.c.fratrum.50.
diſtin.dicit eſſe verũ de pœna ſpirituali, non de
temporali:quia pœna temporalis,in qua incur-
ritur,non remittitur per ſacerdotem confitenti,
nec culpæ abſolutio remiſsionem incurſæ pœ-
næ includit,ſecundùm Ioan.Andr.in.c. pro hu-
mani.de homicidi.in.6.in nouela.¶Et in quan-
tum Bar.tenet in dict.conſi.de remiſsione impe
ratoris,debet intelligi,qñ quis blaſphemauit ex
leuitate,vel inſania,ſecus ſi dolo,vel iniuria iux
ta notata in.d.c.2.de male.& ſic ſecundũ Ioann.
Andre.ibi ſi rectè conſideretur, iſtud non facit
pro Bar.ſed potius contra,potiſsimè per ea,quæ
dicta ſunt in.c.1.per Gofre.& Hoſti.¶ Ad id qđ
Bar.etiam dicit,ꝙ eccleſia nunquam claudit gre
20 mium venienti,hoc eſt verum,† quantum ad ſa
cramẽta,& ſpiritualia,ſed quantũ ad temporalia
claudit.vt notatur in.c.1.de hære.&.c. ſuper eo.
eod.tit.in.6.& in.c.ſedes.de reſcrip.prout ita in
telligit Ioan.de Anna.in.d.c.2.in.d.col.qđ nota
21 quia etiam per baptiſmũ† non tollitur accuſatio
criminis.vt Abb.& Fel.& Aret.magis latè in. d.
c.de his & Abb.in.c.gaudemus.de diuor. nu.16.
*Et tenet Grego.Lopez in.l.4.tit.28.partit.7.*
¶Etiã contra Bar.poſſunt adduci ea,quę latè tra
dit And.Sic.Barb.in.c.pernitioſas.de officio or-
di.col.44.verſi.capio tertiũ.vbi latiſsimè, an pu
22 nitus† in foro eccleſiaſtico poſsit puniri in foro
ſeculari.vbi per.4.colum.refert plures doctores
tenẽtes ꝙ ſic,& ꝙ pœna iudicis eccleſiaſtici non
impendit quin puniatur per ſecularem.Licet di
cat,quod ſibi poteſtas petit conſiliũ,ſi procede-
ret cõtra quandã mulierẽ,quæ per iudicẽ eccle-
ſiaſticũ fuit dãnata ad perpetuos carceres,& pu-
niri pœna ſeculari:& licet conſuluit, ꝙ non po-
terat facere,nec debẽbat,& ſi faceret, incideret in
pœnam.l.Iuliæ repet. §.ſi.ff.ad.l.Iuli.repe. con
ſilio ſuo nõ obſtãte illã decapitauit.& vid. Abb.
ibi.& gl.in.l.1.tit.8.foro.II.lib.4.in glo. *Aſabien
das*.in fine.& Bart.in.l.adulterium cũ inceſtu.ff.
de adulterijs.verſi.qui releuat.& Ange.ibi.& in
l.2.C.ad.l.Iuli.de adult.tex.in.l.3.tit.18.parti.7.
Ange. de Aretio in tracta.maleſi.in parte. *che me
adultera la mia dona*.num.66.verſ.habeas.& doct.
in.ca.2.de exceptio. in. 6.* Et iſtam opinionem
meã latè tenet doctor Anto.Gomez de delictis.
cap.1.nu.40. & ibi etiam tenet, ꝙ ſi eſt punitus
per ſecularem,non poteſt puniri per eccleſiaſti-
cũ:quia pœna iudicis ſecularis ſemper cenſet cõ
petens

petens &grauior ex qualitate iuriſdictionis:&
vi.Boerium deciſione.28.vbi ponit opiniones,
ſed mihi non placet ſua diſtinctio.* ¶Quid ſi a-
liquis pluribus vicibus vno impetu, & diuerſis
23 vicibus † ex interuallo blaſphemauit,an punia-
tur de pluribus blaſphemijs, vel de vna tantũ?
Dic ꝙ de vna tantùm.vt notat Cæpola cõſi.77.
& vide Hipp.de Marſil.in.l.in rixa.ff.ad.l.Cor.
de Sica.n.24.vbi idẽ tenet,dicẽdo,ꝙ ſi ſtatuto ca
uetur,ꝙ qui blaſphemauerit Deũ puniatur.in.
10.qui beatam Mariã in.10. qui ſanctos in.10.ſi
aliquis vno impetu blaſphemauit oẽs, vt quia
dixit, maledicatur Deus & omnes ſancti cũ eo,
ſolùm condemnatur in.10.& idem tenet Alber.
de Roſa.in tracta.ſtatu.in.2.parte quæſtio.30. &
quæſt.32.& quæſtio.41.¶Facit quod tenet Bal.
in.l.ſi duo rei.§.ſemel commiſſa.ff.de recep. ar-
24 bi.nu.3.vbi ait,ꝙ ſi ſtatuto † cauetur,ꝙ qui por-
tauerit arma in palatio pro qualibet vice punia
tur,ꝙ ſi quidã ſtetit tota die in palatio,nõ debet
puniri niſi vna pœna,quia nõ eſt interrupta por
tatio armarum,intrando,& exeundo. vt ibi per
eum.¶Facit in ſimili quod tenet Bal.in.c. quæ-
ſtioni.de appella.nu.2.vbi ait ꝙ ſi cauetur ſtatu
to,ꝙ detinens vxorem alterius per menſem pu
niatur in centum,detinuit per duos menſes, an
puniatur in ducenta? Dic ꝙ ſi continuatiuè de-
tinuit,non punitur niſi in centum,quia vnicum
eſt delictum continuatum.vt in.l. inficiando.§.
infans.ff.de furt.& in.l.eum qui.§. in populari-
bus.ff.de iur.iu.& ibi gl.valde notabi.& eſt tex.
in argu.in.l.vna eſt via.ff.de ſeruitu.ruſti.prędi.
¶Et an ſit differentia inter verbum,blaſphema-
re,& verbum,maledicere,vide Bartol.in.l. item
apud Labeonẽ.§. ait prætor.ff.de iniurijs. nu.4.

*SVMMARIVM.*

1 *Non diſpenſatur cum blaſphemantibus.*
2 *Diſpenſatio ex magna cauſa adhibetur,& pœ*
*nitentia eleæmoſynis redimitur.*
3 *Pœna redimitur magno pretio.*
4 *Eleæmoſyna extinguit peccatum, ſicut aqua*
*ignem.*
5 *Cum blaſphemantibus in modo capturæ diſpen*
*ſare poteſt.*
6 *Carcer eſt arbitrarius,& arbitrio iudicis relin*
*quitur,& ideò aſsignando nobili totum pala-*
*tium,vel ciuitatẽ pro carcere,ſatisfacit iudex*
*ſtatuto iubente quem poni in carcere.*
7 *Accuſati cuſtodiuntur arbitrio iudicis.*
8 *Diſtinctio perſonarũ in iudițijs an ſit habẽda.*

b Diſpenſaren. [b] Idẽ videtur dice-
re tex.in dicto.c. ſe
cundo de maledi.ibi,nullam miſericordiam ha-
biturus.& notat ibi Abb.num.5.ꝙ contra diſpo
1 ſitionem † iſtius text. non adhibetur diſpenſa-

q̄ ſi diſpẽſarẽ [b] cõ ella en poco,o enmucho

tio. vt text.
hic dicit, Ta-
men dicit, ꝙ
Hoſti. ibi di-
cit vnum di-
2 ctum ſatis æquum,ꝙ ex † magna cauſa poſsit ad
hiberi miſericordia,& ſic diſpẽſatio,vt ſi eſt per
ſona nobilis,vel honorabilis, quam non deceat
ſic publicè pœnitere,& vult hanc pœnitentiam
eleæmoſynis redimere.per.c.primo.de voto.&.
c.mulieres.de ſent.excõ.&.ca.medicina. de pœ-
nit.diſtin.1.Quod dictum Abb.ſequitur ibi Ioã.
de Anna.3.col.verſi.nota.in verbo,nullam,& di
3 cit,ꝙ hoc ſequitur Floria.quia põt nobilis † ho-
mo redimere pœnam magno pretio. & pro hoc
allegat,ꝙ omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.ca. ſicut
dignum.de homic.& pro dicto Abb. facit dictũ
Dauidis dicentes Conſilium tibi placet, eleęmo
ſynis redimere peccata tua redime. Pro quo fa-
cit,quia ſecundùm Ambroſium in ſermone,qui
legitur in.3. Dominica de Aduẽtu. Nullum enĩ
tam graue delictum eſt, quod non purgetur ab-
ſtinentia,& eleæmoſynis extinguatur.Ait quo-
4 q; ſanctus Propheta,ſicut † aqua extinguit ignẽ
ita eleęmoſyna peccatum.Magna eſt ergo eleæ-
moſyna,quæ ardentium criminum glebas bene
uolentiæ ſuę fonte refrigerat,& quadam in igne
claritatis obruit incendia delictorum, vt quãuis
offenſus Deus,quanuis criminibus prouocatus,
cogatur liberare eleæmoſynis, quæ diſpoſuerat
punire peccatis.Et ex hoc credo euenire practi-
cam, quam aliqui illiterati iudices tenent, mu-
tando hanc pœnã carceris in oleum pro lampa-
de eccleſię,vel iubendo expedire aliquam pecu
niam pauperibus, quæ non eſt tuta, nec poteſt
fieri per iſtũ tex.ibi, *No diſpenſara en poco ni en mu*
5 *cho.*¶Tamen in modo capturæ † credo quòd be
ne poſſunt diſpenſare ex cauſa, ſi blaſphemã-
tes ſunt nobiles, literati, vel honorabiles, quia
non debẽt detrudi in carcerem publicam, quia
pragmatica hoc non dicit,ſed ſolum. *Que ſea pre-*
*ſo,y eſte en priſion vn mes.*Et carcer eſt arbitrarius,
6 † & arbitrio iudicis relinquitur.*Et hanc opinio
nem meam tenet Gregor.Lopez.in.l.2.titu. 28.
partit.7.in gloſſ.1.in fine & per eum in.l.4.titu-
lo.29.in gloſſ.*ome de buen linage*. eadem partit. &
Antonius Gomez de delictis in titu.de cuſtodia
reorum numer.6. vbi idem tenet.* Et ideò dicit
Pala.Ruuius in repeti.rub.de dona.§. 9. numer.
13.folio.



13.folio.5.ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ quis debeat poni in
carcere pro delicto,ſi aliquis nobilis venit carce
rãdus,ſatisfactũ erit ſtatuto,ſi aſsignetur ſibi am
plius locus,putà,palatius poteſtatis,vel, ciuitas
tota.Ita dicit ſingulariter Ang.de Peru.in.l. qui
carcerem.ff.quod met⁹ cauſa.& de iure regni eſt
tex.ſingula.in.l.4.tit.29.parti.7.in fine.ibi. *Si el*
*recaudado fuere hombre de buen lugar, o honrrado por*
*riqueza,o por ſciencia,no le deuen mandar meter con los*
*otros preſos,mas deuen lo fazer guardar en algun lugar*
*ſeguro.* Et Montal. ibi notat primò ex illa lege,
7 ꝙ accuſati † cuſtodiuntur arbitrio iudicis,cauſis,
& perſonis inſpectis.concordat text.in.l.prima.
ff.de cuſto.reorum.vbi eſt tex.notabil. cum gl.
& ibi Barto.& idem tenet Iaſ.in repeti.l. admo-
nendi.ff.de iure iurand.col.66.nume.143.&vide
gloſſ.ſingula.in.l.agens.C.de curioſis libr. 12. &
Antonius Corſet.in ſingula.ſuis in parte,cuſto-
dia. Ange.in tracta. male.in parte,qui iudex di-
ctum.numer.14.Et facit quòd tenet Cyn.in.l.1.
C.de priuatis carceri. vbi tenet, ꝙ officialis po-
teſt deputare carcerẽ in loco palatij vbi vult ex-
tra publicum carcerem & ibidem carcerare ali-
quem tàm in cauſã ciuili quàm in criminali & ſi
ex hoc fugã arriperet puniretur, ac ſi ex publi-
co fugiſſet:quia iſte talis locus dicitur publicus
carcer,quia eſt in loco publico deputatus,& hoc
dicit ꝙ tenet communiter doctores & vi.Pla.in.
l.nemo carcerem.C.de exacto tribu.lib.10.¶ Et
iuſta captione, ſeu detentione credo, ꝙ intelli-
gatur dictum Abb.& Hoſt.& ſequacium, quòd
ex cauſa põt iudex diſpenſare, ſed nõ in illis tri-
ginta diebus,in quibus debet eſſe captus,quia in
iſtis,nec in aliquo eorum poteſt iudex diſpenſa-
re ſub pœna hic contenta,ſcilicet,ꝙ ſubiaceat pa
tri vltioni.*Adeo quòd iſte menſis debet eſſe cõ-
tinuus & non interpolatus, & debet computari
à die carcerationis:tenet Grego.Lopez in.d. l.2.
tit.28.in fine.par.7.& Anto.Gomez de delictis.
c.de exilio & relega.nu.2.& vi.Alex. in conſili.
135.vol.4.vbi tenet,quòd licèt quis ſit in carcere
per diuerſa tempora non dicitur ſtetiſſe per tem
pus quod debuit ſtare : idem dicit de eo qui ſte-
tit per diuerſa in ordine:nam non erit profeſſus:
& vi.Bar.& Angel.in.l.fin.§.quotiens.ff.de pu-
blic.& vi.Specul.in titul.de ſtatu.monacho.§.1.
verſi.38.& de iſta cumulatione & coaceruatione
dierum & temporum vi.latè Alex.in.d. conſi.*
Et exiſtimo hanc eſſe mentem dictę pragmaticę
& iſtius text. quia dedecus eſſet magno militi,
vel literato,& ſimilibus perſonis propter hoc eſ
ſe in publico carcere,& ſic publicè pœnitere, qđ
non decet honorabilem perſonam ſecundùm
Abb.vbi ſupra in dict.c.2.nu.5.quod nota.Et cre
do,quòd iſta ſit intentio ſenatorum conſilij rega
lis:quia ex eo, quòd ego propter iſtas blaſphe-
mias aliquos nobiles & literatos in domib⁹ ſuis,
vel amicorũ aſsignaui eis pro carcere, & aliquan
do aliquos pauperes in carceribus locorum ſuo-
rum,& nõ in carcere publico ciuitatis vt poſsint
ſe ſubſtentare,& carnifices,& tabernarios in ta-
bernis in macellis detinebam captos cũ catenis,
vt in officijs ſuis ſic capti ciuitati ſeruirent, qui-
dam iudex cui rationem meæ ſyndicationis red
didi in ciuitate Placentiæ procedebat cõtra me,
dicti ſenatores iuſſerunt me illicò ſoluere, & iuſ
ſerunt quòd ſuper hoc contra me non procede-
ret,& totum ad conſilium regale remitteret, vt
patet in prouiſsione,quam habeo datam Tole-
ti.21.die Februarij.anno domini.1534.Et quia qs
cenſetur incarceratus & in vinculis detẽtus ſide
dit fideiuſſores detenendo arreſtum vel non re-
cedendo ab aliquo loco aut iurauit non recede-
re vt eſt tex.iuncta glo.in.l.in eadem.§.in vincu
lis & in.l.necnon.ff.ex quibus cauſis maio.& qa
in vinculis autem eos accipimus qui ita alligati
ſunt vt ſine decore in publico apparere non
poſſunt vt tenet Guid.pap.ſingulari. 437.&te-
net Iaſ.in.§.rurſus Inſti.de actioni.col.7.nu.49.
& tenet Guido.deciſsione.253.& quando quis di
catur eſſe in cuſtodia vi.Inn.in.c.nuper de ſent.
excõ.in principio & glo.in.l.fi.C. de curioſis li-
br.12.& ibi.Bar.¶Cui non obſtat, nec poteſt ob
8 ſtare iſte text.in quantum dicit. *ſin excepcion* † *de*
*perſonas*.vt in.c.nouit.de iudicijs.quia prout dicit
ibi Abb.nu.8.eſſe verum quando proceditur ad
correctionẽ peccati nõ eſt faciẽda diſtinctio per-
ſonarũ inter magnũ & paruũ in modo tñ coërcẽ
di,& puniẽdi,& in generibus pœnarum bene fit
differẽtia,vt ibi per eũ.facit gl.in.c.cũ quidã.§.il
li verò.de iur.iurã.*Et vi.quæ dixi ſuprà.in.c.1.
in gl.*derechamente*.nu.25.*Et gl.in.§. itẽ lex Cor-
nelia de falſis.Inſti.de pub.iudi.in verbo,depor-
tatio alia in.c.grauẽ.de pœnis.ſanctus Tho. pri-
ma ſecũdæ.q.73.art.10.tex.in.l.fi.C.quę res ven
di.nõ poſſ.& ibi gl.tex.in.l.8.ti.31.par.7. Hipp.
de Marſi.in.l.ſi qs viduã.in fi.ff.de quęſt.& Par.
de Put.in tract.ſyndi.in parte qd ſi per ſtatutum
fo.198.n.4.¶Et facit qđ tenet Bar. in.l.1.ff.đ edẽ
do.vbi dicit,ꝙ in his,quę fiũt ex mera gratia,etiã
apud Deũ eſt acceptio pſonarũ,ſecus in his,quæ
ſunt de mera iuſtitia,nec apud Deũ,nec apud ho
mines đbet eſſe talis acceptio pſonarũ.Quia ſcri
ptũ eſt.Ita iudicabis magnũ ſicut paruũ. vt in.d.
ca. nouit.Sed ſi eſt, ꝙ carceratio eſt arbitraria,&
ſic ex mera gratia(vt dictũ eſt)illico quo ad Deũ
& quo ad homines in iſto modo carcerandi põt
diſpẽſare,putà,in aſsignatione ipſius,quod nota.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Iudex non puniens delinquentem pœna ſtatuta in iure, debet puniri eadem pœna.*

2 *Qui non accuſat blaſphemantem punitur tanquam malefaciens.*

c Paſſe. c Nota tex. q iudex qui non punit
1 † delinquentem pœna ſtatuta in iure, debet puniri eadem pœna eſt tex. vnicus in. l. 3. C. nec ſacra. batiſ. reite. tex. in. c. vt clericorum mores. de vita & honeſtate. cleri. & in. l. § quis. C. de ſepulchr. viola. & in. l. vna. C. de priua. carce. & lex. 9. tit. *de los robos*. lib. 8. in ordi. reg. Montal. in. l. 2. tit. 2. for. ll. lib. 2. gl. quæ incipit, *Pierda lo que ouiere*. eundem Mont. in. l. 8. tit. 7. lib. 1. for. legum in glo. 1. vi. Bal. in. cap. 1. quæ ſunt regalia principis ſuper verbo bona committentium vbi tenet q ſi iudex non ſuſpendit illum qui ſuſpendendus erat debet ſuſpendi. ¶Et facit qui non ac-
2 cuſat † blaſphemantem tanquam malefaciēs punitur. vt probat text. in. ca. ſi quis. per capillum. 22. q. 1. ibi ſi quis autem talem hominem non manifeſtauerit, non eſt dubium quin diuina condēnatione coērceatur, & eſt crimen q nullus debet diſsimulare imò debet ipſum blaſphemantem nuntiare. tex. in. c. nonnulli & ibi Doct. de Iudæis. & Bar. & Angel. in. l. q ſenatus. ff. de iniurijs. & in. l. 1. ff. de pub. iudi. & Ludoui. Montal. in tract. de reprobatione ſententiæ Pilati in primo dubio, nume. 3. & 3. tomo. 3. tracta.

Prætorū. Cap. XXV. finis.

Sequitur. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mores* Maurorum, *Iudæorum, & noſtri, in nullo concordant.*

2 *Conſortia malorum ſæpe bonos corrumpunt.*

3 *Habitatio, & conuerſatio continua cū Iudæis prohibetur.*

4 *Contagio quæ poteſt eſſe nociua, poteſt expelli, & vitari.*

5 *Ruffiani, ſiue Lenones, & meretrices, & ſimiles poſſunt à ciuitate expelli, & idem dic de leproſis, & de habentibus alias quaſcunq; infirmitates contagioſas.*

a Apartamiento. a Vtcaue tur in. l. 10. tit. 3. libr. 8. in ordi. regali. vbi ad plenum de iſta ſegregatione maurorum & Iudęorum. ¶Et ratio huius poteſt eſſe

paſſe c el la miſma pena, q el tranſgreſſor de la dicha pmatica hauia đ paſſar.

*Prætor. Caput. XXVI.*

Otroſi, que ſepa ſi eſta hecho y no ſe guarda el apartamiento a de los moros, y ſi no eſtuuiere hecho lo haga y ſi eſta hecho y no ſe guarda, lo haga guardar y requiera a los concejos comarcanos de los ſeñorios q lo hagan y guardē y trayan, y embiē relaciō de como ſe guarda ſo pena q pierda la quarta parte del ſalario.

quia maurorū
1 † & iudæorum mores, & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam conuerſationem & aſsiduam familiaritatem ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiā ſimplitium animos inclinarēt vt in c. ad hæc de Iudæi. & quia ma
2 lorum † conſortia ſæpe bonos corrūpūt. vt in. c. ſæpe. 28. q. prima. & hac de cauſa continua
3 conuerſatio † & habitatio cū Iudæis prohibetur, nec cum eis māducare, nec ab eis medicinā aſſumere debemus. vt. c. null9. & c. ſequēti. 28. q. 1. ¶Et qđ dictū eſt đ Iudæis intellige de Paganis, Saracenis & Gentilibus, cùm eadem ſit rō vt notat glo. in. c. ad mēſam. 11. quæſtion. 3. & cap. omnes. 28. qō. 1. licet Iudæi difficiliores ſint ad cōuertēdum, & peritiores ad ſubuertendū quàm Gētiles, quia legē habent & prophetias, & ideò hæc ratio potius habet locū in eis, quā in Gētilibus, vt notat Mōt. in. l. 4. tit. 2. lib. 4. for. ll. *Et vi. eūd. Montal. in reperto. ll. ordi. in parte Iudæi, vbi tenet, q licèt Iudæi non participēt cū chriſtianis in reb9 diuinis, tn̄ participāt in actibus humanis: & ideo iudex poſſunt de iure Chriſtianorū eſſe pcuratores & interuenire



pro chriſtianis in iudicio: vt Bal. in. l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſa. tuto. quia nō ſunt ita deteſtabiles Iudæi ſicut hæretici: quia fides Hebræorum habuit initium veritatis: vt Bald. in. l. nullus. C. de ſumma trini. & c. veterum. 9. diſt. * ¶Et ex rationibus ſupradictis eſt notāda regula, quam tradit Bal. in. l. nullus. C. de ſumma tri. & fide catholi. q omnes, quorū contagio poteſt
4 eſſe † noua, debent expelli, & vitari. vt notat glo. in authē. ius iuran. quod præſt. in fine. collatio. 2. quod dicit Montal. vbi ſupra eſſe notandum contra ruffianos, ſiue lenones, & meretrices, & ſimiles, qui pter eorum morbum & contagium poſſunt à ciuitate expelli, vel à vico, vbi habitant. Idem de leproſis, & de habentibus alias quaſcunq; infirmitates contagioſas. de quo per Montal. vbi ſupra. & vide Fran. Cur. in addicio. ad Paul. de Caſtr. in. l. iuſtitia. ff. de Iuſti. & iure. & Doctor del Caſtill. in. l. 62. de Toro. & Pala. Ruui. in repeti. rub. de dona. §. 60. nu. 8. Et Paul. de Caſt. in. l. nullus. C. de ſumma tri. & fide catholi. & facit text. & ibi glo. & doctores in. c. cùm oporteat de accuſatio. vbi ex inhoneſta cōuerſatione præſumitur contra aliquem: & vide Ripam in trac. de peſte. in. 3. parte. nu. 142. cum ſequentibus. * Et mendicantes validi & ocioſi homines expellendi ſunt de terra, nec talibus eleemoſynā debet erogari. l. 4. tit. 20. par. 2. & Bar. & Plat. in. l. vnica. C. de mēdica. valid. lib. 11. vbi dicunt, q iſti debēt puniri: & vi. Montal. in. l. 1. titul. 8. libr. 3. fori. in gloſſ. 1. in fin. & tex. ſing. in. l. 40. tit. 5. part. 1. & idem dic de hæreticis ne inficient alios. Et idem dicas generaliter vbi eſt timor huius inficiationis, vel ſimilis poteſt expelli de ciuitate. de quo per Bal. in dicta. l. nullus & Peregrin. in parte expulſio. vbi etiam dicit, quòd exceptis hijs caſibus domini terrarum non poſſunt expellere ſine cauſa vicini, nec mercatores forenſes de ſuis territorijs & non recedentibus bona auferre: quia mūdus eſt omnibus communis patria, & ideo non poſſunt expelli ſine cauſa ex qua poſſunt bāniri, tamen venturis autem ad patriam alienam bene poteſt interdici ingreſſus tenet Bald. in capit. in epiſtola. §. dominus verò de forma fidelitatis. * Tamen locator non poteſt expellere meretrices quibus

*Prætor. Cap. XXVII.*

Otroſi, que ſi algunos malhechores de ſu juriſdiction ſe acogieren a fortalezas a, o lu-

domum conduxit, licèt poſsint repelli à vicinis: quia ad illum vſum meretricandi domū conduxiſſe præſumitur. tenet Philip. de Peruſ. in ca. 1. de vſur. & Ripa in dict. tracta. de peſte in. 2. parte nu. 20. ¶ Et quia iam in noſtra Hiſpania non ſunt Mauri nec Iudæi: quia expulſi fuerunt per iſtum catholicum regem iſte tex. non vtitur nec practicatur, ideò in eo non inſiſtam, tamē de materia vide per totū titulum de Iudæ. & Sarac. & Montal. in glo. ordi. in parte Iudæus. & Ioan. de Plat. in. l. omnes qui. C. de decurioni. lib. 10. vbi latè. Vbi tenet q in malis nobiſcum non participant: quia cum eis non eſt epulādum, cōuerſandū, medicinas ſumendo, & ab conuiuijs eorū eſt abſtinendum, & diſtinctum habitum deferre debent vt à Chriſtianis dignoſci valeant. ¶Tamen habent participationem nobiſcum quo ad onera publica, licet non quo ad onores. ¶Item quantum ad iuditia & arbitria quia ſecundum noſtra iura agunt, conueniuntur, & puniuntur. ¶Item quantū ad matrimonia prohibita, vt cū perſonis prohibitis auia, vel ſorore non contrahāt. ¶Nec obſtat q nil ad nos de his quę foris ſunt. vt in ca. gaudemus. de diuor. quia eſt verum quo ad pœnam ſpiritualem non temporalem vt gl. in. c. Iudæi. de Iudæ. Sunt enim foris à nobis quo ad fidem, ſed quo ad alia ſubſunt nobis vt in. l. Iudæi. C. de Iudæ. ſecundùm Plat. vbi ſupra. * Et adde q meretrices cogi ad portandum aliquod habitum diſtinctum, tenet Bar. & Pau. in. l. mime. C. de epiſcopis. audi. & Peregri. in parte meretrix. *

Prætor. Cap. XXVII. finis.

SVMMARIVM.

1 *Receptans aliquem malefactorē in caſtro, vel fortalitio, tenetur ad emendam maleficij commiſsi, & ad pœnam de iure ſtatutam.*

2 *Pœna receptatoris delinquentium, & violantis pacem.*

a Fortalezas. a Vide text. in. l. 1. & tertia cum ſequentibus. tit. 16. libr. 8. in ordi. rega. vbi cauetur, q receptans
1 † aliquem malefactorem in caſtro, vel alio fortalitio, dominus caſtri tenetur ad emendam maleficij commiſsi & in ſuper tenetur ad pœnam de iure ſtatutam. Et iudex verò ſuper hoc inquiſitionem tenetur facere, aliàs de ſuo reſarciet. quod vendicat ſibi locum in eo, qui receptatur in villa, vel loco. & idem eſt, ſi receptat in caſtro, vel domo

vel domo forti,vel in arcibus mulieres,& earum rapientes, alioſq; molefactores,& eos noluerit iuſtitiæ tradere ſi requiſitus per adelãtatũ,noluerit delinquentes,vt permittitur, dare poterit extunc adelãtatus cum de hoc fuerit per publicum inſtrumẽtũ certificatus capere diruereq; fortalitiũ caſtrũ, vel domum in aliorum terrorẽ & exemplum.vide tex.in.l.prima cum ſequentibus titu.17.eod.

**gares de ſeñorio q̃ con gran diligencia entiendan en ſaber a dõde eſtan, y requieran[b] a los receptadores que los**

2 lib.8.in eiſdem ordi.regalibus.¶Et pœna† receptatoris delinquentium & violãtium pacem eſt quòd puniatur eadem pœna qua puniretur ipſe delinquens niſi ſit coniunctus vel affinis delinquentis,vt in tit.de pace iura.fir.c.primo.§. conuenticulas.& ibi Bal.tex.in.l.2.ff. de recepta. & in.l.prima.C.de his qui latro occulta. Archidia. in.c.quicunq; de hæreti.in.6.& tenet.l.2. in dic. tit.17.in fine eod.lib.8.in ordina. regali.

*SVMMARIVM.*

1 *Remiſsio vt fiat an ſit neceſsè quòd iudex delicti eam petat, vnde hîc.*

2 *Iudex requirens an debeat dicere in literis imperamus, vel requirimus & rogamus.*

3 *Cuius expenſis debet facere hanc requiſitionem.*

b Requieran. [b] Nota text. q̄ ad hoc
1 vt remiſsio† fiat eſt neceſſariũ q̄ iudex delicti dictã remiſsionẽ petat. idem tenet Barto.in.l.prima.C.vbi de crimi.agi opor.nu.primo.idem tenet Abb.in.c.primo. de rapto.nu.9.vnde ſi iudex delicti nõ curat requirere,poteſt delinquens puniri per iudicem originis vel alibi,ſecundum eũdem ibi,quæ opinio dicit ibi Ioan.de Anna.3.&.4.col.eſſe ſatis bona allegando Bal.in dicta.l.prima.& eſt text.in. §. ſi quis verò comprehenſorum.in authẽ. vt nulli iudicum.colla.9.& idem tenet Abb.in.c.ſi de foro compet.col.8.nu.15.& ibi additio. & idem tenet Bal.in additio.ad Spec.in tit. de cõpet. iudi. additiõe verſi.iudex originis.Et ideò dicit Iaco. de Bello Viſo.in ſua practi.in parte de fuga reorum.nu. 27. q̄ licet quis nõ commiſsit delictum in iuriſdictione illius iudicis qui eum detinet q̄ tunc poteſt ipſum punire quanuis alibi cõmiſſerit delictum,niſi fuerit requiſitus per iudicẽ loci, in quo deliquit,vel per iudicem domicilij criminoſi & ſic dicit q̄ intelligitur.d.§.ſi verò comprehenſorum &.d.l.ſi cui.§.fi.ff.de accuſ. vt dicit eſſe expreſſum.l.2.C.vbi de cri.agi oport.maximè quia in criminalibus prorogatio admittitur.vt in.l.1.in fine.C. de iur. om.iudi.&. l.2. & ſic ſi non fuerit requiſitus per iudicem in quo deliquit poteſt quilibet iudex eum punire q̄ dicit eſſe verum ſi criminoſus nõ habet certum domiciliũ quia: ſi haberet & ibi commiſiſſet eſſet remittendus neceſſario ad iudicem ſui domicilij etiã ſine requiſitione, quod dicit valdè nota.ibi.nu.30.in.d.practi.& ſic dicit q̄ intelligitur text.in.d.§.quis verò comprehenſorum.& lex.relegatorum. §. interdicere.ff.de interdi.& releg.nec delicta remaneant,impunita.vt in.l.ita vulneratus cũ ibi nota.ff.ad.l.Aquiliam.¶Et iſta petitio remiſsionis debet fieri à iudice delicti,nõ autem à iudice originis nec domicilij,& eſt ratio differentiæ. quia illam iuriſdictionem offendit vbi delinquit. vt tenet Baldus.in.l. executorem. C. de executio. rei iudi.& tenet Montal.in.l.prima titul.primo libro ſecundo foro legum.in gloſſ. *Alli reſponda.* prima col.& quòd requiſitio remiſsionis,ſeu petitio requiratur tenet Iacob. de Bello Viſ. in ſua practi.in parte de fuga reorum.num.63.¶Quòd intellige quando requiritur iudex par.ſiue æqualis,quia tunc requiritur petitio remiſsionis, ſec⁹ ſi eſt iudex inferior ſubiectus & habens iuriſdictionem taxatam, & non habens authoritatem puniendi vt ſunt iſti iudices pedanei quia tũc debet fieri remiſsio malefactoris per talem inferiorem ſuperiori ſine eo q̄ ſibi petatur nec requiratur.probat Bald.in.l.ſi Barſatorem.C.de fideiuſſoribus primo notabili.per legem ſecundam.C. de ſportulis.& tex.mirabilis in.§.audient.in authentica de defenſori.ciuitatis.collatione tertia, in principio.& tex.in lege prima.ff.de ſeruis fugitiuis ibi & inuentos redant.& Bartolus in lege magiſtratibus.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.nume.tertio.& Innoc.ſingulariter in ca. vt fame.de ſenten.excõmu.& vide tex.in.§.neceſsitatem.in authẽ.vt iudi.ſine quoque ſuffrag.collatione prima:text.in.l.generali.C. de decurio. lib.10.& facit tex.in.§.& hoc quoq; præcipimus. in authentica vt litigantes iurent.collatione nona,& vide in ſimili Salycet. in lege prima. C. de exhibentib.rei in fine dicendo, quòd vbicunq; iudici apparet aliquem eſſe militem remiſsionem debet facere etiam parti non petente, quòd dicit



dicit eſſe notandum:quia miles non poteſt prorogare iuriſdictionem in criminibus & debet remittere cognito de crimine & cum actis cauſæ vt ibi.¶Et vide dictum Iacobum de Bello viſo, in dicta ſua practica iudiciaria in parte de remiſſione fienda,aliàs de fuga reorum.numer.63.vbi in expreſſo tenet,quòd ſi ſunt tales iudices qui non poſſunt commodè cognoſcere de crimine commiſſo propter deffectum iuriſdictionis,tũc tales tenentur remittere ſine requiſitione,& dicit quòd pro hoc eſt tex.in.l.3.in.fine.ff.de officio præfe.vrb.& in.l.fi.& in.l.ſolent.ff.de cuſto reorum.& in dict.§.audient.in authen.de defenſo.ciuita.&.l.defenſores.C.de defenſo. ciuit.&. l.fi.ff.de offi.prefe.vigil.& in authen.de manda. princip.§.fi.colla.3.& eſt tex.ſingula.de iure regni in.l.42.tit.16.parti.3.in fine.loquendo in teſte falſo,quia poteſt puniri per iudicem, tamen ſi talis eſt iudex qui nequit punire,quia non habet iuriſdictionem debet remittere eum maiori iudici puniendum. & vide quæ dicam infra.in c.48.in glo.*Qualeſquier juezes*.num.5.* Et vi ſingulariter Peregrin.in par.multa. & vi quæ dixi. ſuprà in proœmio in.gl.*qualeſquier*.nu.6.* ¶Et facit quod tenet Felinus in.c.non poteſt.de re iudi.num.5.vbi tenet allegando tex. in.l.fi.C.vbi ſenato.vel clari.& Areti.in.c.qualiter & quãdo el.2.de accuſatio.quòd ſi rectores prouinciarum vident perſonas illuſtres eſſe condemnandas, & nec poſſunt illas condemnare nec punire,debẽt referre cauſam principi,& tenet ſolẽnis doctor Ioann.Bernal.de Luco Epiſcopus Calagurritanus in ſua practi.cri.in parte,officiali, ac vicario generali.colum.2.¶Et vide Bald.in. c.quoniam contra.de probatio.numer.8.vbi ſi in capiendo malefactorem ſimul concurrant iudex ſuperior & inferior in eodem territorio,inferior debet ef
2 feri ſuperiori.¶Adde tamen† quòd iudex requirens in literis ſuis,non debet dicere imperamus, vel iubemus,ſed debet dicere,requirimus, & rogamus,& hortamur,vt tenet Angel.& Salyc.in dict.authen.ſi verò criminis.C. de adult.contra tex.ibi.& ſic vtitur & facit iſte text. in quãtum dicit.Requieran.*¶Et cuius expenſis iudex debet facere requiſitionem hanc,dic quòd expenſis criminoſi vt dixi infrà.in.gl.*entreguen*.nu.24. & ſi iudex in requirendo eum qui dicitur criminoſus expenſas faciat, poteſt ab eo recuperare. vt.l.circenſsium.C.de decurio.lib.10.& Peregr. in parte expenſæ.q.4.in.gl.expẽſas:ſed Henric. in.c.ad aures de ſimonia.2.diſtin.ait hoc verum de expenſis quas iudex faceret ſuus competens per fraudem ſeu contumaciam illius qui dicitur criminoſus:quia forte ſubterfugit,vel immunitatem eccleſiæ ſeponit,cui in ſidiando iudex facit ſumptus alias ſi non eſſet ſuus iudex puta q̄ laicus inſequitur notoriè clericum delinquentem tunc non recuperabit:ſed ſi non erat notoriè clericus poteſt recuperare vt dixi ſuprà.in.c. 15.in glo.*homezillos*,num.33.& licet ſit ſuus iudex qui eum inſequitur,vel requirit,ſi non eſt in vera contumacia repertum quia eſt ignorans, vel infirmus grauiter,vel ab alio iudice de facto detentus tunc non recuperat ab eo ſecundum.Hẽric.vbi ſuprà.*

*SVMMARIVM.*

1 *Remiſsio an fiat de neceſsitate, vel de vrbanitate.*

2 *Non remittit maior ad minorem.*

3 *Remiſsio habet locum in criminalibus.*

4 *An valeat conſuetudo, quòd remiſsio delinquẽtis non fiat.*

5 *Remiſsio fit in grauibus criminibus, ſecus in leuibus.*

6 *An in cauſa criminali ardua ciuiliter mota, habeat locum remiſsio.*

7 *Remiſsio vbi fit, an debeat fieri ante cõdemnationem.*

8 *Iudex antea quam delinquẽtẽ remittat, poteſt cognoſcere an ſit culpabilis nec ne : quia non tenetur ſequi iniuſtos appetitus requirentis.*

9 *Litera requiſitoria cum informatione delicti mittitur ad hoc, vt remiſsio fiat.*

10 *Si ſententia eſt perdita, ſufficit vt informatio ipſius iudici mittatur, vt delinquẽtem remittat, quia ſententia poteſt probari per teſtes.*

11 *Appellatione actorum ſententia continetur, & ſententia eſt de actis.*

12 *Vt remiſsio fiat decem requiruntur.*

13 *Raptor virginis, & honeſtæ mulieris, non remittitur.*

14 *In terris quæ ſunt ſub vno præſide, nõ eſt loc⁹ remiſsioni.*

15 *An vagabundus delinquens remittatur.*

16 *An in contractibus habeat locum remiſsio ad locum contractus.*

17 *Remiſsio in contractibus habet locum, quãdo*

 contra

*contrahentes in fraudē contractus fugiūt & receptantur.*
18 *Remiſsio in contractibus habet locum, quādo contrahens ſolutionem deſtinauit in certo loco, & promiſsit ibi perſonaliter repræſentare.*
19 *Remiſsio in contractibus habet locum, quādo contrahens renuntiauit foro ſuo.*
20 *Renuntiatio fori ſpecialis requiritur.*
21 *Clericus non poteſt cōſentire in alienum iudicem.*
22 *Ad rationem redendā remittitur quis ad locū vbi habuit adminiſtrationem.*
23 *Remiſsio habet locum in cauſa ſtatus.*
24 *Remiſsio cuius expenſis fit.*
25 *In cauſa inquiſitionis teſtes non debent venire ſuis ſumptibus, ſed ſumptibus reipublicæ.*
26 *Proceſſus, & confeſsio facta coram iudice remittente, an valeat.*

[c] Entreguen. c Nota text. q de iure regni in criminalibus
debet fieri remiſsio delinquētium ad locum de
licti. Idem tenet & latè. l. 2. titu. 17. lib. 8. in ordi-
1 na. rega. & hodie remiſsio † eſt de neceſsitate &
non de vrbanitate. vt voluit tenere gloſſ. in Cle.
paſtoralis. §. deniq; in verbo, de more. de re iudi
ca. & glo. in. l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſatio. quia iſtę
gloſſæ reprobantur per text. in authen. ſi verô
criminis. in verbo iubem⁹. C. ad. l. Iuli. de adult.
& ibi Angel. & Saly. quia verbum iubemus in-
ducit neceſsitatem vt in. l. prima & ſecunda. ff.
quòd iuſſu. pro quo eſt text. ibi ſi verò impera-
ta neglexerit: quia hoc verbum imperata neceſ
ſitatē importat. c. q prę cipitur. 11. q. 3. & quia ne
gligens punitur, ergo tenetur arg. l. Gracus. C. đ
adulte. nec obſtat q par inparē non habet im-
periū: quia in hoc factus eſt ſuperior, licet nō ad
puniendū, & q de neceſsitate fiat remiſsio eſt ve
ritas. vt ponitur in dicta authen. ſi verò, ſecun-
dùm Bar. in dicta. l. ſi cui. §. cum ſacrilegium in
principio. & eſt tex. expreſſus in. l. 2. tit. 29. part.
7. ¶ Gloſ. tamen in dicta. l. ſi cui. §. fi. & in dicta
Cle. paſtoralis, poteſt ſaluari in caſu in quo per
alium iudicem literæ non fuerunt ſuper remiſ-
ſione directæ, nam tunc iudex cognito q alibi
deliquerit, & non in ſua prouincia debet ex vr-
banitate remittere ad iudicem delicti, vel vbi
maius crimen commiſsit. prout tenet Salyc. in
dicta. authen. ſi verò: & dicit notandū quia fortè
non auditū. q ſequitur Io. de Anna. in dicto. ca.
primo de rapto. colu. 5. ¶ Et tu vide Cardi. in. d.
Cle. paſtoralis. verſic. deniq;. nu. 17. vbi vult di-
ſtinguere aut remiſsio petitur in foro eccleſiaſtī
co vel in ſeculari, in primo caſu eſt vera opinio de neceſsitate, etiā ſi iudex eccleſiaſticus petat à ſeculari vt in crimi-

entreguen[c] y ſobre ello hagā todas las diligencias que de derecho ſe deuen

ne hæreſis. vt in. c. commiſsi. de hęreti. in. 6. licet
videatur q hęretic⁹ debet puniri, vbi reperitur,
& vbi delinquit in mari, & in cælo, & in terra. c.
ne quicquā. 24. q. 2. ¶ Si verò petitur remiſsio in
ſeculari foro, tunc ſi petitur de his locis qui ſunt
ſub eodem domino vel iuriſdictione, eſt facien-
da de neceſsitate ſi de diuerſis putat non fienda
de neceſsitate, niſi ſit conſuetudo. & iſta dicit eſ
ſe opi. Paul. de Liaza. quæ opi. Paul. ſeruatur ſi
in illa remiſsione eſt contradictio, ſecūdū Ioan.
de Anna. in. c. primo. de rapto. 5. col. ¶ Tamē di-
cit dictus Ioa. de Anna q Ioa. de Imo. tenet q ſi-
ue loca ſint ſub eodem, ſiue ſub diuerſis, debet
fieri remiſsio de neceſsitate & ad hoc compelli
debet per ſuperiorem, quia eos ius neceſsitat &
peccant ſi non faciunt, quia ius quòd eſt ſupra
omnes hoc iubet fieri, & ſic tenet cum iſto tex.
& cum opinione ſupra dicta, quòd de neceſsita-
te debet fieri, de qua quæſtione. vi. quoque per
Hippoly. de Marſi. in repeti. l. vnicę. C. de raptu
virgi. nu. 123. per quatuor colum. vbi aliam diſtī-
ctionem facit. Et ratio quare remiſsio fit eſt, vt
ex aſpectu alij terreantur. l. capitalium. §. famo-
ſos. ff. de pœnis vt tenet Ioan. de Anna. in dicto
cap. primo de rapto. colum. 4. verſi. quæ autem
ſit ratio, & Abb. in dicto cap. fi. de foro compet.
num. 15. * Et vi. Bald. in. l. præſes prouincię. ff. de
offic. præſi. in fin. vbi dicit, q licet iudex loci p-
cedat, ſi iudex delicti remiſsionē petit debet fie-
ri. quod dicit notandum, quia debet remittere e-
tiā ille qui per ſe poteſt puniri per. d. l. ſicui. §.
cum ſacrilegium. ff. de accuſa. & talis remiſsio
vtitur interris quæ ſunt ſub vno prīcipe. vt ibi. *
2 ¶ Tamen de maiori tribunali † ad minus non re
mittitur de neceſsitate. tenet Oldraldus conſil.
124. per tex. in authentica de appellatione & in
tra quæ tempora. in principio collatione quarta
& l. ad cognitionem. ff. ex quibus cauſis in poſ-
ſeſsio. eatur. & per. l. ad principem. ff. de appella
3 tio. ¶ Et quòd remiſsio fiat in criminalibus † eſt
tex. in dicta authē. vt nulli iudicum. §. ſi quis ve
rò comprehenſorum. colla. 9. & in. d. authen. in
verbo criminis. & notatur in. l. prima. & in aut.
ſi qua in prouincia. C. vt de crimi. agi opor. Bal.
in. l. cum archimedoram. C. vt in poſſe. lega. pē.
col. licet Bal. in additio. ad Specu. in tit. de accuſ
ſatore. verſi. quid ſi offenſus dicat ſe neſcire legē
dicentem q debeat fieri remiſsio, & de cōſuetu
dine hodie non fit remiſsio, niſi inter ſubditos
eiuſdem imperij, de quo per eundem Baldū in
lege ſecunda columna ſecunda. C. de ſeruis fugi
ti. eundem in. l. ſecūda. col. 10. C. de hæredi. inſti
tu. & in. l. pē. col. 19. C. de execu. rei iudi. Bar. &
ibi Alex. in. l. ſepulchri. ff. đ ſepul. viola. Oldral.
conſi. 124. per. d. §. ſi quis vero comprehēſorum.
& hoc tene, quia eſt cōis opi. vt remiſsio fiat. vt
Cæpola in cōſi. 59. col. 3. verſi. videtur dicēdum.
& tenet Paris de Put. in tractat. ſyndica. foli. 68.
verſi. ſi iudex. ¶ In tantum q non valet conſue-
4 tudo, † vt non fiat remiſsio delinquētium, ſi de
linquēs non eſt in loco domicilij vel delicti: qa
per hoc publica vtilitas læderetur, quæ requirit
vt publica crimina non remaneant impunita. c.
vt famæ. de ſent. excom. & quaſi irrationabilis
eſſet talis conſuetudo, & grauoſa, & ideò non
valet. vt tenet Abb. in dict. capitulò finali. de fo
ro compe. numero. 23. ¶ Sed cōſuetudo q iudex
domicilij nō remittat ad iudicem delicti, vel ecō
uerſo, bene valeret dummodo alter prædictorū
in cuius territorio dixit velet delinquentem pu
nire: qa tūc ceſſaret ratio prędict: vt tenet Abb.
in capitulo primo de rapto. num. 10. ¶ Sed quo-
modo ex non vſſu inducitur conſuetudo con-
tra notata in capitulo Ioannes. de cleri. coniug.
Dic quando ſæpe fuit petita remiſsio delinquē
tium, & fuit denegata nec aliquid inde ſecutum
eſt, tunc enim iſte non vſſus habeat contrarium
actum diſpoſitioni iuris, ideo inducitur conſue
tudo. vt in dicto. capit. Io. Secus tamen ſi nūquā
fuiſſet petita remiſsio, nec conceſſa, tunc enim
non poteſt dici introducta conſuetudo: quia nil
fuit actum contra ius cōmune. Requiritur enim
petitio vt fiat dicta remiſsio, quòd declarat ita
Abb. in dicto capitulo fi. nume. 23. quam diſtin-
ctionem ſequitur Cæpola in dict. conſi. 59. col.
5. verſi. ſed hic poſsit dubitari. & Io. de Anna. in
d. c. 1. de rapto. col. 4. verſi. in eadem: q dicit pro
cedere niſi iudex loci vbi delinquens ſit, aliàs ta
lis qui punire poſsit, putà ratione priuilegij vel
præſcriptionis, vel alia ratione præmiſſa, ſcili-
cet, immunitatis conſuetudo tenet. & idem te-
net Cæpol. in. d. ſuo conſilio. ¶ Et q remiſsio in
5 criminalibus fiat, intellige † in criminibus gra-
uibus, ſecus in criminibus leuibus: quia tūc non
fit remiſsio vt in dict. §. ſi quis verò comprehen-
ſo: tenet ad literam Domi. in. d. c. Romana. §. cō
trahentes de foro compe in. 6. in fin. & ſequitur
Anto. Fran. in additio ad Abb. in dict. c. fi. de fo-
ro competen. in additione quæ eſt in nu. 15. &
dicit quòd illud dictū Domi. ſequitur Lanfran.
de Fauo pręceptor ſuus in repeti. l. in quorum.
ff. de pigno. & tenet Mont. in. l. 1. tit. 1. lib. 2. foro
leg. in gl. 2. & facit tex. in. c. primo. de priuilegi.
in. 6. & tenet Io. de Anna. in dict. c. primo đ rap.
5. col. * Et eſt tex. expreſſus. in. l. 2. titu. 17. libr. 8.
ord. ibi *ſi algunos hizieren maleficios anſi de muertes, como de robos e furtos que merezcā auer pena en los cuerpos.* & ibi *tenemos por bien que qualquiera que fiziere coſa porque merezca muerte, o otra pena corporal,* & ſic
quòd in iſtis caſibus criminalibus grauibus ha-
bet locum remiſsio, ſecus in alijs caſibus crimina
libus leuibus in quibus reus non meretur pœnā
mortis nec corporalis: quia tunc non eſt locus re
miſsioni: & ita tene & nota quia iſta eſt com-
munis opīo ſecundum. Abb. in. c. ſi. de for. cōp.
num. 15. nec in atrocioribus habet locum remiſ
ſio ſi agitur de crimine ciuiliter ſecundū Abba.
ibi. * ¶ Adde tamen, q licet ſit cauſa criminalis
6 ardua, † ſi eſt ciuiliter mota nō eſt locus remiſsio
ni. per. d. §. ſi quis verò comprehenſorum, quia
ceſſat ratio ſupradicta; quia pœnę impoſitio nō
eſt alijs exemplum, & hæc cauſa comparatur ci
uili. c. tuæ. de procurato. & iſta eſt veritas ſecun
dùm Cardi. in dicta Cle. paſtoralis. §. deniq; in
fine. & Anto. Fran. in additio. ad Abba. in. c. pa-
ſtoralis. §. præterea đ offi. delega. ¶ In caſibus au
7 tem in quibus fienda eſt remiſsio, debet fieri †
ante ſententiam & ſic ante condemnationem.
quia condēnatus non remittitur per iudicem
qui eum condemnauit. tenet Saly. in dict. l. 1. C.
vbi de crimi. agi oportet & Bald. in. l. executorē
C. de executio. rei iudi. verſi. queritur. col. 6. nu.
18. q dicit ibi eſſe valde notandum. & tenet Sal.
in. l. 2. C. vbi de cri. agi opor. facit tex. in. l. relega
torū. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. & ibi
gl. facit. l. aditos. C. de epiſco. audi. tenet Mōtal.
in. l. prima. titul. primo. lib. 2. for. leg. in gloſſa. 2.
col. 2. verſi. Itē nota q ſi quis methymnēſis. vbi
ait, q illi qui dicunt remiſsionem ad locum deli
cti fieri intelligitur de condēnaudo, non de iam
condēnato. idē tenet Anto. Franc. in additio. ad
Abb. in. c. fina. de foro competen. in additione
quæ eſt in nume. 15. in fine. ¶ Sed miror de iſto
Antonio Franciſco non vidiſſe Alex. in. l. à di-
uo Pio. §. ſententiam. ff. de re iudi. nu. 2. & 4. vbi
tenet contra Bal. & Saly. & dicit non bene dixiſ
ſe. Imò q etiam poſt latam ſententiam condēna
toriam à iudice loci domicilij, eſt locus remiſsio
ni: quia dictus. §. ſi verò. generaliter loquitur, &



 rationes,

ratiões,propter quas debet fieri remiſsio,militãt
etiã poſt ſententiam , & ſic remanet contra Bal.
& eius ſequaces.vbi per eum.nu.4.col.3.Et no-
ta,quia magna eſt authoritas Alexan.quia vt ait
Feli.in.c.ex parte de reſcrip. 8.col. Alex. eſt lu-
cerna ardens in cathedris iuris ciuilis,& alleuiaſ-
ſet multos labores poſteris.Et ſic vult Alex.ꝙ va
lebit proceſſus,& ſententia iudicis domicilij,ſed
erit exequenda per iudicem loci delicti remiſsio
nem petẽtem.allegat.tex.in.l. ſolent.& in. l.nõ
dubium.verſ.illud. ff.de cuſto. reorum. & dicit
eſſe menti tenendum.Sed credo, ꝙ ſi ſentẽtia la
ta eſt executioni mãdata,ꝙ non teneatur iudex
domicilij remittere ꝑ ſupradicta.¶Sed tu quoq;
potes aliter intelligere,quòd poſt ſentedtiam ha
bet locũ remiſsio,ſcilicet,quãdo iſte delinquens
tranſtulit ſe in aliam iuriſdictionem extraneam
& in illa cõmiſsit aliquod delictum,tunc debet
iudex,qui eũ capit , & detinet punire de illo cri-
mine cõmiſſo in ſuo territorio, & iuriſdictione,
& de inde remittendus ad aliam iuriſdictionem,
Et hoc verum,ſi crimen ibi commiſſum ſit tale,
quod nõ impediat executionem alterius iuriſdi
ctionis,vt putà,ſi crimen ſit tale,ꝙ mortem non
exigat,& aliud delictũ primum cõmiſſum mor
tis pœnam exigeret,quia tunc primo de minori
pœna,deinde de maiori tractandum eſt.vt in di-
cta.l.ſi cui.§.fi.ff.de accuſa. & ſic in loco captió-
nis poteſt manum,vel pedem amittere, vel ver-
berare,ſi qualitas criminis hoc exigat:& de inde
eſt remittendus ad aliam iuriſdictionem , in qua
maius,vel æquale crimen cõmiſsit, & ibi alia ma
nus,vel pes amputabitur , vel ad furcam ſuſpen-
detur, vel ſecundum qualitatem criminis punie
tur,quia vna executio non debet aliam impedi-
re.vt in dicta.l.ſi cui.§.fi.& tenet Iacob.de Bello
viſo in ſua practi in parte, de fuga reorum. num.
22.& nu.23. quia in pari crimine vel pœna impo
nenda,eſt iudex,qui eum detinet,in executione
præferendus,cùm poſsidentis ſit potior cõditio.
vt notatur in.l.2. ff.ne quis eum qui in ius vocã.
vi exi. ¶Et vide dictum Iacob. de Bello viſo.
vbi ſuprà,vbi ponit , quid ſi delictum eſt cõmiſ-
ſum in iuriſdictione duorum,& vnus cœpit ma-
lefactorem,an ſit remittendus alteri. Et tenet ꝙ
nõ,quia cõdominus,qui cœpit, poteſt cognoſce
re,& punire,niſi eſſet contentio inter ipſos de iu
riſdictione quia tũc habet locum ſequeſtratio.vt
ibi.nu.24.cum ſequentibus.¶Adde quoq;,ꝙ in
caſibus,in quibus fiẽda eſt remiſsio , antea quam
8 remittat,†poteſt iudex cognoſcere,an ſi ille,qui
eſt remittendus,eſt culpabilis, vel ne quia in cri-
minalibus iudex nõ tenetur ſequi iniuſtos ap-
petitus requirentium, ſed tantum modo iuſtos.

tenet Ang.de Peru. in. d. authen. ſi verò crimi-
nis.in principio.per.d.Innoc.in.c. paſtoralis. de
offic.delega.in glo.iuſtam.quod ſequitur Ioan.
de Anna.in.d.cap.primo de repato.4.columna.
verſi.tertia eſt opinio. ¶Licet videatur cõtrà, ꝗa
remittere debet ſine aliqua cognitione,quia præ
ſumptio eſt pro iudice requirente.vt in.c.in prę
ſentia.de renũtiatio.tunc quia requiſitus eſt me
rus executor.c.paſtoralis.§.prętereà de offi.dele
ga.l.ſi vt proponis.C.de executio.rei iudi. ¶Ta
men dictum Ang.& Saly.eſt verum,quia aliqua
lis cognitio requiritur,aliàs ſine cauſa infamare-
tur. vt gloſ. in dicta Cle. paſtoralis. in verbo. de
more,in fine. Et Cardi. ibi in dicto verſi. deniq;
in fine.cum ea tranſit,tamẽ dicit, ꝙ Paul.de Lea
za. ibi dicit, ꝙ ſi petitur remiſsio in principio
proceſſus,debet fieri aliqualis cognitio , ſecus ſi
iam eſt condemnatus.Quod dicit Cardi.eſſe ve
rum,niſi conſtaret,ꝙ iniuſtè fuiſſet condẽnatus
tunc enim non remittet,aliàs enim ędificaret ad
gehennam,tanquam faciẽs cõtra conſcientiam.
per.c.literas.de reſti.ſpolia.& per nota.in.c.pri-
mo de offi.ordi.& ſic tenet , ꝙ cognitio requiri-
tur,etiam ſi ſit condẽnatus. ¶Tamẽ in condẽna
to contrarium de noſtro iure regio cauetur,quia
oſtẽſa ſententia,illicò reus debet capi,& remitti
de alio nõ cognito.tex.eſt.in.l.2.tit.17.li.8.in or
di.regali.ibi. *Llegando el querelloſo con la ſentencia a
los alcaldes del lugar do eſtuuiere el malhechor a les re-
querir que lo prendan, y lo embien preſo al lugar donde
hizo el maleficio, embiando ſelo a requerir los alcaldes q̃
dieron la ſentẽcia, que ſean tenudos los dichos alcaldes , y
officiales del lugar do acaeſciere de lo prender, y prendan
y embien preſa , y bien recaudado a los alcaldes y juezes
del lugar, donde anſi fiziere el maleficio.* Qui text. eſt
ſingu.pro opinione Paul de Leaza,& ſit ꝙ in cõ
dẽnato per iudicẽ delicti non requiritur vt per
iudicẽ,qui facere debet remiſsionem, cognoſca-
tur ſi eſt bene condemnatus,vel nõ , quia ſtatim
ſine aliqua cognitione eſt remittendus ſub pœ-
na ibi cõtenta.¶Et ſic ꝙ dictum Ang.Saly.& ſe
quatiũ,dicẽtiũ,ꝙ requiratur cognitio,procedat,
quãdo petitur remiſsio antea quã ſentẽtia ſit lata
cõtra delinquentẽ,quia tũc requiritur, vt tenet
Abb.in.d.c.fi.de foro cõp.n.18.& tũc ſecundum
eũ iſta ſummaria cognitio debet fieri in loce deli
cti.Et ſufficit,ꝙ præſumptiuè ꝓbetur delictũ il
lius qui debet remitti:quod ſequitur Anto.Frã.
in additio.ad Abb.in.d.c.paſtoralis. §. prętereà.
in additione, quæ eſt in parte expreſſum . in fi-
ne.n.6.allegãdo Bal.in additio.ad Specul. in tit.
de cõpe.iudi.adi.in verſi.malefactor,quod ſequi
tur Alex.in additio.ad Bart.in.l.hæres abſens.§.
ſi quis tutelã.ff.de iudicijs.in additione, quæ eſt





in parte,querịtur. allegando Ang.ibi,vbi dicit,
ꝙ quando fieri debet remiſsio in criminalibus,
ſeu in ciuilibus,ſemper requiritur cauſæ cogni-
9 tio , & ſic vtitur : quia dum remiſsio petitur,†
mittitur litera requiſitoria cum informatione
delicti,vt iudici loci,à quo poſtulatur remiſsio
conſtet,an talis fuerit reus.vt Barto.in dicta.l.1.
C.vbi deni.agi oportet.¶Circa dictam.l. ordi-
namenti dubitatur de.q.quæ mihi euenit ſen-
tentia,per quam quis fuit condemnatus crimi-
10 naliter,non apparet,quia eſt perdita,†vel tabel
lio eſt mortuus & in ſuis prothocollis nõ appa-
ret,an cum in formatione ipſius ſentẽtiæ iudex
debet remittere delinquẽtem? Tene ꝙ ſic, quia
ſententia poteſt probari per teſtes.tex.in.ca.ſi-
cut.de re iudi.Bart.in.l.fi.C.eod.tit. de re iudi.
additio.Abb.in.ca.Albericus. de teſti.in prima
additione.Bald.in tit. qui teſtes ſint neceſſa. ad
proban.noua inueſtitu.in vſi.feudo.Bart.& ibi
Alex.in additio.in.l.ſicut.C.de fide inſtrumen.
¶Facit quoq;,ꝙ acta iudicij poſſunt probari per
teſtes,etiã ſi nulla ſcriptura actorũ interueniat.
glo.in.l.cum quis.C.de rebus credi.in verbo ma
nifeſtum.Facit glo.& ibi Saly.in.l. quoniã mul
tæ.C.de hæreti.Bar.in.l.prima.§.ſufficit.ff.bo-
no.poſſe.ſecundùm tabul. Lanfran. de Oria.in
repeti.c.quoniam contra.de probatio. in princi
pio.num.16.allegando Bar.in.l.in frauden. §.ne
q;.ff.de iure fiſci.¶Idem tenet Bal.in.l.2.C.vt li
11 te penden.dicens,ꝙ ſententię† appellatione a-
cta contineri , & eſt veritas ſecundum Lanfran.
vbi ſuprà. Vi. tu quoq; Alexan. in.l.tale pactũ.
§.qui prouocauit.ff.de pactis.nu.5.vbi tenet, ꝙ
ſententia eſt de actis fori & Bar.in.l.acta.ff.de re
iudi.vbi eſt caſus.illicò poteſt probari per teſtes
ſicut acta iudicij,& ita fuit deciſum.¶Et ad hoc
12 vt remiſsio † fiat, multa requiruntur.vt ponit
Guido papa deciſsione. 202. & ibi eius additio-
na.& ea breuiter reaſſumendo.Dico ꝙ primùm
quòd requiritur,eſt ꝙ conſtet crimen,de quo a
gitur,fuiſſe commiſſum.¶Secundò , ꝙ crimen
conſtet fuiſſe commiſſum in territorio iudicis
requirentis.¶Tertiò,ꝙ delatus non ſit vagabũ
dus.¶Quartò,ꝙ delatus non ſit accuſatus de hę
reſi.Sed in hoc dic vt dictum eſt ſupra in.c.20.in
gl.Vſurpan.nu.20.¶Quintò,ꝙ non cõmiſſerit
crimen penes iudicem,quem detinetur,quia an
tea quam remittatur, debet fieri de tali crimine
punitio.per.d.l.ſi cui.§.fi.¶Sextò,ꝙ iudex req
ratur,vt dictum eſt.Quos caſus dicit Guido pa-
pa eſſe notabiles,quia quotidie occurrunt.¶Et
additio,eius addit ſextum,ſcilicet,ꝙ delictũ nõ
ſit minimum.vt Domi.de ſancto Gemi.in dict.
c.Romana.§.contrahẽtes.in fin.¶Octauũ,ꝙ re

miſsio petatur inter ſubditos eiuſdem imperio.
¶Nonò,ꝙ remiſsio petatur fieri à minori tribu
nali ad maius , quia non fit de maiori tribunali
ad minus,vt dixi tenere Oldral. conſilio iam al
legato.124.¶Tamẽ iſta regula fallit primò,in ra
13 ptore†virginis,vel honeſtæ mulieris,quia talis
malefactor per quemcunq; iudicem capiatur,
etiam ſi non ſit iudex ſuus,nec in ſuo territorio
delinquit,ſed alibi,non tenetur remittere eum,
ſed ipſum punire ſine fori præſcriptione,nec de
neceſsitate remittitur ad locũ delicti.Eſt doctri
na Paul.de Caſt.in.l.raptores.C.de epiſcopis &
clericis.per tex.ibi.nu.7.¶Secũdò fallit, in ter-
14 ris,quæ ſunt†ſub vno præſide actu,vel dñio.vt
tenet Bald.in.d.l.hæres abſens.§. ſi quis tutelã.
ff.de iudicijs.verſi.in ea.in fine.¶Aliqui volunt
15 ꝙ ſit alia fallentia in vagabundo,†ſed certè nõ
eſt:quia in eo habet locũ remiſsio. vt tenet latè
Abb.in.d.c.fi.de foro cõpet.9.col.nu.21. & Mõ
tal.in.d.l.1.tit.1.lib.2.foro.ll.in.gl. Alli reſpon-
da.¶Cy.tamen in.d.l.1.C.vbi de cri. agi. opor.
dicit,quia de multis neſcitur vbi habeant domi
cilium,ideò vbicunq; reperiuntur,poſſunt con
ueniri,niſi caueant de reſpondendo in loco do-
micilij,cûm quaſi ſit impoſsibile aliquem ſine
domicilio eſſe.ff.ad municipal.l. eius.§.celſus.
ad finem.quod dicit videri Petro eſſe rationabi
le.Et ꝙ vagabundus non remittatur,tenet Gui
do papa.in deciſsione.202.vbi quoque dicit , ꝙ
vagabundus eſt,qui certum non habet domici-
lium.ſecundùm gloſſ.in.l.prima.§.prætor.ff.de
damno infecto.ibi, habitationem non habet.&
ibi Bar.& vi.Abb.latè in.d.c.fi. de foro compe-
tenti.col.6.nu.13.&.14.& ibi additionato.¶Sed
dic,ꝙ licet vagabundus poſsit conueniri.vbi in
uenitur,nõ tamẽ per hoc ſequitur, ꝙ nõ habeat
locum remiſsio,ſi petatur,quia debet remitti,vt
dictum eſt tenere Abb.& Mõt.vbi ſuprà.¶Sed
16 quæſtio eſt,an in contractibus habeat†locũ re-
miſsio ad locum contractus. Quæ quęſtio eſt d
ciſſa per tex.in.c.Romana.§.contrahẽtes. de fo
ro cõpet.in.6.vbi tenet,ꝙ in cõtractibus nõ ha
bet locum remiſsio,ſed debet ibi cõueniri, ſi ibi
inuenitur,licet olim fuerũt opiniones. quod ꝓ
bat.d.§.contrahẽtes.& ibi Domi.latè in fin.vbi
dicit,ꝙ non obſtat ratio gl.quia parificantur ci-
uilia,& criminalia , quia eſt verum quo ad forũ
ſortiendum,non quo ad remiſsionem,ſeu tracta
tionem in iudicio.vt ibi.& probatur in.l.2.ff.de
in ius vocan.& iſtammet opinionem, ꝙ in cõtra
ctibus non ſit locus remiſsioni tenet Bar.in.l.hę
res abſens.§.ſi quis tutelam.ff.de iudi.& ibi An
gel.& Paul.nu.8.& idem tenet Bart.in.l.prima.
ff.ſi quis in ius vocand.non ierit.3.col.& ſequi-

turibi Alex.nu.6.& Iaſ.n.9.Bal.in.l. cum archi
medoram.C.vt in poſſe.lega. & eſt communis
opinio de iure communi.& ſequitur Abb. in di
cto.c.fi.de foro cõpet.nu.37.¶Sed de iure regni
aliter videtur,imò ꝙ in contractibus habeat lo
cum remiſsio.vt in.l.prima.tit. 17.lib.8.in ordi
natio.regali.vbi habetur, ꝙ debitores contrahẽ
tes,qui in fraudem contractus fugiunt,& rece-
ptantur,remittuntur ad loca cõtractus. Et ſic ꝙ
de iure regni eſt notandum,ꝙ ſicut in delictis,
ſic in contractibus fit remiſsio delinquentis, &
contrahentis.Sed Monta.ibi in glo.ordi.in par
te,delinquens,dicit,ꝙ credit ſub correctione vi
dentium,ꝙ iura cõmunia,ſupra allegata nõ cor
rigantur,qđ euitare licet.vt in.c.cùm expediat.
de electio.in.6.quia dicta lex regia ſolùm habet
17 locum † in ſuo caſu,cùm contrahentes in fraudẽ
contractus fugiunt,& receptãtur,& pro hoc ap-
probatur,quod in fine dict.glo.§.contrahentes.
quidam dicebant,quòd ſi contrahens abeſt ani
mo latitandi,iudex vbi reperitur,tenetur ad re
miſsionem,aliàs poſsidentur bona,vt ibi.& hoc
credit verum,quæ opinio & intellectum mihi
quoque videtur,quia ex verbis legis colligitur.
¶Quoque dicta lex regia poteſt intelligi ſecun
dum eundem Montal.vbi ſupra.& Bal.in dicta
l.cum archimedoram.nu.6.qui dicit ibi reperiri
notatũ per antiquiſsimos doctores, qui multis
ætatibus Accurſium præceſſerunt in dicta.l.pri
ma.ff.ſi quis in ius voca.non ierit,ſcilicet,ſi con
18 trahens † ſolutionem deſtinauit in certo loco,&
promiſsit ſe ibi perſonaliter repræſentare, quia
tunc etiam inuitus ad locum cõtractus dicitur.
Et ideo dicit Baldus,ꝙ ſi in inſtrumento debiti
eſſent iſta verba,promiſsit in tali loco ſoluere,
& ſe ibidẽ perſonaliter repræſentare, ſemper ad
eum locum debet fieri remiſsio, quia ipſe ſibi
hanc neceſsitatem impoſuit. Quod intelligit
verùm Bald.ſi hoc actor petat remitti,ſed ſi non
petitur,vel reus non obtemperat prætori, tunc
loquitur materia legis primæ.ff. de eo quod cer
to loco.¶Quoque intellige dictam regulam di-
cti.§.contrahentes,& eſt ſecunda fallentia, niſi
19 † in contractu renuntiauit foro ſuo.Iſta eſt gloſ.
ſingularis & non alibi in dicta lege prima.ff.ſi
quis in ius vocand. non ierit. in gloſſa ſecunda
& per ea eſt communis opinio ſecundùm Ale-
xandr.ibi & Bartolus in dicta lege hæres abſens
§.ſi quis tutelam.& Baldus in dicta lege cum ar
chimedoram.numero quinto,vbi ait, ꝙ ſi priui
legio fori renuntiauit,cogitur eidem ſe repræſen
tare,quia hoc caſu remittitur in ciuili,ſicut in cri
minali,vt renuntiatio priuilegij fori aliquid o-
peretur,quod dicit valde mente tenendum. Et
licet Angel⁹ in dicta lege hæres abſens.§.ſi quis
tutelam reprobet.d.glo.& Rapha.Fulgo.& Io.
de Imol.in dict.c.fi.tamen Iaſ. in dicta.l. prima.
ff.ſi quis in ius voca.non ierit.nu. 9. eam defen-
dit,licet primò adducat quatuor rationes cõtra
eam dicendo:quia quando forenſis contrahit in
certo loco,& renuntiauit priuilegio fori, certè
illa renuntiatio nil aliud penitus poteſt operari,
niſi remiſsionem,ergo nec ſit fruſtra,ita neceſſa
riò debet intelligi.arg.in.l.ſi quando. in princi-
pio.ff.de lega.primo. Et per iſtum fundamen-
tum tenet Bal.cum iſta glo.& dicit eſſe vnicam
in iure ciuili in.c.præterea.vlti.col.de offi.dele-
ga.verſi.ſed nunc quæro.& eam ſequitur idem
Bal.in.d.l.1.& Azo.in ſumma de iuri. om.iudi.
& firmat Archi.in.c.primo.11.q.1.& Innoc.in.c.
dilecti.&.c.poſtulaſti.de foro compe.Et opi.g.
& Bart.in dicto.§.ſi quis tutelam.& ſequacium
dicit eſſe communem.Marianus Soci.in dict.c.
poſtulaſti.articulo.3.principali.& iſtam gloſ.&
Barto.ſequitur Bal.& dicit notabile in conſilio.
256.in primo volu.verſ.& pactũ eſt appoſitum.
Et vi.Roma.ſingul.279.vbi eam ſequitur.& per
ea gl.in.d.l.1.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.Dicit
ꝙ eſt cõmunis opinio,& ibi ponit alios duos ca
ſus,ſcilicet,qñ iurauerũt contrahentes ſe litiga-
turos in loco contractus,& ratione contumaciæ
nimiæ.vt ibi per eum,& per eius additionatorẽ.
¶Et nota practicam Ang.in.d.l.1.quaſi in prin-
cip.verſi.ſequitur in glo.dicentis, ꝙ illa gl.deci
dit,ꝙ in loco contractus quis ſortitur forũ,adeo
ꝙ ibi conueniri poteſt,licet non inueniatur ibi
ſi renuntiauit priuilegio fori per pactum. Vnde
ſi tunc in alieno loco moratur,reſcribi poterit iu
duci illius loci vt eum capiat,& eum captũ,trãſ-
mittat ad iudicem loci contractus, quod eſt no-
tandũ,quia ſic vtitur,& idem tenet Paul. de Ca
ſtro ibi nu.12.*Et ſi iudex contractus,vel qui tu
lit ſententiam non vult ſcribere alteri iudici,vel
ille cuius auxilium implorat non vult exequi,
aut auxilium præbere per ſuperiorem poteſt
cogi,& puniri,& tenebitur parti ad intereſſe:te
net Peregrin.in part.executio.q.1.in.gl. *manda-
re*:& Bar.in.l.à diuo pio.§. ſententiam.nume.5.
ff.de re.iud.¶Sed cui pertinet decima,ſeu exe-
cutionis iura,an iudici requirenti,vel iudici qui
ad talem requiſitionem fecit.vi.quæ dixi infrà.
in.c.40.in glo.*donde ſe hizieren*.in fin.in additio-
ne.*¶Credo tamen,quod in hoc non ſufficiat re
20 nuntiatio † generalis,ſed requiritur ſpecialis re-
nuntiatio fori,per ea,quæ tradit Alex.in. conſi
lio.11.in.2.parte conſiliorum. per.l. de his. ff.de
tranſa. & ibi docto. & per ea quæ tradit Ludo.
Roma.conſilio.472.fi.columna.vbi inter cæte-
ra dicit,



ra dicit,ꝙ cauſa renuntiationis generalis adiun-
ctæ renuntiationi ſpeciali ſolum ad eos caſus tra
hitur,qui ſunt ſpecialiter expræſsis ſimiles,ſeu
minores,nõ autem maiores,ſeu grauiores.vt ex
preſsè dicit firmare Guiller.de Cu.cuius opinio
nem omnes ſequuntur in.l.ſed & ſi quis.§. quæ
ſitum.ff.ſi quis cautio.& ſequitur Cyn.in.l.1.C.
commoda.in additione. & Canoniſtæ in.c.pri-
mo de commoda.¶Sed hoc non procedit in cle
21 ricum, † quia non poteſt conſentire in alienum
iudicem expreſſè ſine licentia ſui iudicis. vt in
c.ſignificaſti.de foro compe. & ideo talis renun
tiatio fori non operatur effectum ſecundùm
Abb.in dicto.c.fin.de foro compe.nu.37.¶Vbi
dicit expreſſè,ꝙ quoq; fallit dicta regula.d.§.cõ
22 trahentes.in reddenda † ratione de adminiſtra-
tione,vt debet remitti ad locum,vbi geſsit.tex.
ſecundum in vnum intellectum.in.l.1.C.vbi de
cri.agi opor.& ita tenet ibi gloſſ.& tex.in.l.pri-
ma.C.vbi de ratio.agi opor.*Et facit.l.22.titu.2.
part.3.in fin.& ad iſtam rationem redendam nõ
admittitur procurator,ſed perſonaliter debet re
di.gl.in.ca. querelam.de procura.in verb.infir-
miter & probat glo.in.d.l.dum dicit,ꝙ debet re
mitti ad locum geſtionis ad eam redendam, ſi
ibi non inuenitur, quod eſt ſpeciale in ratione
reddenda,licet in contractibus non fiat remiſsio
ſecundum Salyc.ibi,& probat text.in.l.16.titu.
13.par.2.vbi populus debet venire coram rege ꝓ
ratione redenda,& pro alijs,vt ibi. ¶Sed vnum
tene menti,michi ſingula,ꝙ licèt ſit verũ,quòd
adminiſtrator alicuius pij loci poſsit conueniri
pro ratione de adminiſtratione redenda,& ſuos
hæredes coram iudice eccleſiaſtico:& ad eum re
mitti,vt in auth.de ſant.epiſco.coll.9.§.œcono
mos,& ibi Angel.eſt verum quando talis admi-
niſtrator eſt clericus,ſecus ſi eſt laicus:quæritur
tunc coram iudice ſeculari eſt conueniendus:te
net.l.61.tit.5.partit.1.*¶Item fallit dicta regula
23 in cauſa † ſtatutus,quando exiſtens quis in poſ-
ſeſſione ſeruitutis,confugit ad alium locum, &
ibi vendicat ſe in libertate, debet enim remitti
ad locum vnde confugit, vt ibi de hac quæſtio-
ne cognoſcatur,& ſic de conſimilibus ſecũdûm
Abb.vbi ſuprà.de quo per Cy.in dicta.l.prima.
C.vbi de cri.agi opor.¶Sed ſciendum eſt quan
24 do fit remiſsio,cuius † expenſis fieri debet,putà
quando accuſator petit malefactorem remitti
ad locum delicti. Dic ꝙ fit remiſsio expenſis pe
tentis ſecundum Bal.qui ita dicit à ſe fuiſſe quæ
ſitũ per iuſtitiariũ Apuliæ.in.c.nonnulli.de re-
ſcrip.col.5.prout refert & ſequitur Iaſ.in.l. à di-
uo Pio.§.ſententia vera.ff.de re iudi.nu.2. & vi.
Montal.in dicta lege prima,tit.primo.fo.ll.lib.
2.in gloſ.*Alli reſponda*.verſ. item nota.vbi idem
tenet,dicendo,ꝙ ſi priuatus pro ſuo intereſſe pe
tat malefactorem remitti ad iudicẽ delicti, hoc
fiet expenſis petentis,vt in.l.pẽ.cum ſequẽti.C.
de eroga.mili.anno.lib.10. Idem tenet Iacob.de
Bello Viſ.in ſua practi. iudiciaria,in parte,de re
miſsione fienda.nu.82. Si autem iudex officio
ſuo hoc petat,fiat expenſis publicis illius terræ,
ad quam fit remiſsio.arg.in.l.mulier in opus ſa-
linarium.ff.de capti.Bal. in libro feudo.in titu.
de pace tenenda.c.primo.§.ſi iudex.& idem te-
net Anto.Fran.in additio.ad Abb.in dicto.c.fi.
de foro compe.in additione,quæ eſt in num.15.
in fine.& vi.legem ſtyli.113.vbi tenet, ꝙ expen-
ſis accuſatoris,& non accuſati,nec villæ,vel loci
debet fieri remiſsio,ſed credo ꝙ dict.l. intelliga
tur.vt per Montal.vbi ſuprà.¶Attamen tu vide
dict.l.2.tit.17.lib.8.in ordi.rega.in fin.vbi tenet
ꝙ expenſis delinquentis fit remiſsio,ſi habet bo
na,& ſi non habet expenſis accuſatoris: & iſti
non habentes bona,ſoluantur per officiales lo-
ci,vbi delinquens fuerit inuentus. Sed in quan-
tum in fine dicit,quòd ſupradicti non habentes
bona fiat expenſis officialium,intelligerem, ꝙ
fiat expenſis publicis,& non expenſis iudicum
& hoc per dictum Bald.in.c.primo de teſtibus.
25 vbi dicit.quôd in cauſa inquiſitionis † non de-
bent teſtes venire ſuis ſumptibus,ſed reſpublica
mandato iudicis dabit expenſas;& debet man-
dari maſſario communis,ꝙ faciat ipſis expẽſas
de publico.Et hoc intelligo quando reus,nec a-
ctor non habent bona,ſed hodie quando nõ ha
bent bona, fit remiſsio ex expenſis applicatis
ſumptibus iuſtitiæ.*Vi.quæ dixi ſuprà.in iſto.
c.in.gloſ.*requieran*.in fin.in additione.*¶Et te-
net ꝙ ſi delinquens,ſeu fugitiuus remittitur,re-
laxatur fideiuſſoribus promittentibus quòd ſe
præſentauit corã iudice, ad quẽ debet fieri miſ
ſio vt.ff.de in ius vocãdi.vt eant,aut ſatiſdent,in
rubro & in nigro, aliàs debent ſub fide remitti
cuſtodia periculo iudicis remittentis. vt in au-
then.vt nulli iudi.§.ſi quis vero comprehenſo-
rum.colla.9.iam allega.& debet remitti ligatus
ſecundum qualitatem delicti.vt notat gloſſa in
Cle.paſtoralis.de re iudi.in verbo de more.ꝓut
tenet Ioan.de Plat.in.l.quicunq;.C.de fugitiuis
colonis libro.11.*Sed cognitio an ſit relaxandus
ſub fideiuſſoribus omnino iſte, qui ſic remitti-
tur,vel nec:ſpectat ad iudicem delicti,& non ad
iudicem qui remittit:tenet Grego.Lopez. in.l.
24.titul.18.partit.3.ſed hoc credo in grauibus de
lictis vt in dicta.l.partit.ſecus in leuibus.*¶Sed
26 an proceſſus, † & confeſsio facta coram iudice
remittente valeat?Dic quòd non,quia agitatum

hazer[d] y ſi no ſe los entregaren nos lo notifiquen[e] con los teſtimonios que ſobre ello ſe tomaren lo mas preſto que pudiere.

eſt coram non ſuo iudice.vt per Saly.in.l.ea quidem.C. de accuſat.ibi.14.quæro an confeſsio: Bar.Paul.& docto.in.l.magiſtratibus.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. de quo per Abb. in.c.at ſi clerici.de iudicijs.quarta columna.numero.14.cum ſequentibus.& ibi per Sebaſtia.Sapi.&Anto.Fran.in additio. ¶ Tamẽ cogitur perſeuerare in cõfeſſione facta coram incompetẽte, etiam per tormenta, vt Baldus in lege prima.C.de cõfeſsis penultima columna.vt per Barba.in additione ad dictũ Abb.in dicto cap.at ſi clerici.in additio.quæ eſt in numero.14.in parte,non compellitur. Latè Angelus in tractatu maleſi.in parte, nec non ad denuntiationem.verſi. quæro an confeſsio.nu. 22.de quo ibi latè per Aũguſtinum de Ari.in additioni.

d **Hazer.** d Perquirendo reos & mittendo ſuas literas requiſitorias cum informatione delicti in eis inſerta,requirendo, & rogando,vt ſibi remittant. vt latè dictum eſt in gloſſa.Requieran.& in glo. *Que los entreguen.* verſicul.adde quoque.

*S V M M A R I V M.*

1 *Si iudex non vult remittere delinquentem, debet adiri rex,& rex ad reſtitutionem cogit.*

2 *An iudex domicilij cogatur remittere per iudicem delicti.*

e **Notifiquen** e Nota tex.ꝙ quãdo iudex nõ vult remit-
1 tere delinquentem,debet adiri † imperator, ſeu rex,cuius authoritate hoc fiat, & per regẽ cogitur ad remittendũ.vt tenet Bartolus in.l. ſi cui.§.ſacrilegium.ff.de accuſa.verſi.ſed quæro. Idẽ tenet Pau.de Caſt.in.l.hæres abſens.§.ſi quis tutelã.ff.de iudi.nu.10.& ſingulariter Hippolytus de Marſi.in repetitio.l.vnicæ.C. de raptu virgi. nu.124. Et idẽ tenet Iacob. de Bello Viſo in ſua practi.iudiciaria in criminalibus in parte de fuga reorũ.nu.73.per tex.in.l.in prouincijs.C.de muner.& actu.lib.12.& in.l.2.de executor. & idem tenet Pla.in.l.omnes omnino.C. de agricol. & cenſitis lib.11.¶ Et punitur iudex,ſi nõ remiſsit. vt Bart.in dict.§.ſacrilegiũ,eadẽ pœna vt in.l.2. tit.17.in fine libr.8.in ordinatio.regali.*Et.l.4. eiuſd.titu.& etiam eſt caſus curierit ibi quam.l. vi.vbi tenetur ad debita.& vi.ſuprà.in.gl.1.*forta,legais*.& in.c.3.glo.iuriſdiction nu.18.&.19.vbi late.*Et facit quod tenet Bal.in.cap.bonæ memoriæ.el primero.de poſtula.prælat.nu.12. vbi dicit,ꝙ omnis iudex,qui imponit alicui neceſsitatem adeundi principem ſuper eo,quod ipſe inferior poterat facere,& debeat,eſt puniẽdus, & dicit ꝙ iſtam doctrinam ponit tex. in authe.de quæſtore.§.ſuper hoc.collatione.8. Et iſta opinio,ꝙ cogatur per imperatorem ad remittendũ eſt tenendã.vt per glo. in Clemen.paſtoralis.§.
2 denique.de rè iudi.in verbo,de more.vbi ait,† ꝙ iudex delicti non poteſt cogere iudicem ſub quo degit delinquens ad ſibi remittendum, ſed cogetur per ſuperiorem illius.Idem tenet Saly. in dicta authentica ſi vero criminis.C.de adult. & Ioan.de Anna.in capi.primo de rapto.colũna quinta.¶ Licet Cy.in.l.properandum.§.ſint autẽ reus.C.de iudicijs.in.7.quæſ.dicit,ꝙ cogetur per iudicẽ loci requirentis, quia iudex ſentẽtiæ ſuperior eſt iudice loci.arg.in authẽ.vt nulli iudicũ.§. ſi quis vero cõprehenſorũ.collatione.9. vbi ait,quòd iudex loci neceſſè habet remittere reum,ergo eſt ſibi in hoc ſubiectus. Hinc infert Cy.vbi ſuprà,ꝙ ſi nõ paret ſibi in iſtis iudex loci,poſsit cohiberi à iudice,qui tullit ſentẽtiam, vel laturus eſt:quia in hoc non ſunt pares.quod videtur ſequi Iaſon.in dicto.§.ſint autem. numero.3.

Prætorũ. Cap. XXVII. finis.



a **Y ventas.** a Vi.ſimil.tex.& quæ ibi poſui in.c.6.ſuprâ eod. in parte, *Anſi miſmo viſite las villas*,& in.c.17. in gloſſa *Bien baſtecida.**Vi.Parid.de Put.in tracta. ſyndi. in part.iudicis ſupprema folio.154.vbi de hoc.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Hoſpes cogitur hoſpitari viatores poſtquam incepit tenere hoſpitium,& aduocatus aduocare.*

2 *Hoſpes inuitans hoſpitium, vel ſi inuitauit viatorem ſi poſtea pœniteat,tenetur viatori de dolo.*

3 *Viator debet ſoluere pretia iuſta victualium, alias poſſunt denegari.*

4 *Si domini victualium noluerint vẽdere viatoribus,poſſunt ea accipere propria authoritate in preſentia duorum hominum, ſoluendo pretium.*

5 *Hoſpitatores, an poßunt emere victualia, vt carius vendant viatoribus.*

6 *Pœna hoſpitis vendẽtis vinum,& alia victualia in fraudem ſtatuti.*

b **Acogidos.** b Et cogitur hoſpes † ho-
1 ſpitari omnes viatores.l. prima.in fine.ff.fur.aduerſ.naut.&.l.1.in principio cum gl.ff.naut.caupo.ſtabu.& Bar.in.l.1.§. cura.ff.de officio præ.vrb. Quod eſt verũ, poſtquã incepit tenere hoſpitiũ,non autẽ antea ſecũdũ Bar.in.l.1.§.maxima.ff.naut.caupo. ſtabula. & in.l.licitatio.in principio. ff. de publica & in authen.omnes.C.communia de ſucceſsio.& ibi Bald.ꝙ per Bart.in.l.mariti.§.1.ff.de adulte.*Et vi.ſuprà.in.c.17.in.glo.*a razonables precios*.nu.8.* ¶ Et quoq; non tenetur hoſpitari,ſi habet multos hoſpites in domo,adeò,ꝙ non poſsit omnibus ſufficere,vel locus eſſet incapax,quia in hoc caſu licet poſuerit ſignum in caupona,non tenetur omnes hoſpitari.hoc probatur in.l. facti aduerſi.ff.naut.caupo.ſtabul.*Et vi.Barba.in rep. rub.de fide inſtru.col.46.verſicul.facit tex.ſingul.vbi idem tenet,ꝙ hoſpes non tenetur hoſpitare quando eſt grauatus multitudine hoſpitantium in hoſpicio: quod dicit ſingula.allegãtem Bar.in.l.1.§.1.ff.furti aduerſus nautas.* Et idem nota in iudice.vt Bar.in.l.munere. ff. de muneri.& honori prout tenet Soci.in fallen.in parte, lex generaliter.verſi.fallit ratione impedimẽti, & hoc deficiente,tenetur hoſpitem recipere,quia acceptauit, & incepit hoſpitium tenere videtur acceptare cum ſuo onere.vt in.l.vnica.§. pro ſecundo.C.de caducis tollend.¶ Et ideo licet quis non cogatur eſſe aduocatus; ſi ſumit officiũ aduocationis tenetur aduocare,& ſeruare leges aduocatorum.vt in.l.quiſquis.C. de poſtulan.& tenet Bal.in.c.cũ acceſsiſſent. de conſti.num.21. &.l.14.ti.19.li. 2.in ordi. rega. & in.l.ſi quis fiſci.ff.de poſtula.Et beatus Archiepiſcopus Floren.in.3.parte.tit. 6.c.1.§.1. per text.in.l. nec quicquam. ff.de offi.proconſu.& ſi aduocatus recuſat adimplere, remouetur perpetuo ab officio aduocationis.vt in.l.prouidendum.C.de poſtula.ſi cõpetens ſalariũ ſibi cõſtituatur ſecũdum Archiep.Floren.vbi ſuprà.Et ratio poteſt eſſe,quia vt dictum eſt,acceptauit aliquid, & videtur acceptare cum ſuo onere,vt per Bal. in.d.
2 c.dũ acceſsiſſent.& Iaſ.in.l.cõtra iuris.§. ſi filius nu.11.ff.de pactis.quos vide.¶ Et ſi hoſpes † inuitãs hoſpitiũ,vel inuitauit viatorẽ, ſi poſtea pœniteat tenetur actiõe de dolo viatori ĩuitato.Ita tenet Alex.in.l.ſi pœnã.ff.de verb.obli.n.4.allegãdo.Io.And.in pœmio Decretali.¶ Et viato-
3 res † debent ſoluere ꝑtia victualiũ:quia ſi pretiũ iuſtũ nõ offerũt,poſſũt victualia tranſeuntibus denegari.tenet Ang.in.l.vẽditor.§.ſi conſtat.ff. cõia prædio.verſic.Itẽ hic eſt caſus.& dicit ꝙ ex pacto licito eis põt denegari, ſi pretia victualiũ ſoluere nolũt.Ad qđ dicit ꝙ facit tex. in.l.ſi minoris actum.ff.de adminiſtra.tuto.aliàs trahere tur pactũ de tranſitu ad iniquũ compendium. quod eſſe non debet. vt ibi. & in.l.2.C. proempto.¶ Et vi.text.ſingula.in.l.12.in legibus *de la*

Prætorum. Cap. XXVIII.

Otroſi, les mandamos que fagan q̃ ſe veſiſtẽ los meſones y vẽtas,[a] y trabajẽ porq̃ eſtẽ bien reparadas,anſi de los officios,como đlas otras coſas que ſon meneſter,para que los caminãtes, y eſtrangeros ſean acogidos,[d] y apoſentados,y ſe põga taſſa en ellos, y ſe haga guardar la taſſa

 *herman-*

*hermandad.* quæ latius in iſto propoſito loqui
tur vbi viatoribus huius regni, vel extranei, de-
bent ſibi, & iumentis ſuis dari victualia iuſto pre
4 tio, & hoſpitari. Et ſi dñi † victualiũ noluerint
vendere, viatores poſſunt ea accipere propria au
thoritate, dum
modo hoc fa-
ciant in præſen
tia duorum ho
minum dicti lo

### ſegũ la ley[c] đl ordenamiẽto đ Toledo

ci, ſoluendo pretium pro eis. ¶ Et vide text. ſin-
gula. in. l. 1. tit. 24. lib. 4. for. ll. vbi liberè poſſunt
emere neceſſaria, & non debet eis pretiũ altera-
ri ſub pœna, de qua ibi loquendo in peregrinis.
¶ Quinimo dicit Roma. in ſingula. 231. per text.
in. c. 1. de pace tenẽda & eius violato. in vſi. feud.
ꝙ peregrinus in menſe Maij poteſt ſtare in via,
& capere herbam pro ſuo equo. ¶ Et an ſi iſti ho
5 ſpitatores † poſſunt emere victualia, vt carius
vendantur? Dic ꝙ non, vt tenet Abb. in. cap. pri-
mo. ne cleri. vel monach. num. 6. de quo vide in
Sum. 14. q. 3. &. c. 1. &. c. canonum. &. c. quicunq;
tempore meſsis. &. c. eijciẽs. 12. q. 4. &. c. quoniã.
88. diſt. Et cum hoc cõcordat tex. in. l. 8. quæ in-
cipit, *Ordenamos.* libr. 5. tit. 7. in ord. reg. licet illa
lex loquatur in regatonis (hoc eſt, reuẽditorib⁹
curiæ) &. l. 10. eius tit. extendit, ꝙ non ſolum in
curia non emantur victualia vt reuendantur, ſed
etiam extra curiam infra quinq; leucas ſub pœ-
nis ibi contentis. Vnde patet ex eis, quòd extra
curiam, & terminum quinq; leucarum bene poſ
ſunt emi victualia vt reuendantur, & ſic video
fieri. * Vi. quandam pragmati. factam iſto anno.
1560. in ciuitate Toleti. per noſtrum regem Phi
lippum. 20. die octobris per quam permittit ſta
bularijs, ſeu cauponibus in ſua taberna, ſeu cau-
pona diuerſoria habere comeſtibilia ad ſuſtẽta-
tionem itinerantium, & eis poſſunt vendi dum
modo iuſte & nõ immoderatè vt ibi: quia rectè
& ritè & iuſtiſsimè fuit condita ad euitandas mo
leſtias & extorſiones tã itinerantiũ, quã ſtabula
riorum. * ¶ De pœna autem hoſpitis vendentis
6 † vinum, vel alia victualia in fraudem ſtatuti. vi.
Bal. in. l. non dubium. C. de legi. colum. 4. num.
10. verſi. 7. fit fraus.

Ley. c Quæ eſt in ti. 21. li. 2. l. 14. in ord. reg.
vbi đ iſta taxatione hoſpitũ, & đ his
quę iſti hoſpitatores poſſunt lucrari in reuendi
tione, hordei, & ſtipulæ, quam vide quia eſt ſin
gularis, & eam ſerua.

## Prætor. Caput. XXVIII. finis.

## Sequitur. Caput. XXIX.

### *SVMMARIVM.*

*Ex ludo multa mala proueniunt. ſ. quod ludentes blaſphemant Deum, & prohibitio ab eccleſia facta contẽnitur. Et venit vſura, & rapina, ſurgit ſcandalum. Nugæ etiam ex ludo deſcendunt. Euenit quoque furtũ, & violentia perpetratur, & falſum committitur, & mortis cauſam præſtat ludentibus. Deceptiones autẽ infinitæ. Perditio temporis euenit. Vita autẽ turpis agitur. Quoque euenit, quod bona dilapidãtur. Poſtremò autem inſurgit deſperatio.*

2 *Ex ludo procedunt viginti peccata.*

3 *In multis caſibus ludus permittitur.*

4 *Quantitas quæ poteſt ludi.*

5 *Aliquis luſsit vno die pluribus vicibus duo argentea, an puniatur.*

6 *Ludens ſi perdit totam pecuniam, quam extraxerat, & poſtea ſecundò extraxit aliam pecuniam, an incurrit pœnam iterum ludendo.*

7 *Si vnus ex colluſoribus receſsit, & poſtea reuertatur, debet puniri, quia dicitur nouus ludus*

8 *Si lex diceret, quòd ſi quis fuerit inuentus ludendo puniatur, & pluries inuenitur ludendo licet ludus ſit continuatus, punitur pluries. Eodem modo dic de inuento cum armis.*

9 *Non valet pactum factum inter luſores, ne poſsint à ludo recedere, donec alter eorum totum perdiderit*

10 *An valeat pactum de non ludendo, & ſi luderet daret amico centum nomine pœnæ.*

11 *Vxor poteſt ſtipulari à viro pœnam, ſi tenuerit concubinam.*

2 TVegos. a Quia ex eis ſequen
1 tia mala † ꝓueniunt.
¶ Primũ malũ, quia veriſimile eſt ꝙ
ludentes blaſphemãt Deũ. vt eſt tex.
in conſtitu. alearum vſus, ſituata ſub titul. C. de
religi. & ſumpti. fune. & ſecundùm Bald. ibi eſt
vna de cauſis quare lud. tabularum prohibetur.
Et quia quoque ſæpe membra noſtri redempto
ris inſcinduntur, quare tales peiores videntur eſ-
ſe Iudæis. vt in. cap. 2. de maledi. ¶ Quoque pro-
uenit ſpretus, quia contemnitur prohibitio lu-
diab



di ab eccleſia prohibiti, vnde tales quodam mo-
do Iudæi & Pagani nuncupantur, propter tran
ſgreſsionem canonis, & legis. vt. c. ſi quis presby
teri. 81. diſt. & per talem inobedientiã in crimen
primi parentis quis videtur incidere. 44. diſt. c.
quorũdam. &
quaſi euange-
lium contẽne-
re. vt. c. de libel
lis. 21. diſt. vnde
periculoſũ eſt
claues Perri cõ
tẽnere. vt. c. ſi.
de exceſ. præ-
la. ¶ Quoque

*Prætorum. Caput. XXIX.*

### OTroſi, que no conſienta [a] juegos vedados, ni table

euenit vſura, & rapina, quia eodem, & quaſi in-
ſtanti, & vno tempore æquiparantur, & illã lon
gè excedit, & prouenit etiam rapina, in eo, ꝙ lu
dens intendit ſpoliare proximum, & eum ſpo-
liat, & licet nõ expoliet, Deus reſpicit cor, non
manum. vt in. ca. ſi quid inueniſti. 14. quæſtio. 5.
¶ Quoq; inſurgit ſcandalum, & boni ſcandalizã
tur, & nil autem eſt agendum cum ſcandalo. ca.
cùm pridem. de renuntiatio. &. c. nil cum ſcan-
dalo. de præſcrip. ¶ Nugæ etiam ex ludo deſcen
dunt. quoniam in ludo multiplicantur menda-
cia, & verba vana, & otioſa, quorum quilibet ra-
tionem Deo reddere tenetur, & ideò vitanda
ſunt. c. coram. 49. diſtinctio. ab his maximè cauẽ
dum eſt: quoniam euolat emiſſum ſemel irreuo
cabile verbum. ca. dolentes. de celebra. miſſa. &.
44. diſt. in. fi. & eſt peccatũ mortale mentiri, vt
in. c. q̃liter & qñ. el. 2. de. accuſat. ¶ Itẽ euenit fur
tum, quia cũ luſor plerunq; ad inopiã propter re
rũ ſuarũ amiſsionẽ deuenit, ad furta ſe cõuertit,
quod eſt peccatũ grauiſsimũ, & cõtra præcepta
Decalogi. vt dicitur in tit. de furtis. ¶ Quoq; vio
lẽtia perpetratur, qñ ꝓpter ſimilẽ cauſam, quia
violenter volens à ludo recedere, retinetur. Inſti
tu. de iure perſona. §. 1. ¶ Item cõmittitur falſum
in imponẽdo & mittẽdo falſos taxillos, aut alias
ſimiles falſitates faciendo. vt Maria. in tracta de
ludo. in. 5. &. 8. quæſtio. ¶ Quoq; mortis cauſam
præſtant ludentes, quoniam veniunt ad conten
tioſa verba, de verbis ad verbera, de verberibus
ad vulnera, & de vulneribus ad homicidiũ, & ſic
de primo ad vltimũ cauſa eſt homicidij. vt in. c.
ſi. de iniur. &. c. lator. de homi. ¶ Deceptiones au
tem infinitæ & qui meli⁹ ſcit decipere, meli⁹ lu-
dere dicitur, eccleſia aũt neminẽ vult decipere,
vt in. c. p tuas. đ donatio. nec laqueũ mittere. 27.
q. 1. c. de viduis. ¶ Quoq; euenit corruptio multi
plex. ſ. proximorũ, quos malo exẽplo ludẽs cor
rũpit. 10. q. 4. c. cũ in iſtis. vnde ſcđm Hoſti. dici-
põt, ꝙ talis tenetur Ieſu Chro. ¶ Vita aũt impiè
agi dicitur propter ludũ, & ſic offenditur hone-
ſtas, quę eſt inter primaria præcepta. vt in proœ
mio Decret. §. ratio quoq;, & ea potiſsima ratio-
ne per eccleſiam prohibetur. c. clerici. de vita &
honeſta clerico. ¶ Quoq; euenit, ꝙ bona dilapi
dantur, & ſic pręſumitur vti male ſubſtantia ſua
vt tenet Bal. in auth. ꝙ locum. C. đ colla. ſi. col.
¶ Poſtremò etiã inſurgit deſperatio, vnde quoti
die videmus propter deſperationem amiſſorũ
in ludo, iuuenem venenum ſuſcepiſſe, & vitam
functus fuiſſe. prout refert dictus Maria. in dict.
tracta. de ludo. in fine. ¶ Vide tu quoq; viginti
2 † peccata, ſeu mala, quæ procedũt ex ludo per
Archiepiſcopũ Florẽti. in. 2. parte titu. 1. c. 23. §. 6.
vbi iſtos caſus & alios ponit. ¶ Quare hac de cau
ſa rectè leges ciuiles imperatorum, & ſacri cano-
ſtipendia.C.de execu.rei.iud. & Peregrina.vbi
ſuprà.ſed hoc intelligo niſi quilibet ſe obliget
in ſolidum:vt Bar.in.d.l.4.§.actor.numer.11.&
an executio poſsit fieri. indehæſis & pratis
ciuitatis.vi.ſuprà.in.ca.30.in.gl.gracias.in fin.in
additione.& an officiales cõcilij poſsint capi.vi.
l.64.in legibus *del encabeçamiento general*.* Qui-
4 nimo pauper† excuſatur à muneribus, nec dũ à
patrimonialibus, ſed etiam à perſonalibus.vt in
l.cûm facultates.&.l.eos qui.C. de his qui mu-
ner.libero.lib.10.quod intellige ſecũdùm Plat.
ibi in paupere, qui tota die laborat ꝓ victu quæ
rendo ſibi & familiæ ſuæ, & ſic eſt in inopia into
lerabili.vt in.§.ſed propter paupertatem. Inſti.
de excuſa.tuto.ſecus autem ſi eſſet inopia tole-
rabilis, vt quia pauper, non tamen vt oporteat
dietim quærere victum quotidianum laboran-
do, quia tunc patrimonialia munera non ſoluit,
ſed corporalia ſic, vt in.l.cura.§.inopes.ff.đ mu
neri.&hono. ¶Et quòd propter paupertatem
poteſt collecta remitti, ſicut multa, tenet tex.&
ibi Bar.in.l.illicitas.§.fi.ff.de ofi.præſid.& Pla.
in dicta.l.ad ſubeunda.C.de decuri.lib.10.& vi.
Abb.& docto.in.ca.ſi qui teſtium.de teſtib.nu.
8.¶In tantũ, ꝙ dicit Petrus de Vbal. in tract.de
collectis.tomo.6.tracta.num.19.foli.73.ꝙ exa-
ctor collectarum poſsit gratis remittere onꝰ ſol-
uendi collectam pauperi.per gl.ſingul. in.l.om
nes.la primera.C.de annonis & tribu.libr.10.&
tex.in.l.ſi peruenire.ff.de verbo.ſignifi.*Et Pe-
regrin.in parte munus.col.2.in fin.inquit, quôd
pauperes, aut quorum nota eſt paupertas, vt ij.
qui dietim laborant pro victu quærendo nil cõ-
ferre debent:idem in his qui labſi ſunt facultati
bus.vt.glo.in.l.etiam.C.de excep.rei.iud.quòd
propter paupertatem & de paupertatos fit æſti
mium nouum, & quòd æſtimatores debent ſe
habere modo paternali, vt in.l.iuriſdictiones.C.
de annonis & tribu.libr.10.& vi.ſingulariter Ro
landi.à Valle.in conſi.66.num.50. cum ſeq.vbi
affirmat, quòd in collecta inducenda eſt multũ
attendenda valitudo perſonarum: quoniam li-
cèt aliqui ſint diuites facultatibus, corpore tamẽ
ſunt infirmi, vt fructus ſuorum prædiorum vix
ſufficiãt ad alimenta & alia in propoſito: quem
vi.vſque in fin.conſil.*¶Quia ſupradixi, ꝙ pau
pertas non excuſat ab oneribus perſonalibus,
fallit quando munus perſonale eſt honor, quia
ab oneribus excuſat paupertas: quia licet ſint
munera perſonalia, oportet plus aliquid expen
di ratione dignitatis, & officij.vt dicit gloſ.in. l.
reſcripto.ff.de muner.& honor. & oportet ꝙ qs
ſit magnificentior, & liberalior.vt in l.decurio-
nibus.ff.de decurio.¶Et in tantum eſt verũ, ꝙ
paupertas excuſat, ꝙ etiam paupertas ſuperue-
niens, ſeu cauſata etiam ex facto excipientis, vt
quia donauit omnia bona ſua alteri, non tamen
in fraudem prodeſt ſibi quo ad euitationem mu
nerum patrimonialium, & etiam perſonalium.
vt tenet dict.Ioa.de Pla.in dicta.l.cum facultas.
C.de his qui muner.libe.libr.10.tamen ſecundũ
eum talis excuſatio, ſeu exceptio non eſt perpe
tua, ſed tẽporalis, quia ceſſat auctis facultatibus.
vt in dicta.l.cura.§.deficientium.ff. de muneri.
& hono.¶Et quis dicatur pauper, arbitrio iudi-
cis relinquitur.gl.in authẽ.præterea. C.vnd.vir
& vxo.& Iaſo.in.l.ſi conſtante. ff. ſolut. matri.
colu.25.& Plat. in.l.ad ſcribenda.C.de decurio.
lib.10. ¶Non ſolum paupertas excuſat à publi-
5 cis muneribus, ſed etiam à plutibus† alijs. Nam
excuſat fideiuſſorem iniuſtè condemnatum, ſi
non appellat, vt nihilominus agat mandati con
tra principalẽ procuratorẽ.l.ſi fideiuſſor.§.ſi ig-
norans.ff.mãda.¶Excuſat partẽ, ſi diminuit do
tẽ filiæ ſecũdo nubẽti.vt in auth.ſed quãuis. C.
de rei.vxo.actio.¶Excuſat dominũ non defen-
dẽtẽ ſeruũ in cauſa criminali.l. ſi quis ſeruus.ff.
de cuſto.reo.¶Excuſat eũ, qui neceſsitate famis
furatus eſt cibaria, vel veſtẽ.c.qui cũ fure. cũ ſua
gl.de furtis.¶Et in quibus caſibus prodeſt pau-
pertas, & in quibus nocet, dic vt per Bar.in.l.illi
citas.§.fi.ff.de offi.præfe.& vide.44.priuilegia
paupertatis per Lucã de Pẽ.in dict.l.eos qui, vbi
ponit



ponit quoq;.17.incommoda paupertatis. quæ
per te vide. Tamen in fine dicit, obtentu pauper
tatis non debet quis agere turpem vitam. vt in
c.quoniam ſimoniaca.de ſimoni.& in.l.palam.
ff.de ritu nupti. ¶Nec pro fauore paupertatis
eſt iuſtitia relaxanda. Vnde Exod.23. in princi-
pio, Pauperis quoq; non miſereberis in iuditio.
& Leuit.c.14.¶Et an cæcitas excuſet à muneri-
bus perſonalibus? Dic ꝙ ſic.vt in.l.prima.C.qui
morb.ſe excuſ.lib.10.& ibi Plat.& in.c.licet. de
cenſi.ſecus autem à patrimonialibus. vt Plat.in
l.infamia.C.de decurio.lib.10.¶Et quoq; grauis
infirmitas præbet excuſationem à muneribus
perſonalibus, non autem â patrimonialibus, vel
alijs, quæ prudenti.viris conſilium requirunt.l.
3.§.corporis debilitas.ff.de iure immunit. tenet
Plat.in.l.à muneribus.C.de decurio. eo.lib.10.
6 ¶Sed quis† debet probare paupertatem, an ex-
cuſans, an nominans diuitias, & qualiter probe-
tur paupertas? Dic vt per glo.& Bar.in.l.ſi verò
pro condemnato.§.qui pro rei qualitate. ff. qui
ſatiſdar.cogan.& per Bar.in.l.ſi conſtante.ff.ſo-
lut.matri. Et dic.ꝙ fundanti intentionem ſuam
in paupertate, vel diuitijs, ſiue ſit actor, ſiue reꝰ,
illam probare debet.vt in dicto.§.ſed & propter
paupertatem.Inſtitu.de excuſa.tuto.& in dict.
§.qui pro rei qualitate.*Et paupertas probatur
ob defectũ, item ex loci qualitate, quia moratur
in hoſpitale: itẽ ex corporis debilitate, quia eſt
infirmus, & non poteſt quærere victum: tenet
Peregri.in parte.hæres.q.6.in.gl.hoſpitali. col.
1.& vi.Rolandinum a Valle.in.d. conſilio. 66.*
7 ¶An ſi quis † eſt appellatus pauper. aget iniu-
riarum. Videtur ꝙ ſic.vt in.l.ſi creditores. in fi-
ne.ff.de priui.credi. Aliqui tamen in hoc diſtin
ctionem faciunt, ſcilicet, quãdo eſt pauper à na
tura, & agit actione iniuriarum: quia ſunt enim
quidam, quos pauperes natiuitas fecit.prima.q.
prima.cap.ſacerdos & quilibet naſcitur nudus.
47.diſtin.c.ſicut hic.& dicitur fieri iniuria, cûm
pauper vocatur aliquis, iuxta illud Prouerbio-
rum.14. Qui calũniatur egentem, ex probrat fa
ctori ſuo.paupertas enim, & honeſtas à deo ſũt.
Eccleſiaſt.19. & ita facilè eſt in oculis Dei ſubi-
tò honeſtare pauperem. ¶Sed quando eſt pau
per ex ſcelere vt.C.de boni.præſ.&.ff.de bonis
damnat.& Prouerbi.3.Egeſtas à domino in do-
mo impij. vel quia prodigaliter, & luxurioſè
diſſipauit ſubſtantiam ſuam.Luc.15.tunc non a-
git iniuriarum.vt in.l.eum qui nocentem. ff.de
inuiri.quam diſtinctionem ponit Lucas de Pẽ.
in.l.meminimus.C.quand. & quib. quart. pars
debe.lib.10.col.5.verſi.de facto.& dicit, ꝙ hæc
diſtinctio fit in eo, qui aliquẽ vocauit cæcũ, vel
claudum.vt per Andre. de Iſerni. in libro feud.
tit.de pace iura.firma.§.iniuria.¶Sed ꝙ indiſtin
ctè de iniuria teneatur, qui vocat aliquem pau-
perem, cęcũ, vel claudum à natura, fortuna, vel
vitio, dicit Lucas de Penna. vbi ſuprà.ꝙ eſt ar-
gu.in authen.quibus modi.natura.effi.ſui poſt
principium.colla.6.ibi, non enim vltio & inter
dicto.& tex.in.c.omnis qui in fin.24.q. prima.
& vi.eund.Lucam.de Penn.in.l.errat qui. C.de
caſtren.pecul.lib.12.col.3.verſi.vndecimò quæ-
ritur.¶Et non ſolùm pauperes ſunt immunes à
8 collectis, ſed plures† alij excuſantur, putà char-
tularij, qui cenſus ſcribunt.Itẽ illuſtres comites
conſiſtorij imperialis cubicularij, & ſimiles quæ
dam patrimonialia non ſubeunt.vt in.l.fi.C.de
excuſa.muner.libr.10.& prætores.eod.tit.l.2.&
negotiatores purpuræ imperialis, & præpoſiti
epiſtolis imperialibus faciendis, libellis ordinã
dis, & ſignatores Imperialium reſponſorum per
ſonalia munera non ſubeunt.eod.titu.l.eos pa-
ter pro bonis, qui filio contulit, non tenetur. Et
milites extraordinaria munera patrimonialia
quoq; non ſubeunt, vt tenet omnia dicta Luc.đ
Pen.in.d.l.ciuilia munera.C. de muneri. & ho-
no.libr.10.¶Item excuſatur quis ex longiſsima
conſuetudine per tantum tempus, cuius non ex
tat memoria non ſoluit collectas, ꝙ poſsit ſe tue
ri ne grauetur ad ſoluendum in futurum, contra
antiquã conſuetudinẽ.vt Pla.in.l.1.C.de exco-
ctione & tranſlatione milita.libr.12.licet ibi di-
cat, ꝙ doctores tenent cõtrariũ:quia non debe-
tur collecta, niſi à tempore, quo fuit inducta. Et
ita aduerſus futuram præſtationem, quæ non-
dum erat inducta, non poteſt præſcribere.vi.ibi
& in.l.2.eius.titu.¶Item ſunt immunes camera
rij, & magiſtri, iurati, iudices, & baulij ciuitatum
durantibus eorum officijs:nam regulariter ho-
norem ſuſtinenti, munus imponi non poteſt.vt
in.l.honori.ff.de mune.& hono.& ibi glo.& te
net Luc.de Pen.in.l.præcepit.C.de cano. largi.
titu.lib.10.in princ.Item excuſantur doctores.l.
medicos.C.de profeſſo.& medi.lib.10.& conſu
les.vt Plat.in.d.l.indictiones. C. de annonis &
tribut.lib.10.n.8.vbi quoque dicit, ꝙ nullus ex
cuſatur, nec maſculus, nec fœmina, præter ſupra
dicti.¶Vide tu Franciſ.Luc.in tractat. de fiſco.
nu.38.tomo.6.tracta.fol.7.vbi eſt immunis, qui
portat res principis. vt in.l. licitatio.§. res.ff.de
publi.& vectigal.& Baldus in lege vniuerſa.C.
de vectigali.& commiſ.& Guido.Papa. ſingula
ri. 848. ¶Et idem dicit Luca. vbi ſuprà, ꝙ po-
teſtates, & officiales pro rebus, quas ducunt in
officio, non tenentur ſoluere vectigal. vt in.d.l.
vniuerſa.¶Et ſcholares ꝓ libris, vel rebus, quas

 deferunt

deferunt,non tenentur ſoluere vectigal,nec pe
dagium:quia deferunt cauſa vſui. vt Alberi. in
authe.habita.C.ne filius pro patre.& Pla. in.d.
l.medicos.verſi.habent etiam doctores.& vid.l.
22.titu.4.lib.4.in ordi.regali.¶ Quoq; licencia-
tus excuſatur à muneribus tenet latè petrus An
tibolinus in tracta.de muneribus.in.3.parte.nu.
56.tomo.6.tracta.vide per Pala.Rubi.in repeti.
rubricæ de donatio.§.38.per totum.fol.20.

*SVMMARIVM.*

1 *Collecta imponenda eſt per ordinem, ita quòd nullꝰ releuetur, & debet fieri pro rebus, quas quis habet minores collectas tenentur.*

2 *Collecta imponitur per ſolidum & libram magnis & paruis, hoc eſt (por millares) vt qui plꝰ habet, plus ſoluat. Fallit vt hic.*

3 *Propter augmentum & diminutionem bonorum fit compēſatio, & collecta imponitur.*

guen a vnos, y ali-
uien[f], y eſcuſen a o-
tros, y ſe faga đ gui
ſa, que ſe pueda to-
do bien ſaber, para
que ſe caſtigue lo
que mal ſe hiziere,
y ſe pueda dar de
2 todo buena cuēta,
ſo las penas cōteni-
das en las leyes de
nr̃os reynos, q̃ de-
fiendē, q̃ no fagan
repartimientos.

f **Alieuen.** f Idem tenet Luc. de Pen. in
d.l.ciuilia munera.C. de mu
1 neri.& hono.libr.10.dicendo, ꝙ talis collecta†
imponenda eſt per ordinem,ideſt,ꝙ nullus rele
uetur,ſed omnibus ciuibus,& incolis fiat pro re
bus,quas habet,& pro modo fortunarũ, & poſ-
ſeſsionum,quas alienigenæ habent in loco illo,
eſt talis collecta ipſis poſſeſſoribus indicenda.
vt ibi per eum.& dixi ſuprà in glo.proxima, in
principio.¶ Et idem tenet Bal.in rubrica de ſyn
dico.in Decret.nu.2.vbi dicit,ꝙ collecta eſt im
ponenda,diſtribuendo eam ſecundum æſtimũ,
quod dicit verum,quando imponitur pro mu-
nere patrimoniali,ſed quādo imponitur ꝓ mu-
nere capitum,tunc debet diſtribui in capita. vt
Bar.in.l.4.§.actor.ff.de re iudi.¶ Talis enim col
lecta,quæ imponitur pro rebus,quas quis poſsi
det,non ſolùm imponitur poſſeſſori bonorum
immobilium,ſed etiam poſſeſſori mobilium.vt
tex.& ibi Plat.in.l.patrimoniorum. §.quantũ.
C.de muneri.patrimo.lib.10.nam equos tenere
& paſcere pro communi,eſt munus patrimonia
le.vt in.l.non videtur.C.eod.& ſimiliter habēs
pecunias ſolas ad fœnerandum,vel tractandum
ſubit onera patrimonialia,ſicut habens bona im
mobilia,vt in.l.fi.§.patrimoniorũ.ff.de muner.
& honori.ſecūdùm Plat.in.d.§.quantum.¶ Mi
nores quoq; ad dictas collectas tenentur.vt in.l.
etiam minores.C.eod.de muneri.patrimo.quo
ad patrimonialia,ſed non perſonalia.vt ibi.& re
net glo.in lege non tantum.ff.de decurio. & gl.
in.l.2.C.de fund.patri.& eorum conducto.libr.
11. ¶ Dum tamen pro modo fortunarum,vt di-
ctũ eſt,talia munera ab omnibus ſubeātur,quia
æqua eſſe debet in ſpectio in iſtis publicis fun-
ctionibus perſoluendis,& priuilegiũ cōtra hoc
impetratũ nul
liusmomēti eſt
tenet Petrꝰ An
tiboli. in tracta
tu đ muneri.in
3.parte. nu.26.
tomo.6.tracta.
foli.23.per. l.fi.
C.de vectigali.
& commiſſ. &
per alia iura. &
ibi quoque in
nu. 126. per eũ.
¶ Et talis colle
cta† imponit̃ ꝑ
ſolidũ,& librã,
magnis,& par-
uis(hoc eſt, *por
millares*) vt quĩ
plus habet, plꝰ
ſoluat. vt gl.in
l.1. C. đ apoch.
publ.libr.10.&
ibi Bar.ſingula
riter,& tenet Io.de Pla. in dicta lege indictiones
C.de annonis & tribu.eod.lib.10.nu.4.¶ Quod
dicit fallere in tribus caſibus in quibus nō impo
nitur per ſolidũ,nec librã,ſed per capita. ¶ Pri-
mus,qñ imponitur pro ſatiſdādo ei, qui mutua
uit pro ſoluēdo ſalario rectoris quod ſoluitur ꝑ
capita.C.de anno.& capit.lib.10.l.1.cũ enim ſuc
cedat loco illius ſalarij,& ideò illius impoſitiōis
naturã immutatur.vt per Bart.in.l.1.C. de apo-
chis pub.lib.10.Et idē credere in ſalario medico
rũ,quādo in aliquibus villis ſoluitur per colle-
ctã,quia debet ſolui per capita.¶ Secũdus,quan
do imponitur pro euitando aliquo munere ſor-
dido,impoſito pro euacuādis aliquibus locis fœ
tidis.Licet enim munera non debeāt redimi pe
cunia.l.illud.C.de excuſa.muner.lib.10. tamen
ſi propter aliquod ſordidũ redimendũ ex per-
miſsione ſuperioris imponatur collecta, nō fiet
per ſolidũ,& librã,ſed per capita illorũ,qui tenē
tur ad munera ſordida,ad quæ nō tenētur nobi-
les.vt Plat.in dicta rubri.C. de annonis & tribu.
ideo nō debēt grauari per collectã iuxta vires pa
trimonij imponēdã.de quo per Bart.in.l. vnica.
C.de muneri.in quo loco.verſi.quæro qualiter
imponatur.lib.10.& Plat.in dict.l. inductiones.
vbi



vbi per eum.*Intantum ꝙ nō valet conſuetudo
ſuper modo contributionis circa ſeruitia & tri-
buita regalia,vt tenet Grego.Lopez.in.l.3.titu.
2.par.1.in.gl.bien,quaſi in fin.vbi ponit caſum:
quod euenit ſcilicet,ꝙ ex parte diuitũ alicuius
ciuitatis allegabatur conſuetudo longiſsimi tē-
poris:ꝙ ſi quis aſcenderet in facultatibus vſq; ad
certam ſummã,contribueret intantũ,& quãtun
cunq; creſcerent poſtea facultates nil amplius
ſoluerent:qui vero nō aſcēderet vſq; ad dictam
ſummã,ꝙ ſoluerent per æs, & libran pro modo
facultatũ,& ꝙ pronũtiatũ fuit cōtra dictã cōſue
3 tudinem.*¶ Et tene,ꝙ propter augmētũ,† & di
minutionem bonorum iã diu æſtimatorũ refi-
ciendũ eſt æſtimum omnium, in quo debet fie-
ri compēſatio ſterilium cũ fertilibus,tam in ſin-
gulari,quã in cōmuni.vt eſt tex.ſecūdũ vtranq;
lecturã in.l.omne territoriũ.C.de cēſi.& cēſito.
lib.11.Et Pla.ibi dicit ita ſeruari,& ꝙ propter ho
mines ditatos & depauperatos,& propter præ-
dia facta ſterilia,vel caumate,vel alio modo pe-
rempta,debēt refici æſtimi,& grauati, & depau
perati releuentur,& ditati in plus æſtimentur:
quia ſecūdũ augmētũ,& diminutionē rerum,fit
augmētũ,& diminutio tributi.l.forma.§.illam
ff.de cēſibus,&.l.3.C.de iur.emphit.¶ Et in hac
renouatione æſtimorũ debet haberi cōſideratio
quanto plus vel minus valēt,nunc bona vniuſcu
iuſq;,quã primò fuerũt æſtimata ſecũdùm Pla.
ibi.& in.l.1.eius titu.¶ Vbi quoq; dicit,ꝙ vnuſ-
quiſq; prouincialiũ debet ſua bona profiteri, vt
æſtimētur ſecūdũ æquã æſtimationē ſoluat tri-
butũ,vt prædia meliora plus ſoluãt,q̃ ſterilia: &
ſi vnus eſt grauatus,quia bona ſua caumate pe-
rierũt,releuetur à cēſitore,vt in. d.l.forma. ¶ Et
iſti ſic grauati à peręquatoribus, ſeu æſtimato-
ribus infra annum habent facultatem conque-
rendi,quo elapſo,non audiuntur, exceptis mi-
noribus & abſentibus cauſa reipublicæ.tex.in.l.
qui priuatos.C.eod.tit.de cenſ.& cēſit. ¶ Quod
grauamen poteſt reparari dupliciter,ſcilicet,per
appellationem, vel per accuſationem crimina-
lem,petendo peræquatorem puniri pœna.l.pe-
ræquatores.eius tit. ¶ Item poteſt reuocari gra-
uamen per viam principalis petitionis,implorã
do officium iudicis,vt tenet glo.& Pla.ibi.& ita
vtitur.¶ Et vide Bal.in.c.clerici,de pactis.vbi te
net,ꝙ augmentatis facultatibus, augmentãtur
æſtimi in communi,& econtra propter pauper
tatem fit nouum æſtimum.

Prætor. Caput. XXXIIII. finis.
Sequitur Cap. XXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Correctores ciuitatum, & villarum, ſecũ non teneant alium tabellionē, præterquam tabelliones numeri dictarum ciuitatum, coram quibus omnia documenta publica tranſeant. Tamen ad faciendas informationes criminales, & alia acta ſecreta poſſunt habere alium, dummodo poſt publicationem reintegrentur tabellionibus publicis numeri.*

2 *An tabelliōes creati à principe, vel à papa poſſint ſedere in iudicio cum iudice, & colligere inſtrumenta, & contractus laicorum.*

3 *Inſtrumenta collecta à tabellionibus principis vel papæ, debent publicari.*

4 *Ex publicatione teſtamenti confecti à notario principis, vel papæ mittitur hæres in poſſeſsione hæreditatis.*

5 *Si teſtamētum nuncupatiuum non fuit in ſcriptis redactum, & ſolennis numerus teſtiũ ante competentem iudicem deponat, & in ſcriptis redigatur vigore talis ſcripturæ poteſt hæres mitti in poſſeſsione hæreditatis.*

6 *Teſtamentum per teſtes probari poteſt.*

a **DEl numero.** a Idē tenet
tex.quē vi-
de in.l.9.titu.16.lib.2.in ordina.regali.
1 vbi ait,ꝙ correctores † ciuitatum, &
villarum,ſecũ ad officia non ducant, nec teneāt
alium tabellionem,præter tabelliones numeri
dictarum ciuitatum,& locorum,vbi ſic deputa
tur,coram quibus omnes proceſſus, & publica
inſtrumenta,ſeu documenta trãſeant, vt ſua pri
uilegia fori,& conſuetudines diſponunt: tamen
dicti correctores poſſunt ſecum habere alium
quemcunque tabellionem,etiam extra locum,
coram quo inquiſitiones, & actus ſecreti fiant
in cauſis dumtaxat criminalibus,ſed poſt publi
cationem talium inquiſitionum,ſeu actuũ rein-
tegrentur,& dentur tabellionibus publicis nu-
meri dicti loci,vt coram illis dicti actus & inqui
ſitiones ſequuantur.vt in dicta.l. regia cauetur,
& hic in noſtro tex.¶ Et facit tex.in.l.4.titu.18.
lib.2.in ordina.regali.vbi publici tabelliones de
numero illius loci de his qui ſedent in audito-
rio,vel in curia publica & colligunt acta iudicij
debent facere contractus & teſtamenta,& ſede-
2 re cum iudice:alij autem tabelliones † publici

creati à principe, vel à papa, vel ab eo, qui habet poteſtatem craandi tabelliones, vt ſunt multi domini temporales in ſuis locis. vt tenet Innoc. & alij in ca. cùm. p. tabellio. de fide inſtru. Abb. & docto. in. c. accedentibus de præſcriptio. Iſti enim tabelliones, & notarij non poſſunt ſedere cum iudice, nec colligere inſtrumenta nec contractus laicorum. vt in dicta. l. 4. ordi. & in. l. 8. ei⁹ tit. & tenet doctor del Caſtillo in l. 3. de Toro. in glo. Eſcriuano. ¶ Tñ ſi non inuenitur tabellio de numero, alius Imperatoris, vel regis notarius, poteſt colligere teſtamenta laicorum. vt in dicta. l. 4. ꝙ in notario papæ, ego non credo per dictam. l. 8. ordinamenti. ſecus in tabellione regali per dictam. l. 4. ibi. *En las ciudades y villas donde ay eſcriuanos publicos de numero, o de coneejo*. quia iſtis deficientibus, tabellioni regis datur fides. & hoc teneo, licet doctor del Caſtillo in dicta. l. 3. indiſtinctè tenet, ꝙ notario papæ, & Imperatoris non detur fides deficientibus tabellionibus de numero, quia dictũ ſuum ſolum habet locum in notarijs papæ, ſecus in tabellionibus principis, quia iſtis datur fides in curia, & deficienti de numero in aliis partibus. vt in dict. l. 4. ¶ Et ſic ꝙ ſi iſti tabelliones principis in loco vbi ſunt tabelliones de numero, vel ſi tabelliones papæ aliqua teſtamenta colligunt, de-
3 bent publicari † coram iudice ſeculari, ac ſi collecta eſſent à priuatis perſonis. vt ibi per doctor. del Caſtillo vbi ſuprà. ¶ Et ex iſta publicatione
4 mittitur hæres in poſſeſsione † hæreditatis. vt tenet Rodericus Suarez in repetitione legis ſi poſt rem. ff. de re iudica. col. 110. in fin. vbi tenet,
5 ꝙ ſi teſtamentum nuncupatiuum non fuit in † ſcriptis redactũ, ſed ſolennis numerus teſtium ante competentem iudicem teſtes deponant, & in ſcriptis redigantur, ꝙ vigore tales ſcripturæ poteſt heres mitti in poſſeſsione ex edicto diui. vt ibi per eum. & vi. tex. in. l. 4. titul. 2. Partita. 6. & Iaſ. in. l. 2. C. de bonorum poſſeſ. ſecũdùm tabula. nu. 4. & 5. & Baldus in ſua practica. in parte nono quæritur. folio. 62. ¶ Facit quod tenet Abb. in cap. fi. de fide inſtrumenti. in fin. & Hippolyt. de Marſi. in. l. prima. §. præterea. ff. de queſtio. nu. 123. & Iaſ. in. l. prima. C. de procur. nu. 13.
6 vbi tenent †, quòd teſtamentum poteſt probari per teſtes & Iaſ. in. l. publicati. C. de teſtamẽ. ſcilicet, per quinque teſtes. vt in lege prima, tit. *De los teſtamẽtos*. in ordination. reg. ¶ Et nota, quòd ſi iſti teſtes deponant de teſtamento, & ſint cõteſtes, tamen null⁹ eorũ deponat niſi ꝺ preſentia: qa interrogati de alijs dicunt nõ recordari, tales teſtes faciũt ꝓbationem. vt tenet Paulus de Caſtro in lege finali. C. de bonorũ poſſeſsio. ſecundùm tabula. ¶ Sed antea quam tales teſtes recipiãtur, requiritur, quòd pars, cui tangit, citetur vt Baldus in dicta lege publicati. & non eſt neceſſè, quòd agat ordinariè petitiõe hæreditatis. Sed ſolummodo ad receptionem teſtium. vt Baldus ibi. & Alexander numero ſeptimo dicit, quòd eſt communis opi. & in hoc nõ attenditur quòd non ſint ſenes, vel validi teſtes, vt Baldus in conſili. 52. in ſecundo volu. ¶ Et an in defectum tabellionis iudex poteſt ſcribere actu vide quæ dicam infra in gloſſ. in eſcripto. in cap. 36. infra. num. 3.

*Prætor. Caput. XXXV.*

OTroſi, q̃ las audiencias, & otros autos de juſticia los fagan todos ante los eſcriuanos del numero [a] de la ciudad o villa, donde ouiere de conoſcer ſi ali ouiere eſcriuanos del numero. Saluo ſi ouiere eſcriuano nombrado por nos para las cauſas criminales: y no tome otro ninguno eſcriuano, ſaluo vno, ſi quiſiere para recebir quexas, [b] y tomarlas primeras informaciones delos crimines, para prẽder a los que por informacion hallarẽ culpados, por ſe guardar mas el ſe-
3 creto, Y eſto hecho ſe remita [c] ante el eſcriuano del numero, o de la carcel, ſi le ouiere. Y que los proceſſos crimina-

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſatio non debet porrigi notario, ſine præſentia iudicis.*

b **Quexas.** b Iſte tex. eſt pro dicto Pau. de Caſtro in. l. hac conſultiſsima. §. fi. in fin. C. de teſtamen. vbi tenet, ꝙ accuſatio
1 non debet porrigi coram † notario ſine præſentia iudicis. Et ideò intellige iſtũ text. vt tabellio accuſationes recipiat, ſcilicet, in præſentia iudicis. vt in. l. ſi quis ſe. C. de accuſ. & quod notatur per Bar. in. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto. ¶ Vide tu caſum in quo corã tabellione poteſt quærellare in. c. iudicum ſyndicatus. in cap. 3. in glo. *Eſcriuano*.

Summa-

*SVMMARIVM.*

1 *Poſtquam iudex elegerit notarium, non poteſt eum mutare vſq; in finem cauſæ.*
2 *Si notarius, qui incepit ſcribere actu ſe abſentauit, alius ex mandato iudicis poteſt redigere ſcripturas in publicam formam.*
3 *Iudex ordinari⁹ nõ põt mutare notariũ, etiã de conſenſu partium, ſecus eſt in iudice delegato.*
4 *Si notarius eſt ſuſpectus, non remouetur, licet recuſetur, ſed alius ſibi adiungitur.*
5 *Suſpicio notarij poteſt probari per iuramẽtum partis, ſicut probatur ſuſpicio iudicis.*
6 *Facta recuſatione, ligatæ ſunt manus notarij, & quicquid ab eo geſtum eſt, nõ tenet, ſicut dicitur de iudice recuſato.*
7 *Si vnus iudex incepit de cauſa cognoſcere, ali⁹ non põt in illa ſe intromittere.*

c **Remita.** c Nota caſum, in quo, fit remiſſio, proceſſus de vno tabellione in aliũ, & exceptis iſtis caſibus cõtrarium eſt
1 de iure communi: quia poſtquã † iudex elegerit notariũ, nõ põt eũ mutare vſq; in fine cauſæ. Ita dicit Bal. in. l. 2. C. quomo. & qñ iudex circa finẽ verſi. ſed nũquid poſsit vti. nu. 9. Idẽ tenet Bald. in. l. fi. col. 2. verſi. quæro ſi notarius. C. de re iudi
2 cata. vbi dicit ꝙ ſi notarius, † qui cepit ſcribere acta, ſe abſentauit, ali⁹ põt mãdato iudicis redigere ſcripturas in publicã formam. Secus ſi primus notarius eſt præſens. arg. in. l. ſi lõgius. ff. de iudicijs. & ibi Pau. de Caſt. nu. 3. & Ang. Idẽ tenet Io. de Pla. in. l. monetæ. C. de dilatori. lib. 10. & vide docto. del Caſt. in. l. 38. de Toro in gl. *no quiſieren* Facit gl. in auth. de hæredi. & falci. §. ſi verò abſunt. colla. 1. vbi ait, ꝙ ille notari⁹, qui cepit ſcribere acta, debet perficere vſq; in finẽ cauſæ, & nõ alius. & idẽ tenet. Bald. in. l. 1. C. de ſportu. & Bal. & docto. in. l. cùm ſententiã. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. idem Bald. in auth. ſi iudex. C. de epiſ. & cleri. Paul. de Caſt. in. l. teſtamẽta. C. de teſtamen. vbi etiã dicit idẽ de nuntio, allegãdo. l. in fraudẽ. §. quotiens in verbo, manu commentarienſi. ff. de iure fiſci. Et idẽ tenet Bald. in c. quoniã cõtra. de probatio. nu. 54. dicẽdo, ꝙ qñ notarius eſt ſolenniter deputatus per ſuperiorẽ, alius non poteſt ſe intromittere in officio ſuo. vt. C. de execut. & exacto. libr. 12. l. quicunque. & ibi bona glo. niſi neceſsitas vrgeat propter abſentiam alterius, nam tunc de mandato iudicis poteſt ſupplere vices abſentis. argum. in lege. 1. ff. de offic. conſul. & de iſta abſentia debet fieri mentio in commiſsionem iudicis, ſecũdùm Baldum ibi argum. eorũ. quæ nota in lege actor. ff. rem rat. hab. Tamen dicit ibi. Baldus in dicto. c. quoniam contra. in nu. 55. ꝙ ſi iudex non confidit plenè de vno notario, põteſt adhibere duos, Et ꝙ notarius eorũ, qui eſt ſenior, vel dignior, tenebit apud ſe originale, ſed in hoc bonę famę præfertur omnibus ſecũdum eundem ibi. Et an ſi iudex põt mutare † notarium, vide Bartolum in dicta lege, cum ſentẽtiam. per Inno. in. c. cùm in iure prope finẽ. de officio delega. vbi videtur ſentire ꝙ ſic, tamen ſemel electus non poteſt, nec debet remoueri, niſi ex cauſa ſuperuenienti. propter quam remoueatur. vt per Spec. in tit. de citatione. §. 1. verſi. ſed nunquid. & habetur per Bar. & Bald. & Ang. & Sal. in. l. tres denuntiationes. C. quomodo & qñ. iud. & per Anto. Fran. & alios additio. in additio. ad Abb. in. c. quoniam contra. de probatio. in additio. quæ eſt. in. 1. colũ. in. 3. notabil. nu. 3. quæ incipit, Adde in quantum. ¶ Sed tu intellige verum, ꝙ nõ poteſt notarius remoueri. ſ. per iudicem ordinarium, ſecus in delegato, quia iudex delegatus poteſt mutare tabellionem, & alium ſubrogare loco ſui ad liberum arbitrium vt tenet Ang. in dicta. l. cùm ſententiam. & dicit eſſe notabile allegando Inno. in. d. c. 1. & dicit eſſe caſus cõiuncta gl. in. c. ſtatutũ. §. notarius. de reſcript. in. 6. ¶ In tantũ ordinarius non põt mutare notariũ. ꝙ extende, etiam ſi ſit de conſenſu partiũ, non poteſt mutare. Ita Bal. in. l. teſtamẽta. 1. col. C. de teſtamẽ. & idem Bal. & Ang. in. l. 1. de ſponſalibus & Bart. in. l. 1. §. 1. C. de iure deliibe. Iacob. Butri. in. l. prima. ff. de officio conſul. ¶ In tantum notarius non remouetur, ꝙ etiam ſi notarius ſit ſuſpectus alicui partium in cauſa,
4 non remouetur † ſed alius ſibi adiungitur, ſicut



fit de

ſit de iudice ordinario.vt in.l. apertiſsimi.C.de iudi.& hoc tene.licet Io.de Plat.in.l.nulli. C.de munera.& auctua.lib.12.teneat, ꝙ in totũ remoueatur.& ita tenet Mont.in gl.ord. rega.in parte,tabellio.ſ.❡Adde quoq;,ꝙ talis ſuſpicio notarij poteſt pro-

5 bari† per iuramentum partis ſicut probatur ſuſpicio iudicis vt tenet Hipp. de Marſi.in repeti. rubricæ. C.de probatio nu.146.& Alexand.in conſi. 104.in volu.5.

**les ſe fagan ᵈ en la carcel,a donde eſte vn arca en q̃ guarden los dichos proceſſos,los quales eſten a buen recau-**

nu.2.&.3. &.4.vbi ait,ꝙ ad recuſandum notariũ ratione ſuſpicionis, ſufficit ſolùm iuramentum quia ex hac recuſatione non infertur magnum præiudicium.Ita dicit ꝙ in ſpecie conſuluit Petrus de Anchara.in conſi.251.incipiente.In Chriſti nomine amen.& allegat in arg.in.l.theſaur⁹. ff.ad exhiben.& cap.ex literis.de in integ.reſti. & plus dicit Petrus de Anchara.prout referr dictus Alex.in dicto conſilio.ꝙ licet in recuſatione iudicum ſit differẽtia inter ius ciuile, & canonicum,quia de iure canonico oportet plenè ꝓbare cauſas ſuſpicionis, ſed de iure ciuili hoc nõ requiritur vt legitur in dicta.l.apertiſsimi.C.de iudi.& in.c.cũ ſpeciali.de appella.& ca.ſuſpicionis.de offi.delega.tamen in recuſatione notarij,& conſultoris,& procuratoris,quia de iure canonico reperitur immutatũ, militabit adhuc ratio poſita in dicta.l.apertiſsimi.& non requiritur expreſsio cauſæ,&plena probatio & lites ſine ſuſpitione procedent.Facta ergo recuſatione

6 prædicta† ligatæ ſunt manus notarij,& quicquid ab eo geſtum eſt,non tenet, ſicut dicimus in iudice recuſato.vt in.l.prima.C.ſi qua prędi.poteſta.Bart.in lege quia poterat.ff.ad Trebellia.gl.in capit.quotiens. el primero. ſecunda.q. 6,& capit.quia ſuſpecti. tertia quæſt. quinta. & tenent Hoſti.& Io.Andr.in dicto.c. cum ſpeciali.Salyc.in dicta lege apertiſsimi.Petrus de Anchara.in.c.iudex ab apoſtolica.de offi.delega.in 6.per illum tex.qui hoc probare videtur,ſaltem in verbo,non poteſt.prout tenet Alex. in dict. conſil.magis latè.*Quod omnia ſupra dicta extende in duobus iudicibus, quorum vnus incipit in cauſa cognoſcere,quia debet in ea perſeuerare & perficere vt Bal.in.l.vnica.C.de ſportul. in fin.vbi tenet, ꝙ ſi ad idem tribunal, ſunt duo officiales, & vnus incipit cauſam examinare, ꝙ idem debet proſequi & finiri,aliàs iudiciũ eſt nullum:ratio poteſt eſſe,quia ſi pluribus conceditur iuriſdictio ordinaria,cuilibet competit in ſolidum,vt Bar.in.l.1.§.ſi plures.nu.1.ff.de exercito.& idem ꝙ Bal.tenet Ang.in.l.à diuo Pio.§. ſententiam. ff. de re. iud. vbi ait,ꝙ tũ quãdo ſunt † duo iudices vnius tribunalis vn⁹ nõ poteſt exequi ſententiam alterius ſine volũtate alterius,niſi ſit impeditus & tenet Pereg.

**do. Y aya libro de**

**7 todos los preſſos que vinieren a la carcel, declarando cada vno porque fue preſo, y por cu-**

in part.executio.q.1.in.gl.mandare,& idem Paris de Put.in tract.ſynd.in parte ſi ſunt duo.nu. 3.fol.189.& idem dicit de notario & Hip.in.l.fi. ff.de iur.om.iud.nu.201.& Grego. Lopez.in.l. 7.tit.9.part.2.& facit ꝙ tenet Pla.in.l. fi.§.fi.C. de re milita.lib.12.vbi ſi in eodẽ caſtro ſunt plures domini,ꝙ ſi vnus occupauit cauſam per ſolã citationem,alius non poterit ſe intromittere,niſi in defectum alterius:vt in.l.pluribus.ff.de ꝓcura.& in.l. vnica.ff.de offic.conſul.vbi Bal.ſingulariter in.1.&.2.lect.vbi etiam loquitur in notario:& vi.Bart.in.l. ſed & ſi reſtituatur.§.ſed ſi dies.ff.de iudic.& Abb.in.c.prudentiam.col.4. nu.11.de officio.deleg.& Bart.in.d.l. vnica.ff.de conſuli.in fin.& quæ dixi infrà.in.c.36.in.glo.*y del eſcriuano*:& idem tenet Peregri.in part.iudex in principio.tamen inquit,ꝙ ſi ſunt duo iudices ordinarij,qui in eodem prætorio promiſcue iudicant,valet actus coram alio,licet liſpendeat coram altero eorum vt dicit tenere Sal. in.l. cum te. C.ſi cert.peta.ſic intelligitur Bart. in.d.l. vnica. ff.de officio conſul.vt non intelligatur in iudicibus ordinarijs.& vi.Peregrin.in par.officialis.in principio.*

### SVMMARIVM.

1 *Carceratorum cauſæ debent dici: & tractari in carcere,& ibi coram iudice debẽt comparere carcerati.*

1 *Carceratio,an ſit de proceſſu.*

d **Se fagan.** d Quia cauſæ carceratorũ in

1 carcere† debent dici & tractari,& ibi debẽt duci carcerati, & cõparere corã iudice.vt in lege ſi quis ſeruus.ff.de exhiben. reis.& in lege.1.ff.de quæſti.tenet Specul.in tit. de accuſa.§.1.verſi.præmiſſa.nu.29.vbi hoc vult intelligere



intelligere in ſeruis,ſecus in liberis. Sed tu per iſtũ tex.nõ teneas illã differẽtiã,ſed omnino tales cauſæ & proceſſus carceratorum fiant, & debẽt fieri in carcere,nulla data differẽtia perſonarũ,& attẽta qualitate delictorũ,cùm carcer ducatur durus arbitrio iudicis,inſpecta qualitate cauſæ & cõditione perſonę,ex quo in iure aliter nõ determinatur.tenet Cardi.in Cle.1.verſ.duro.đ

2 hæreti.nu.12.❡Et quia† carceratio eſt de proceſſu cauſæ,& de actis.vt in Cle.1.de hæreti. vt tenet Cardi.in Cle.1.de exceſsi.prælat. & Paris de Put.in tract.ſyndic.in parte,pone ꝙ carceratus. nu.ſecundo.folio.76.

### SVMMARIVM.

1 *Algazellus non poteſt capere aliquem ſine licentia iudicis.*

2 *Licentia capiendi,debet eſſe in ſcriptis.*

3 *Miſsio in poſſeſsionem non poteſt probari, niſi per ſcripturam.*

4 *Algazellus poteſt capere delinquentem in fragranti delicto ſine licentia iudicis.*

5 *Licet capiatur delinquẽs poſt delictum in fuga dicitur capi in continenti,& in crimine.*

6 *Delinquens poteſt capi à priuato in fragrãti delicto,& impunè ad iudicem duci.*

7 *Reſiſtens ne capiatur,ſi inpugna occiditur,impugnè fit,cùm capiẽs ſit executor iuſtitiæ.*

8 *Algazellus,qui capit, vel pignorauit ſine licẽtia iudicis in caſibus ſibi non permiſsis, licitũ eſt ei reſiſtere.*

e **Mandado.** e Idẽ tenet tex. in l.8.ti. 14.lib.2.in ordi.rega.vbi

1 cauetur,† ꝙ algazellus nõ poteſt capere aliquẽ ſine licentia iudicis.Idẽ tenet tex.in.l.neminem

2 C.de exhibendis reis.❡Quæ licentia capiendi† debet habere algazellus in ſcriptis. vt tenet Iaſ. in.l.cũ proponas.C.de pactis.n.4. allegãdo Bal in.c.cùm parati.de appell.1.col.& in.l.conſentaneũ.C.quomo.& qñ.iud.in.7.notabil.per tex. in.l.miſsi opinatores.C.de exacto.tribu.libr.10. & in.l.facultas.C.de iure fiſci.eod.lib.Et ibi etiã

3 dicit Bal.ꝙ miſsio† in poſſeſsionẽ non põt probari niſi per ſcripturã.& idem vult Bar.in.l.fi.in 15.oppoſitione. C. de edicto diui Adria. tollen. quem ſequitur Iaſ.vbi ſuprà.& quod licẽtia iudicis in ſcriptis de capiẽdo aliquẽ requirat, firmat quoq; Roderi.Suarez in repe.l.2.tit. *De los emplamientos*.for.ll.lib.2.in.3.col.in fi.verſi. ſed vnũ tene.* Intellige qñ ſuperior,vel iudex non eſt in loco:nam ſi eſt in loco,tunc ſtatur dicto officialis aſſerentis ita ſibi fuiſſe mandatum ſuperiore:tenet Iaſ.in.l.ex quacunq;.ff. ſi quis in ius voca.n.5.& Tho.

**yo mandado ᵉ,y los bienes que ouiere traydo, y quãdo ſe ſoltare,y ſe ponga al pie del dicho aſ-**

grãmati.cõſili. 54.numer.17.* ❡Quod fallit, qñ quis eſt inuẽtus in fragrãti† delicto, qa tunc põt capi ꝑ algazeilũ ſine licentia iudicis vt in.d.l.ordi.& tenet Mõtal.in.l.11.tit.13.for.ll. lib.4.in gl.quę incipit.*De la carcel*.in fi.*Et tex. in.l.20.tit.9.par.2.&.l.2.tit.29.par.7.vbi ponuntur caſus in quibus quis poteſt capi ſine mandato iudicis:& vi ſingulariter Peregrin.in parte captio.q.2.in.gl.capere.*❡Et licet delinquẽs poſt

5 delictum in fuga† capiatur, dicitur capi in continenti,& in crimine.dictum eſt Bald.ſingul.in.l. ictus fuſtium.vlti.col.ff.de his. qui not. infami. quod dicit notandum Hip.de Mar. in conſilio. 137.nu.42.& Bal.allegat.tex.quẽ dicit eſſe notabilẽ in.l.ꝙ ait lex.§.fi.ff.de adulte.quod nota ad extẽſionẽ.d.l.8.in ordi.rega.& aliorum iurium ſimiliũ.de quo dixi ſupra in.c.1.in gloſ. *Les fuere mandado*.verſi.aliud eſt.❡Et non ſolum per algazellum capitur delinquens in fragranti delicto,

6 verũetiã† põt capi,& impunè ad iudicem duci à quolibet priuato,non ſolũ in fure.vt in.l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.ſed etiam in quolibet alio delinquente committente quodlibet crimẽ, ita dicit Bal.in.d.l.ictus fuſtium.tenere Inno.in.c. vt famæ.de ſentent.excõmu.& Bart.in.l.cũ eo. ff.ad.l.Iulia.Specul.& Ange.in.l.generali.C.de decur.lib.10.*Et Grego.Lopez.in.d.l.20.tit.9. par.2.in.gl.*bien lo podria hacer*.& Peregr.in.d.parte captio.q.2.in.gl.capere,& tenet doctor Anto.Gomez de delictis in tit.de captura reorum. nu.3.*Ex quo infert Bal.in.d.l.ictus fuſtiũ.ꝙ excuſati ſunt illi,de cõtra taliũ,qui capiunt malefactorẽ.quod dicit eſſe notãdũ & vi.Bal.idem tenẽtẽ in.l.nec timorẽ.ff.quod metus cauſ. dicendo,ꝙ omnis,qui deprehẽditur in aliquo ſcelere,ſeu delicto,põt à quocũq; capi, tñ ille nõ detinebit,ſed præſentauit officiali quã citius pote

7 rit.vt.C.de mathema.l.fi.& ſi iſte reſiſtit† ne capiat,& inpugna occidatur impunè fit. nã cũ capiẽs ſit executor iuſtitię.vt in.l.accuſationis.C. qđ metus cauſ.pro hoc officio ſibi cõmiſſo poteſt accipere arma,& pugnare.quod eſt notãdũ

 ſecundum

ſecundum Bal.vbi ſuprà & dicit ꝙ facit in ſimili
l.diuus.§.fi.ff.de offi.præſi.Et idem tenet Pla.in
l.deſertores.C.de deſertori.mili.lib.12. Dicẽdo,
ꝙ vbicunq; eſt iuſta offenſio,ibi reprobatur de
fenſio,vt in.l.4.ff.ad.l.aquil.& multo minus,li
cet reſiſtere magiſtratui,& eius officialibus exe
quentibus ea,quæ ſpectant ad eorum officium.
Et ita intellige gloſſ.in lege vt vim.ff.de iuſti.&
iur.ſecus ſi extra officium,vel non in forma iu-
dicij.vt latè per eundem Plateam in lege deuo-
tum.C.de metatis. libro duodecimo. & in lege
prohibitum.C.de iure fiſci.libro decimo. Si er-
go ſi homines,vel ſatellites iuſtitię,ſeu magiſtra
tus capientes iuſtè criminoſum,illum reſiſtentẽ
occidant,non puniuntur, de homicidio ſecũdũ
Plateam in dicta lege prima.vide Paridẽ de Pu-
teo.in tractatu ſyndicatus in parte,reſiſtentia.fo
lio.220.& in parte familiaris.folio.111. & Felinus
in capitulo vt famæ.de ſentent. excommunica-
tionis,& Hippolytus in ſua practica.§. vlterius.
nu.6.&.7.& Angelus de maleficijs in parte,ꝙ fa
ma publica.nu.54.vbi latè.* Et vi text.in.l.2.tit.
28.part.2.vbi idem tenet,& etiam quando pri-
uato eſt data licentia capiendi malefactorem,po
teſt eum interficere ſi ſe defendat:vt Peregr.vbi
8 ſuprà.* ¶ Sed quid ſi algazellus,vel nuntius† ca
pit,vel pignorat ſine licentia iudicis in caſibus ſi
bi non permiſsis? Dic ꝙ licitum eſt ei reſiſtere d̃
facto.vt in lege prohibitum.C.de iure fiſci. lib.
decimo.& ibi Bar.& ſingulariter Platea.nume.
4.& Iaſ.in.§.quadrupli.Inſtitu.de actio.nu.4.*
Et vi.Peregrin.in parte executio.q.2.in.gl.reſi-
ſtentem.vbi quando iudex facit in figura iudi-
cij,vel non:vel ſi facit poſt legitimam appella-
tionem,& per Salic.in.l.rete.in fin. C.vnde vi.
& per docto.in.c.ſignificaſti el. 2. de homicid.*

*SVMMARIV* M.

1 *Carceratus etiam ſine cauſa, & indebitè, non poteſt relaxari per cuſtodem ſine licencia iudicis, aliàs tenetur.* ¶ *Etſi de licentia iudicis facit, non tenetur, ſed ipſe iudex.*

2 *Carceratus non debet relaxari ſine iudicis licẽtia, licet debitor ſit carceratus pro debito, & creditor conſentiat.*

f El mandamiento. f Idem te
net Bart.
in.l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.ff.de furtis. vbi
1 ait † ꝙ carceratus,etiam ſine cauſa,non poteſt re
laxari per cuſtodem carceris ſine licẽtia iudicis,
& Cataldinus in tract.ſyndi.nu.182.& quæ dixi
ſuprà.in.c.18.in.gl.Carcel.nu.23.Idẽ tenet Hip.
de Marſi.in.l.circuncidere.§.ſeruo.ff.ad.l. Cor-
ne.de ſicca.nu.24.pro quo dicit,ꝙ facit tex.in.c
felicis.§. cũ autẽ. de pœnis.in.6.& tenet Pau.de
Caſtr.in.l. nec
impuberes.§.q
in ius vocatus.
ff.de in ius vo-
can.de quo per
Bart.in.l.1.§.&
poſt operis. ff.

ſiento el mandamiento f porque fue ſuelto.

de noui ope.nuntia.& tenet idem Hippolyt.de
Marſi.in ſua practi.crimi.§.attingã.nu.18.& Ro
deri.Suarez in repeti.l.3.tit. *De los emplazamiẽtos*.
foro legum.lib.2.col.fi.in fin. ¶ Quod extende,
etiã ſi carceratus fuerit indebitè,non ſeruata for
ma ſtatuti,adeò,ꝙ debeat in continenti relaxa-
ri,non debet carcerarius relaxare propria autho
ritate,ſed licẽtia iudicis,vt Hip.de Marſi. vbi ſu
prà,nu.22.allegando Petrũ de Anchara.in cõſil.
341.incipiente,viſo themate.in fin. ¶ Et vide ſin
gulariter Ang.de malefi.in parte,ꝙ fama publi-
ca præcedente.verſ.& aduertas tu iudex.nu.90.
vbi quoque tenet,ꝙ ſi cuſtos carceris ſine man-
dato iudicis captum relaxauerit,etiam illũ qui
ſine cauſa poſitum eſt in carceribus,tenetur, a-
liàs tenetur iudex,ſi minus iuſtè mandabit ꝙ re
laxetur.vt Bar.in dicto.§.ſi fugitiuum. & ſic cu
ſtos ſemper habeat mandatum iudicis in ſcriptis
dum præcipit relaxare,& iudex ſit cautus in re
laxando,ne poſtea teneatur fiſco,vel parti ad in
tereſſe ſecundùm Angelum vbi ſuprà. vbi dicit
pluries practicaſſe.* Quinimo ſi algazellus à
captione captum ſoluat ſine iudicis mãdato per
dit officiũ habitũ,& efficitur ad habendũ aliud
inhabilis:tenet Peregrin.in parte captio. q.2. in
gl.mandati. & faciens iudicis, cui ſubeſt,man-
datum,damnũ nõ tenetur,ſed iudex.vi.Peregr.
in parte.damnũ.q.1.in.gl.iudex.* ¶ Vide Amo
de.Iuſti.in tract.ſyn.nu.245.verſ.Itẽ nõ tenetur
fol.189.tom.14.tract.vbi ait,ꝙ nõ tenetur miles
ſoci⁹ & alij officiales,& familiares de eo,qđ fece
rũt mãdato poteſtatis illicitè,& iniuſtè,ſed tene
tur ipſe poteſtas,& per hoc dicit ꝙ fuit lacerat⁹
Florẽtiæ libellus cõtra militẽ datus de eo,ꝙ in-
debitè fecerat mãdato executoris.Et ſimili mo-
do fuit deluſus,qui dedit petitionẽ cõtra militẽ
in ciuitate Aſculi,qui tacuit durãte tẽpore,quo
potuerũt dari petitiões,& poſt tẽp⁹ dixit feciſſe
mãdato poteſtatis preſente poteſtate,& cõfitẽ-
te,qa termin⁹ erat elapſ⁹,nõ potuit dare querelã
cõtra poteſtatẽ. Sed dicit,ꝙ Ang.tenet cõtrariũ
qa ſimiles videt mãdatũ iniuſtũ,non debet exe
qui



qui & ſi officiales non reſiſtunt iudici,iniuſtitiã
facienti, tenentur ipſi in ſyndicatu. vt in lege
omnes.C.de decuri.libr.10.& dixi latè.ſuprà.in
cap.primo.in glo. *El derecho a las partes*.num.31.&
32. ¶ Et licet Ange.hoc dicat,tene quod dicit di-
ctus Amodeus,ꝙ non tenetur miles, quia ipſe-
met Angelus tenet idem quod Amodeus in le-
ge iniuriarum.§.ſi quis quòd,ff.de iniurijs,& ſic
quòd ductus ad carceres de mandato iudicis,nõ
agitur iniuriarum contra ductorem, ſed contra
iudicem.Et idem dic,ſi torqueat de mandato iu
dicis aliquem,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè,non agit cõ
tra torquentem,ſed cõtra iudicem.& ponit An
gelus dictam cautelam quem vide.& idem tenet
latè Cataldinus in tracta. ſyndicat.numero.67.
quem vide.* Et ꝙ magiſtratus detinens iniuſtè
teneatur detento ad intereſſe, tenet Bal.in.l.nõ
exigimus.§.ſimili modo.ff.ſi quis.cautio.quod
intelligit verum quando conſtat de iniuſtitia,
ſed in dubio præſumitur pro magiſtratu in eo
quod pertinet ad ſuam iuriſdictionem,& ad ſuũ
officium.* ¶ Et quod non teneatur faciens de
mandato iudicis, eſt text.in lege non videtur.§.
qui iuſſu iudicis,ff.de regul.iuris.& text.in lege
quinta.tit.15.Parti.7.& lege prima.titu.ſecũdo.
foro legũ lib.2. & vi. tex. & ibi docto.in regula.
ꝙ qui mandato.de regu.iuris in. 6.& de mate-
ria vide Iohãnem de Platea.in lege monetæ. C.
de delato.lib.10.nu.5.& in.l.quanquam in prin-
cipio.ff.de aqua pluui.arcen.& in l.ſi quis id qđ
ff.de iuriſd.om.iudi.& Platea.in lege euidenter
C.de excuſa.num.lib.10.num.primo.& ſingula
riter Feli.in cap.eccleſia ſanctę Mariæ.de conſti
tutio.numero.33.& vide text.in cap.miles.23.q.
quinta.vbi non eſt reus homicidij miles,qui po
teſtati obediens,hominem occidit.Imò niſi fece
rit imperij deſerti,atq; contempti reus erit. ¶ In
2 tantum eſt verum,ꝙ carceratus† non debet rela
xari ſine licentia iudicis,ꝙ licet debitor ſit carce
ratus pro debito,non poteſt relaxari de conſen
ſu creditoris abſq; mandaro iudicis.tenet Alex.
in dicta lege nec impuberis.§.qui in ius.ff. de in
ius vocan.numero primo.

## Prætor.Cap.XXXV.finis.

*SVMMARIVM.*

1 *In proceſsibus requiritur, quod annus, dies, & menſis ponatur, ſed nomen imperatoris, vel regis de neceſsitate non requiritur, & debent eſſe bene ordinati, alias iudex punitur.*

2 *Tabelliones debent acta fideliter ſcribere ſine fraude vel errore num.5.*

3 *Tabelliones publicè ſeruire tenentur, & conficere acta, & inſtrumẽta ad requiſitionem cuiuſcunque petentis, alias ad intereſſe tenerentur.*

4 *Tabellio debet facere ſcripturas, & acta ſine interlineatione.*

6 *Tabellio debet ſcire iura, vt legaliter faciat acta, & inſtrumenta, & ab contractibus reprobatis valeat ſe abſtinere: aliàs ſi cũtractus prohibitos facit, ad reſtitutionem tenetur. Et ad idem tenentur aduocati, & proſonetæ iſtos contraſtus tractantes, quia conficere inſtrumenta illicita, eſt quædam ſpecies falſitatis.*

7 *Notarius banchi non poteſt alicui dare copiã actorum, imo nec oſtendere ſine licentia iudicis.*

8 *Appellatione actorum veniunt omnia, quæ facta ſunt in præſentia iudicis.*

9 *An ſit differentia inter acta & geſta.*

a ORdenados. a Ponẽdo an
1 num,† men-
ſem,& diem.vt in auth. vt nomen Im
peratoris propo.§.1.&.2. colla.5. & in
auth.quibus modis naturales effi.legi.§.in ma-
ioribus.colla.6. & in lege prima. C. de apochis
publi.libro.10.non autem de neceſsitate requi-
ritur nomen imperatoris,vel regis. vt tenet glo.
in.l.3.titulo.9.for.ll.libro ſecundo.in gloſſ.pri-
ma. Et iudex vel inquiſitor.qui non facit ſcribi
acta per ordinem punitur de negligẽtia arbitrio
iudicis.vt tenet Bal.in.capi.quoniam contra.de
proba.nu.25.ꝙ dicit eſſe nota.per text.ibi. ¶ Et
2 debent fideliter † ſcribere,& ſine fraude vel erro
re facta hominum.vt in.l.ſi librarius.ff.de regul.
3 iur. ¶ Et publicè ſeruire tenentur†,& conficere
acta,& inſtrumenta ad requiſitionem cuiuſcun
q; petentis.vt Inſtitu.de adoptio.§.cum autem.
& in.l.non aliter.ff.eod.tit.de adoptio. ¶ Et hac
de cauſa vocantur ſerui publici,nõ ꝙ ſint ſerui,
ſed quia publicè ſeruire tenentur.vt gl. in proœ
mio tit.19.Par.3.aliàs notarius requiſitus & recu
ſans tenetur ad intereſſe.vt in.l.iubemus. C. de
defenſo.ciui.& in.l.placet.in fine.& in.l.fi.C.d̃
colla.fundi.patri.libro.11.niſi ſit occupatus, vel
habeat iuſtam cauſam.vl in auth. de tabellio.§.
& non fingat.coll.4.Bartol.in.l.1. ff.fur. aduer.
nau.& in.d.l.generali.C.de tabula.lib.10. ¶ Ta-
4 liter debet tabellio facere † acta. & ſcriptu-
ras,ꝙ

ras,ꝙ nulla interlineatio,vel raſura in eis inue-
niatur,maximè in loco ſuſpecto.vt notat Bal.in
l.ſi vnus.C.de teſta.❡Et ſi legaliter,& bona fide
5 non † conficit acta,vel ſcripturas vt in.l.1.titu.8.
lib.1.in ordina.reg.punitur pœna. de qua in.l.1.
ti.12.lib.4.for.

*Prætorum. Cap.XXXVI.*

ITem q̃ los eſcriuanos, anſi de crimen,como de ciuil que eſtuuieren ante el aſsiſtente, o gouernador,o ante ſus officiales,fagan proceſſos en foja d̃ pliego enteros, biẽ ordenados[a],y q̃ los abogados[b] fagã anſi miſmo los eſcriptos, aun que las cauſas ſean ſummarias[c].

ll.& ibi Mont.
❡Et ideò vt le
galiter & fideli
ter faciant acta
& ſcripturas,d̃
bent tabelliões
6 † ſcire iura. vt
in.d.l.generali
& in.l.pẽ.C.de
eunuchis,& in
auth. de tabel-
lio.circa princi
piũ. colla.3. &
intellige, ꝙ nõ
requiritur , ꝙ
ſint doctores,
vel legiſtæ. ſed
ꝙ ſciãt bene of
ficiũ notariatꝰ,
& ſciãt ſummã
& notas , & a-
lios libros eo-
eorum.vt Bar.in.d.l.generali.vt à contractibus
à iure prohibitis valeat ſe abſtinere.vt gl.& Pla.
ibi: quia ſcribentes contractus fœneratitios, & à
lege prohibitos,tenentur ad reſtitutionẽ vſura
rũ & intereſſe,& quoq; tenẽtur aduocati,& pro
ſonetæ iſtos cõtractus tractãtes.gl.eſt in.l.ſi ſciẽ
te,& ibi Bar.ff.de parrici. &.l.ordine.§. in frau-
dem.ff.ad municipal.& Bart.in.d.l.generali. &
tenet gl.Montal.in.l.1.tit.19.Parti.3.quia cõfice
re inſtrumẽta illicita,eſt quędã ſpecies falſitatis
& gl.in.d.l.fori,in verbo,*Lealmente.* quia eſt præ
ſumptio iuris & de iure cõtra notariũ , qui dicit
cõſtitutiões principis ignorare gl.in.d.l.iubemꝰ
C.de teſta.❡Ideò notarius,qui imperitè inſtru-
mẽtum fecit,ad intereſſe tenetur.per. l.fi.§.fin.
C.de magiſtris conueni. Et etiã ſi ſcribit inſtru-
mentũ ſimulatum,punitur pœna manus, & eſt
infamis. vt Baldus in rub. C. res inter alia acta.
❡Quoque tene,ꝙ notarius banchi non poteſt
7 † alicui dare copiam actorum, imò nec oſtende
re ſine licẽtia iudicis.vt tenet Iaſon.in.l.is apud
quẽ.C.de edẽdo.prima col.nu.3. quia editio a-
ctorũ ſpectat ad officiũ iudicis.ſecũdùm Bal.&
Paul.de Caſtro ibi.Et idẽ dic de ſcriptura , quæ
fit corã iudice,quia dicitur de actis.vt in.l.illud.
in gl.in verb.actio.& ibi notat Bal.2.col.C.de ſa
croſ.eccleſ.❡Imò plus dicit Bal.in.l.interrogatã
per illũ tex.cũ gl.C.de libera.cauſ.ꝙ appellatio
8 ne † actorũ,veniũt omnia,quæ facta ſunt in præ
ſentia iudicis,licet nõ in figura iudicij, ſed ſi ſcri
pturæ factæ ſunt per ſolũ notariũ abſq; cõmiſ-
ſione iudicis,vel eius præſentia, nõ ſunt d̃ actis.
Ita Baldus in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.
Impera.offere.Et quæ generaliter veniãt appel
latione actorũ,habes tex.in.ca.quoniã cõtra.de
probatio.& ibi doct.gl.& docto.in.l. acta. ff.de
re iudi.& in lege ſecũda.C.vt lit.penden.gl.in.l.
9 in fraudẽ.ff.de iure fiſci.❡An autẽ ſit † differẽtia
inter acta & geſta.tex.innuit ꝙ ſic.in.l.1.in prin
cipio.ff.de officio procura.Cæſar.Bar. tñ ibi te-
net cõtrariũ.Laurẽ.Vallen.in.4.libro elegantia
rũ in.c.291.aliàs.c.191.dicit, qđ geſta ſunt publi-
cæ adminiſtrationis,vt cùm dicimus geſta Cæſa
ris.acta autem priuatos reſpiciunt.Tamen inter
facta & geſta ſubtilis videatur differentia, tamẽ
non eſt ſecundùm iuriſconſultùm in lege licet.
ff.de verbo.ſignific.ſecundùm Iaſo.in dicta.l.is
apud quem.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocatus nõ debet inordinatè loqui,& à ſu-*
*perfluis debet ſe abſtinere.*
2 *Præfactiones prolixæ,confuſionem inducunt*
*& tædium generant in animis auditorum,&*
*multitudo verboſa eſt oneroſa.*
3 *Melius eſt pauca idoneè dicere, quã multis inu*
*tilibus aures hominum prægrauare.*
4 *Verbis non eſt opus , quorum nullus ſequitur*
*effectus,licet ruſtici ad hoc non attendant.*
5 *Aduocatum garrulatorẽ & verboſum iudex*
*ex ſuo iudicio poteſt excludere,& priuare of-*
*ficio aduocationis.*

b Abogados. b Nam cùm aduocatus
1 inordinatè loquitur, †
erroris vulnere audientium corda feriuntur , &
ſæpe virtus verborum perditur,cùm apud cor-
da audientium loquacitas incauta opportunita-
te leuigatur,& authorem ſuum loquacitas coin
quinat.vt in capi.ſi rector.43.diſtin.Specula. in
tit.de aduoca.§.nunc de exordijs.nu.9.verſicul.
præcipimus.❡Abſtinere ſe debet quoq; à ſuper
fluis vt in.l.breuiter.ff.de offi.præfe. præto. &
in.l.inſtrumentorum.C.de preci.Impera. offe-
re.tex.in.cap.breui ſciſcitatus eſt.quæſtione de
iure iurand. quia breuitas locutionis gratiam
parit,& moleſtias ſiniſtramq; ſuſpicionem fu-
gat,immenſitas autem econtra.arg.cap. diffini-
uimus.18.quæſt.ſecunda.in fine.prolixæ enim
2 præfactiones, † confuſionẽ inducunt, & tędium
generant animis auditorum.vt in procemi.De-
creta.§. ſanè.te
net Specul.v-
bi ſuprà. num.
8.verſi.item.&
in nu.10.verſi.
verborum ait,
quòd multitu
do enim verborum eſt oneroſa , & nil honeſti
habet,vt in auth.de referen.ſacr.pala.circa prin
cipium.colla.tertia.Imò eſt canonibus inimica.
vt in cap.quia in tantum extrà.de præben.&.c.
3 relatum de cleri.non reſi.Et melius † eſt pauca
dicere,quam multis inutilibus aures hominum
prægrauare.vt.C.de veteri.iure.enucle.l. tanta.
§.contrarium.vnde Horatius, Cùm quid præci
pies,eſto breuis.compendium quoque appro-
batur,diſpendio reprobatur.vt in cap.diſpẽdia.
de reſcrip.in.6.& cap.qualiter & quando.el.2.d̃
4 accuſa. ❡Vnde non eſt opus † verbis,quorum
nullus ſequitur effectus.vt in.l.fi.C.de dona.qa
fides veritatis,verborũ adminiculo non deſyde-
rat.C.ſi vt ſe ab hæred.abſti.l.1.& quia imperi-
torũ eſt vociferare de lõgè,vt ait Seneca.❡Licet
quidã hoc non attendũt,cùm ruſtici garrulitatẽ
authoritatẽ patent.45.diſti.§.primo,& ideò ra-
dict.gloſſa ordina. in parte, extrahens à regno.
& dicit, quòd probatur in lege ſecunda.C. de ve
ctiga.& commi.& ibi Baldus in terminis. ¶Sed
circa iſtum textum pone, quòd duo homines
5 diuerſo tempore † extraxerunt aurum, argentũ
vel frumentum, vel alias res vetitas extra regnũ
vel comitatum, ſeu diſtrictum, & territorium ſu
per eodem mulo, vel ſuper eadem beſtia, vtrum
quilibet debebit perdere vnum mulum, ſeu vnã
beſtiam? Dic quòd ſi primus ſoluit mulum, a-
lius liberatur. Secus ſi primus ſoluit æſtimatio-
nem muli, quia ſecundus ad mulum tenetur. vt
tenet Paulus de Caſtro & Bartolus in lege me-
uius.§.duobus.ff.de lega. ſecundo. numero.23.
vbi per eos.
¶Vbi quoque tenet, quòd ſi vno ſtatuto caue-
tur, quòd ſi quis portauerit monetam, vel bla-
dum extra regnum, ſeu comitatum, perdat ani-
mal, ſuper quo portaretur, & condemnetur in
decimam, & alio ſtatuto cauetur, quòd in omni
bus maleficijs de nocte pœnæ duplicentur &
quidam ſuper mulum extraxit frumentum, vel
aurum de nocte, ꝙ non teneatur ad duos mulos
ſed tantummodo ad vnum, ne duæ cauſæ lucra
tiuæ concurrant, nec diſtinguit vtrũ primo ſol-
uit rem, vel ęſtimationem, cum hoc ſit debitum
ab eadẽ perſona. vt in.l.huiuſmodi. §. primo.ff.
de lega.primo. Et idem ſi aliquis pluries cũ eo
dem mulo, vel aſello extraxerit res vetitas, non
debet perdere pluries animal. vt Bart. ibi & Ber-
tachi.in tract.gabella.in.9.parte.nu.30.tomo.6.
tracta.folio.72. quia in ſpeciebus non cadit du-
plicatio pœnæ, vt ibi.& in nu.31. & in.l. Lucius.
§.impuberem.ff.de leg.2.& in.l.fideicommiſ. §.
ſi quis decem.ff.de lega.3.& Bal.in.l.prima.vlti.
col.C.de ſenten.quæ ſine cert.quã profe.Bal.&
Imol.in.l.ex facto.§.primo.ff.de vulgar. & pu-
pil. ¶Et per iſtum dictum Barto. pluries iudica-
6 ui, ꝙ ſi aliquis † cũ vno enſe plura delicta fecit, tã
tummodo vnum enſem perdere debet, & non
plures. ¶Pręterea circa iſtum tex. ponitur, ꝙ eſt
ſtatutum, ſeu lex, prout hic, ꝙ de regno, ſeu di-
ſtrictu non portarentur iſtę res, vel alias res ſub
7 pœna amiſsionis earum, & beſtiarum: quidam †
forenſis repertus eſt portare rem cõtra formam
legis, vel ſtatuti, an incidat in pœnã. Hanc quæ
ſtionem altercat Gandi.in dicto titulo de rebus
por.contra deuen.nu.7.& dicit, ꝙ forenſis mo-
dò fuerit ſciens, modò ignorauerit ſtatutũ per-
dit res, ſed ſi ignorauerit, excuſatur ab alia pœna
ſed ſi ſciuit ſtatutũ, tũc etiã in alia pœna punit.
Quæ ignorãtia ſtatutorũ præſumitur in dubio,
ſecus in alijs prohibitis à iure cõmuni ſecũdum
eundem ibi. quod ſequitur Alex.in conſi. 86.in
4.li.nu.6.allegando Bal.in.l.ius ciuile.in fin.ff.
de iuſti.& iure.& in.l.1.ff.de legi. vbi concludit,
ꝙ ſi forenſis committit id, quod erat tãtummo
do delictũ ex forma ſtatuti ciuitatis, talis foren
ſis habens ignorãtiam dicti ſtatuti, excuſatur, ſi
ibi in loco ſtatuti non traxit magnam morã. vt
in cap.primo.de conſtitu.in.6.& in.l.fin.ff. pro
ſono.ideo non eſt puniẽdus, Si tale nõ erat pro
hibitum communiter per alias ciuitates. vt notat
Ioan. Andre.in cap. vt animarum periculis. de
conſtitu.in.6.in nouella. Facit.l.fi.ff.de decreti.
ab ordi.faci.vi.Paul.de Caſt.conſil.148.& Spe-
cul.in tit.de cõſtitu.verſi.2.doct.in.c.canonum
ſtatuta.de conſtitu. vbi maria, & mõtes colliges.
¶Et ſcientia probatur contra eum, quando erat
homo, qui ſæpe, & continuè ibi conuerſabatur,
vel vtebatur, quia non eſt veriſimile eum hoc
ignoraſſe: quia ad aliquem obligandum ſcientia
& ſupina ignorantia æquiparantur. l. iubemus.
ff.de liber. cauſa & in.l.octabi.ff. vnde cognati.
& quia ſcire debuit, ꝙ omnes de ciuitate ſciebãt
vt in.l.regula.§.ſed facti.ff.de iuris & facti igno
rant. ¶Sed ſi eſt de loco remoto, ita ꝙ iuſtè ꝓba
biliter potuit ignorare, non punitur ſecundùm
Marti.de Fano.& Ioa.de Lar. quos ſequitur Gã
dinus vbi ſuprà. quę opinio mihi videtur, & pro
ea facit, quod tenet Hippoly.de Marſi.in repe-
ti.l.fi.ff.de iuri.om.iudi.nu.81.allegando Bar.in
lege cunctos populos.in.5.col.C.de ſumma tri.
& fide catholi. vbi diſtinguit. ¶Aut illud, quod
commiſsit forenſis in hac ciuitate, eſt delictum
de iure communi, & punitur ſecundum ſtatuta
huius ciuitatis. ad quod allegat authen. ſi qua in
prouincia.C. vbi de crim.agi opor. & alia iura.
¶Aut non erat delictum de iure communi, &
tũc aut ille forenſis ibi tantam moram traxit ꝙ
veriſimiliter debet ſcire tale ſtatutum, & tunc
idem. ſ. quòd obligatur tali ſtatuto. pro quo
adducit.l.2.& quod ibi in gl.vlti.notatur.C. vbi
de cri.agi opor. ¶Aut ibi non traxit tantam mo
ram, & tunc aut illud factum erat communiter
per omnes ciuitates prohibitum, vt putà, non
extrahere frumentum extra territorium, quod
eſt communiter prohibitum per totam Italiam
licet in noſtro regno Caſtellę contrarium diſpo
natur per legem tertiam.tit.9.lib.6.in ord.rega.
iſto caſu quando ſcit eſſe communiter prohibi-
tum, non licet allegare talem ignorãtiam, ſeu ex
cuſationem. allegat.l.fi.§. licet aliquis.ff.de pu-
bli. ¶Aut eſt tale quid, quod non eſt ita genera-
liter prohibitum, & tunc non tenetur, niſi fuerit
ſciens, vt in dicta lege fi.ff.de decreti.ab ordi.fa-
ci.& dicit, ꝙ de hoc eſt tex.in dicto capi. vt ani-
marum periculis. vbi ignorãs non tenetur, quia
ignorans non videtur actum gerere, & qui igno
rat, non habet voluntatem. vt Paul.de Caſtro in
lege legitimam.ff.de peti.hæredi. niſi ignorãtia
fuerit craſſa, & ſupina, & ita reſidet Bart.in dicta
lege cunctos populos. circa hanc dubitationẽ.
Quam diſtinctionem ſequitur ibi Fulgo.& Pe-
trus de Anchara.in dicto cap. canonum ſtatuta.
12.quæſt.& in cap.2.de conſtit.in.6.gl. in capi.à
nobis.el primero.& ibi Anto. de Butri.de ſent.
excõ. idem tenet Ioan.de Imol.in cap.cognoſcẽ
tes.de conſtitu.in.6.& in cap.fi.4.column.eod.
tit. Specula.in dicto tit.de conſtitu.verſi.quid ſi
extraneus. Et licet aliqui doctores teneant con-
tra diſtinctionem Bar. prout tenet Iaſ.in dicta le
ge cunctos populos.nu.69.tamen opinio, & di-
ſtinctio Bar. eſt communior, & ęquior, & eſt ma
gis ratione munita ſecundùm Hippoly.de Mar
ſi.in dicta lege.fi.ff.de iuri.om.iudi. quam tene,
& vide. ¶Et adde, ꝙ ea, quæ dicta ſunt in foren-
8 ſe, habent locum etiam in † ciue nouo. ſecũdùm
Iaſ.in.d.l.cunctos populos.nu.70.pro quo alle
gat tex. ſingula.in.l.qui cum vno.§.fi.ff.de re mi
li. ſed dicit eſſe meliorem tex.in.l.qui commea
tus.§.tyroni.ff.eod.tit.de re mili.& Rom. ſingu
la.73. firmat Bal.in.l.data opera.col.11.C. qui ac
cuſa.non poſ. idẽ tenet Hip.de Mar.in.d.l.fi.ff.
de iuri.om.iudi.nu.84.& in.l.qui ignorãs.ff.ad
l.Cornel.de falſis.nu.23. vbi ciues nouelli cõtra
uenientes ſtatutis ciuitatis, excuſantur, qa in eis
præſumitur ignorantia per.d.§. tyroni. vbi parci
tur nouo militi tanquã iuſtè ignoranti leges mi-
litares. ¶Nota tamen perpetuò, ꝙ forenſis po-
9 teſt petere reſtitutionẽ † in integrũ aduerſus ſta
tutum, quod ignorauerat probabiliter, & hoc
ex clauſula generali. ſi qua mihi iuſta cauſa. ita
tenet Iaſ.in.l.quandiu.C. qui admitti.in fine. di
cendo, ꝙ iſta eſt deciſio ſolẽnis Inno.& Io.And.
& Anto.de Butri.in rub.de cõſuetu. & plenius
Anto.de Butri.in.c.2.de cõſtitu.& Io.Fab.in.d.
l.cunctos populos.6.col.& Alex.in cõſil. 37.in
2.volu.incipiente, Viſo, & optimè diſcuſſo pro
ceſſu.in.8.col.& Fran.de Aretio.in conſi.11. qui
incipit, procedendum eſt breuiter.in.3. col. ad fi
nem. ¶Et idẽ dic in minore, † quia licet minor
extrahat res vetitas contra ſtatutũ, nõ debet pu
niri. vt tenet Ludo.Roma.in ſingula.808. qui eſt
finalis.in ordine.& idẽ tenet Cremenſis in ſing.
29. vbi ait, ꝙ ſi minor portat res, de quibus ſolui
debet gabella, vel ſit prohibitum ſtatuto, ꝙ nul
lus poſsit portare tales res, ꝙ minor non cadit in
commiſſum, quod dicit eſſe notandum. Idẽ te-
net Bal.in.l.ſi ex cauſa.§.ſi in commiſſum.ff.de
mino.& vi. eundem Bald.in tracta. ſtatutorũ. in
parte, frumentum. ¶Sed hoc intellige verũ, qñ
ſtatutum punit aliquid, quod de iure communi
non eſt punitum, tunc enim minor non includi
tur in ſtatuto, ſecus ſi punit. vt doct. ſuprà & vi.
Sebaſti.Sapi in addit.ad Abb.in.c.2. de delictis
puero.in.1.additione. ¶Quoq; intelligerẽ (ſal-
uo meliori iudicio) niſi ſtatuto caueretur, ꝙ etiã
minor in pœnã incurrat: quia ſtatuta terrarum
poſſunt ampliare, & diminuere tẽpus legitimæ
ætatis, prout placet, quia non ſunt minoris au-
thoritatis ſtatuta, quam leges Lombardorum. te
net Bal.in.l.prima.ff.de minori.in fine. ¶Adde
10 ꝙ ſtatur iuramento portantis † res prohibitas,
vel facientis contra ſtatutum, an ſciuerit, vel ig-
norauerit, tenet Montal.in glo.ordi.rega. in par
te, cuſtodes. dicens, ꝙ ſi portauerit quis extra ci
uitatem res per ſtatutum prohibitas, perdit illas
& illud, ſuper quo portantur, licet ſit receptum
vel cõmodatũ, vel conductũ ad vecturã, niſi dñs
curri, vel muli fuerit ignorãs, quæ ignorãtia pre
ſumitur. vt Abb.in.c.ſæpe.de reſtitut. ſpolia.4.
col.nu.14.& idem Abb.in.c.veniẽs.de filijs pres
byterorum. vbi in dubio præſumitur ignorãtia:
& ille qui dicit ſcientiã, probare debet.& glo.in
l.verius.ff.de probatio.& ſuo iuramento ſtatur.
vt in.l.prætor.ff.de edendo. §. ſed ſi iuſsio. & in
l.fi.§.licentia.C.de iure de liberã. vbi gl. dicit, ꝙ
hoc iuramentũ referri non poteſt.& tenet Ioan.
de Pla.in.l.1.C.de ſeruito.& occulta.eorũ.li.12.
¶Et facit quod tenet Abb.in conſilio. 35. in pri-
11 mo volu.nu.2.in fine. vbi ait, † ꝙ ſi forenſis tran
ſierit per aliquem locum, & gabellam rerũ, vel
mertiũ ſuarũ non ſoluerit propter quod incidit
in commiſſum, iuuatur, ſi nec ſciuiſſe ibi eſſe ali
quod datium ſoluendũ, & tale iuramentum ple
nè probat ignorantiã ſuam. & hoc modo res ſuę
non cadunt in cõmiſſum. allegat Abb. gloſ. ſin-
gula.in cap.propoſuiſti.28.diſtin. quod dictum
Abb. dicit notabil.& lucroſum Hipp.de Marſi.
in repeti.rub.de probatio.nu.124. Et facit, quod
tenet Martinus Lauden.in tracta.de fiſco.quæ-
ſtio.231.tomo.6.tract.folio quinto. vbi ait, quod
ſtatur iuramẽto portantis, qui dicit portare pro
vſu ſuo, vt non ſoluat gabellã, per glo.in Cle.fi.
de cenſi.Bal.in authẽ.habita.C.ne filius pro pa-
tr. quod dicit eſſe cõtra datiarios, & publicanos.
12 ¶Et ꝙ ignorantia † tanquã dependens ab ani-
mo probetur per iuramẽtum, eſt tex.in.c.nulli.
in fi.de electio.in.6.& in.c.cũ in tua, qui matri.
accuſa.poſſ.& in.c.ſi vero.el.2.de ſenten. excõ.
c.paſtoralis.de exceptio.& voluit glo.in.c.in le
tum.34.quæſtio.2.glo.in.c.innotuit.de electio
ne.& ibi.Abb.numer. ſecundo. & alios docto-

res relatos per Hippolytum vbi ſuprà quibus adde gl. Caſtelli. in lege ſecunda. in. ll. de Toro. in glo. pē. in fine. & glo. in cap. accedens. de crimi. fal. & Hippolytus. in lege ſi quis nec quæſtio. ff. de quæſtio. nume. 46. & in conſilio. 51. & Alex. in. l. qui bona. §. ſi alieno nomine. ff. de dãno infecto. ¶ Sed ſupradicta intelligo vera, niſi probatio in contrariũ appareat: qa licet ignorantia, vel ſciẽtia ꝓbetur per iuramentũ, admittitur probatio in contrarium. tenet Bart. in. l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accuſa. & eſt gloſ. ordinaria. in cap. ſecundo. in verbo. effetata, de tempo. ordi. in. 6. tenet Iaſon. in lege prima. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxal. cauſ. agatur. nu. quinto. ¶ Quod dicit ibi. n.
13 ſexto. limitari, † niſi lex, vel ſtatutum diceret, quôd ſtetur dicto, vel iuramento alicuius proplenaria probatione, tunc non poſſet ꝓbari contrariũ, quia haberet vim præſcriptionis iuris, & de iure. glo. eſt ad hoc ſingula. ſecundũ eundem Iaſ. in Cle. prima. in glo. pē. in verbo, feciſſe narramus. de probatio. per quam glo. ita dicit limitari Lodoui. Roma. in. l. ſi duo. ff. de adquirend. hæredi. & dicit mirabiliter intelligi, quando ſtatutum diceret, ꝙ haberetur pro plenaria probatione, tunc non admittitur probatio in contrarium, ita loquitur glo. prꝑallegata, ſecus ſi ſtatutum diceret, ꝙ habeatur pro plena probatione, tunc poſſit probari cõtrarium. & ita limitat nouiter Alex. in conſilio allegato ibi per Iaſ.

¶ Quoque limita vt per Bald. in ca. nulli. pen. col. de reſcrip. vt non procedat, quando lex, vel ſtatutum diſponeret ſtare alicuius probationi, quia facit vt non admittatur probatio in contrarium. Secus ſi diſponat, vt ſufficiat ad probãdũ, quia tunc bene poteſt probari contrarium. Quę limitatio non placet Iaſ. vbi ſupra. nu. 7. vbi per eum. ¶ Et probatio contra forenſem debet eſſe,
15 ꝙ debet † probari, ꝙ habebat conuerſationem in dicta ciuitate, vel morã traxit in ea, ꝙ veriſimiliter debet ſcire tale ſtatutum, vel illud factum communiter per omnes ciuitates, & villas regni erat prohibitum. ſecundùm Hyppol. de Marſi. vbi ſuprà. ¶ Sed iſte tex. & ſimiles, non habent
16 locum, quando aliquis † propter timorem iuſtũ inimicorum exceſſit fines territorij, comitatus, ſeu diſtinctus fugiẽdo, quia tunc non incidit in pœnam. tenet Ang. in. l. quod per tex. ibi. ff. de delicti edicto. & dicit concordare tex. in. l. Titius ſeruus. ff. de ſeruis exportan. ¶ Quia ſecun-
17 dùm Ang. ibi, quando aliquis ad ſui † defenſam interfecit aliquem propter iuſtam cauſam timoris, non eſt locum pœnę, quando poſuiſſet ſe in diſcrimine vitæ fugiendo, maximè cùm non ſit ratio, ꝙ ille magis fugiſſet, quàm ille, qui eũ fuiſſet inſequutus, cùm homines conditionis æqualiter incedere præſumantur. vt in. l. continuus. ff. de verbo. obliga. §. cùm ita. & facit tex. in dict. lege quod. §. idem Celſus. ff. de ædili. edicto. ibi, non poteſt euadere. ¶ Item dicit Ang. in dict. le-
18 ge quod. ꝙ fallit, qñ portat, vel extrahit † cauſa ſui victus, quia tunc prohibitus portare, vel extrahere granum, ſeu aurum, vel monetam extra ciuitatem, non incidit in pœnam, quatenus portat cauſa ſui victus. tenet idẽ Ang. in. l. principalibus. ff. ſi certum peta. & eſt tex. expreſſus in lege. 23. tit. 9. lib. 6. in ord. regali. in fine. ibi. *Pueda ſacar, y ſaque conſigo la moneda de oro, o plata que ouiere meneſter para el gaſto continuo.* ¶ In tantum hoc procedit, ꝙ ſi cauſa ſui victus extrahat, & deinde mutato propoſito vendat, non incidit in pœnam, tenet Pla. in lege. vnica. C. de imponen. lucra. diſcri. lib. 10. in fine. & vide infra nume. 20. & Bar. in. l. cętera. §. ſi. ff. de lega. primo. §. ſed & ſi quis. & Iaſ. in. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. nu. 4. & melius tenet Ang. in. l. 1. §. nõ autem. ff. de exercito. vbi quoque dicit, ꝙ ſtatur iuramento ſuo an habuit bonum animum à principio. vide Alex. in conſi. 7. in. 3. volu. in fin. & vide infra verſi. & quoque ſtatur ſuo iuramento. vbi de intellectu. ſed tex. Facit in contrariũ in lege. 5. tit. 7. Part. quinta. ibi; *Y no los vendiere.* ¶ Quoq; pôt extrahere non ſolûm cauſa ſui victus, ſed etiam cauſa ſuæ familiæ. glo. in. l. vniuerſi. C. de vectiga. & commiſ. cõmendat eã Alex. in. l. fi. §. diuus ff. eo. tit. ſequitur Bal. in lege cùm proponas. C. naut. ꝙ fœnor. & faciunt notata per docto. in ſimili in lege, ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verbo. obliga. de quo vide. glo. & ibi Paul. de Caſtro. in lege. fi. §. quotiens. ff. eod. de vectiga. & commiſ. & in lege ſi Publicanus. §. primo. vi. dictam legẽ 5. tit. 7. Parti. 5. & glo. in authen. habita. C. ne filius pro patre. ¶ Sed hoc intellige, dũmodo non extrahat pro ſuo victu, vel neceſſitate pluſquã egeat. vt tenet Ioa. de Plat. in lege eos qui. C. de aquæductu. lib. 11. nu. 2. loquendo in ſtatuto diſponente, vt nemo poſſit extra ciuitatem portare vinũ niſi pro ſuo vſu, & aliquis, cui ſufficiebãt quatuor dolia pro ſuo vſu, portauit viginti, ꝙ totum amittit. ¶ Et quoque ſtatur ſuo iuramento, an cauſa ſui victus, vel vſus, vt dixi, vel negotiationis deferatur, ſcilicet, deferentis, niſi qualitas perſonæ diſſuadeat, vel probatio de oppoſito ſit in promptu. tenet Plate. in lege vnica. C. delictorum cuſto. lib. 12. & Hippoly. de Marſi. ſingula. 86. & in repetit. rubricæ de probatio. nu. 145. & Bal. in. l. 3. C. naut. ꝙ fœno. & gl. in Cle. fi. de cenſi. quæ dicit iuramento probari, ꝙ clericus portet res ſuas cauſa ſui vſus, & familiæ ſuæ, niſi rerum,



rum, & perſonarũ qualitas aliud ſuaderet. ſecundùm Cardi. ibi. in. 4. quæſtio. & tenet Bertachi. in tracta. gabellarum. in. 8. quęſtio. principali. in ſecundo membro. num. 4. tomo. 6. tract. * ¶ Sed quid ſi ciuitas prohibet exportare bladũ extra diſtrictum, an comprehendat forenſem habentem agrum in diſtrictu dictæ ciuitatis: & ꝙ ſic tenet Alberic. in rub. ff. de muneri. & honori. nu. 34. * ¶ Sed quid ſi cauetur, ꝙ nullus extrahat à regno, ſeu ciuitate frumẽtum, & aliquis hordeũ
19 † extraxit, an incidat in pœnam? Dic ꝙ nõ: quia appellatione frumenti, non continetur hordeũ. Et ſi aliquis accuſat de furto frumenti, ſi probat de hordei furto, non nocet. vt tenet. Angel. in. l. triticum. ff. de verbo. bliga. qua de ſpeciali & ꝓpria ſignificatione, & ſimplici appellatione frumenti propter excellentiam intelligitur de grano, quo vtimur ad panem faciendum ſecundùm glo. in. l. frugem. ff. de verbo. ſignifi. & de iſto intelligitur, ſi quis promitteret decem corbes frumenti ſecundùm Bart. in. d. l. frugẽ. ſequitur Io. de Plat. in. l. modios. C. de ſuſceptori. & arca. lib. 10. nu. 1. ¶ Sed quid ſi extraxit farinam? Vide tu Gandi. in tract. malefi. in parte de rebus nõ portandis contra debent. nu. 4. & gl. in. c. 1. ſupra eo. in glo. *De cuya mano.* & Bar. in. l. quæſitũ. §. illud. ff. de lega. 3. & latè in propoſito per Rotã. deciſi. 834. in antiquis & ꝙ incidat in pœnam extrahẽdo farinam, tenet Bart. in. d. l. quæſitum. §. illud. & ſequitur Ang. in. §. cũ ex aliena. Inſtitu. de rerum diui. nu. 3. & Plat. in. l. 1. C. de frumen. vrb. Conſtantinop. lib. 11. & Alber. in. 2. par. ſtatu. q. 5. ¶ Et tenet latè Bertachi. in tracta. gabellarum. in. 8. parte. in. 2. mẽbro. nu. 16. tomo. 6. tracta. fol. 65. Sed nõ prohibetur portare panem coctum, niſi faceret in fraudem. vt Pla. in. d. l. 1. de frumẽ vrb. Conſtanti. C. in principio. ¶ Stante ergo iſta. l. ꝙ nullus extrahat res vetitas, niſi ꝓ victu
20 ſuo ſub pœna, ſi aliquis † extraxit hoc animo, & eo extracto, mutabit animum, & vendidit, an incidat in pœnam? Dic ꝙ non, vt ſuprà dixi in nu. 18. vbi de intellectu vt dixi tenere Ang. in. l. prima. §. non aut. ff. de exercito. actione. Facit tex. in. l. Cæſar. ff. de publica. & vectig. & in. l. ſenatus. ff. de cõtrahen. emptione. & . l. cætera. §. fi. ff. de lega. primo. iurauit tamen, ꝙ bonã mentem habuit à principio. vt in. l. fi. cum ſimilib⁹. C. de iure deliberan. ſecundũ Ang. & idem tenet Bertachi. in. d. tract. gabella. in. d. §. 8. parte principali. in. 2. membro. n. 2. 3. & . 4. tomo. 6. tract. fol. 94. allegando Bar. & Ioan. de Porta. in. di. l. cætera. §. ſed ſi parauerit. dũ dicunt ſcholarem emẽtem frumentũ pro toto anno, & poſtea pœnitentem & reuendentem illud, non teneri ad pœnam ſtatuti prohibentis emi frumẽtum in platea cauſa reuendendi. quod dic verum. ſecundùm Barto. ibi ſi conſtat de primo propoſito, aliàs ab initio præſumitur fuiſſe ementis propoſitum reuendendi, ſicut poſtea fecit. vt in. l. prima. §. idem cõſicilius. ff. de exercito vbi per Guiller. de Cun. & ibi tenet Bald. in. §. nec autem. Quod tendit in fauorem illorum, qui obligantur ad macella, & pannificia reficienda. & complenda ciuitatũ, villarum, & locorũ huius regni Hiſpaniæ, quia tales carnifici poſſunt emere carnes viuas, & etiã ſues ad reficiendum dicta macella, non tamen ad iterũ vendendũ, vt patet in leg. regni. * Quæ leges ſunt reuocatę, ſeu ſuſpenſę per noſtrum regem Philippum, vt patet eius prouiſione Vallis Oleti. 7. de Iunio. 1558. tamen per eundem regem fuit validata en Madrid. anni. 64. incerta forma, ſcilicet, *que ninguna perſona compre carnes viuas para las tornar a reuender en pie en las miſmas ferias y mercados, y raſtros contra la dicha pragmatica, y executeys en los que lo contrario hizieren las penas en ellas contenidas ſin embargo del ſuſpenſion de la dicha pragmatica.* * quôd ſi aliquid ex dictis carnibus, & rebus ſuperſit completo tempore ſuæ obligationis, poterunt vendere ſine pœna dictarum legum, & pragmaticarum, quæ prohibent triticum, carnes, & ſues emantur ad iterum vendendum, quia initiũ ſuæ primæ emptionis conſiderandum, & attendendum eſt, quæ fuit facta pro victu, & ſuſtentatione ciuitatis, ſeu loci, atque illorum incolarum, & tenet doctor del Caſtillo in. l. prima Tauri. in gloſſa. *En los dichos lugares.* 9. columna. verſiculo quod etiam facit ad ea quæ dicunt. * Et an de licentia iudicis poteſt quis iſta prohibita emere, dic quòd non: quia vnde venditio rei inhibetur alicui propter publicam vtilitatem, quòd ſicut priuata pactione non poteſt fieri venditio: ita nec authorita. iudicis tenet Bar. in. l. 2. C. de agricol. & cenſitis. libr. vndecimo. & ibi plat. * Sed
21 quid ſi aliquis eſt deprehenſus in itinere † quaſi in confinibus, & dicit ſe pœnitere portare illas res vetitas, an excuſetur à pœna? Dic ꝙ eſt puniẽdus, ſed nõ pœna ſtatuti, vt per Gandi. in d. tit. de rebus portan. contra deẽu. nu. 6. ¶ Ioan. And. in additio. ad Specul. iu tit. de cõſtit. in additione, quæ eſt in medietatem, videtur melius loqui dicẽdo. Aut enim iſte inuentus fuit continuãdo iter ſuum, vt exiret diſtrictum, & allegatio pœnitẽtiæ patet falſa. Aut reuertebatur ſpõte, & tunc iuuari deberet per pœnitentiam. Aut repertus eſt quieſcere in hoſpitio, vt in tugurio pro quiete ſui, & animalium, non ſaluatur, ex quo de pœnitentia, quã aſſerit, nulla ſunt iu-

ditia. & verbo ſtatuti in hoc ſunt ponderanda ſecundùm Ioan. Andr. ꝙ nota, & vide. & ſequitur additio. Bart. in. l. qui ea mente. ff. de furt. in finali additione. & dicit, ꝙ ſi quis inuentus fuerit reuertendo, quia pœnituit, debet mitius pu-
22 niri. ¶Item quæritur. ſi quis eſt inuentus † cum equo in via portare res vetitas, an debeat puniri? Gandi. vbi ſuprà in dicto titul. de rebus, porta. numer. 10. dicit, quòd ſic, quando confitetur, quòd ipſe portabat res illas extra, ſed ſi neget, & dicat ſe portare illas res ad molendinum. vel ad villam, & illa ſit via & iter ad molendinum, vel ad villam, & bene ſit hoc veriſimile, non punitur. Angelus tamen in lege ſi vehenda. ff. ad legem Rhodi. de iactu. dicit: quòd verba ſtatuti in hoc ſunt attẽdẽda. Nam ſi ſtatutum dicit, quòd ſi quis portauerit bladum. &c. Tunc intelligitur perfectè, & executiuè portabit, nec ſufficit, quòd inueniatur in itinere. vt in lege prima. ff. quod quiſque iur. ſecus ſi dicit ſi quis portabit bladum, vel inuentus fuerit portare, vel ſimilia, quod dicit eſſe notandum, & idem tenet Bal. in dicta lege cùm proponas. C. naut. ꝙ fœno. nu. 2. verſi. quidam dicunt. & in lege ſi fugitiui. C. de ſeruis fugiti. numer. 5. & in lege arboribus. ff. de vſufructu. quod ſequitur Franciſcus Lucanus, in tractatu. de fiſco. in quarta parte. num. 12. & 13 tomo ſexto. tractatu. foli. 15. & Vide Iaſ. in lege cui iuriſdictio. ff. de iur. omni. iud. in fine. vbi tenet allegando Bal. in capitul. concupiſcentia. in ſecunda. column. de conſtitu. quòd quando aliquid ꝓhibetur in termino, intelligitur etiã prohibitũ in via, & ideò ſecundũ eundẽ Bal. ꝓhibitus ex forma ſtatuti deferre frumentum extra territorium ſub certa pœna, repertus in via poteſt puniri. quod dicit Iaſ. non videri verum. & dicit videndũ. Cy. & Bal. ibi. & ideo tene, ꝙ põderanda ſunt verba ſtatuti, vt dictũ eſt, & idem tenet Bal. in. l. cũ te. C. de dona. ante nup. in fine ¶Idem tenent Bar. & Plat. in. l. qui fiſcales. C. đ nauicula. lib. 11. dicendo, ꝙ ſi qs reperiatur cũ ſarcina frumẽti, vel alijs rebus vetitis portari extra diſtrictũ in aliqua via non recta, & non conſueta, eſt ſuſpectus, ꝙ eas vellit portare contra deuẽtum. C. đ curſu pub. lib. 11. nam ex qualitate loci vbi inuenitur, præſumitur, & probatur contra eum. vt in. d. l. ſi. fugitiui. C. de ſerui. fugi. ¶Vbi quoq; tenet Pla. ꝙ attẽdenda ſunt verba ſtatuti, aut loquantur per verba prẹteriti temporis, vt ſi quis portauerit bladũ extra diſtrictũ; tunc requiritur actus cõſummatus, nec ſufficit eſſe in fieri. vt in. d. l. arboribus. ff. de vſufru. §. de illo. dũ dicit. lupus exit ſyluã, non tamen exibit, punietur tunc extra ordinẽ in limine diſtrict⁹ portare repertus. l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. ſi autẽ loquitur per verba præſentis temporis, vel præteriti imperfecti, putà, portantes bladum extra diſtrictũ, puniantur, tunc punientur pœna ſtatuti per. d. l. fugitiui. & ibi ꝑ Saly. & Bal. & vide Feli. in tracta. qñ cognatus puniatur. col. 4. fallen. 8. ¶Et vi. d. Bertachi. in tracta. gabella. qui hoc ſingulariter altercat in. 9. parte principali. nu. 18. & 19. tomo. 6. tract. fol. 71. vbi idẽ tenet, dicendo, ꝙ inuẽtus portare res ꝓhibitas, & extrahi per viã non rectã, ſed inuſitatã, tenetur. vt Bal. in. l. 3. C. naut. fœno. & in. l. 1. col. 3. de ædilitio edicto. niſi quis iuſta cã motus, quis iuerit per viam inuſitatã, & nõ rectã, putà, ſi via erat ab aqs inundata, vel à latrũculis occupata, vel ab hoſtib⁹. ſecũdũ Saly. in. d. l. 3. qđ eſt verũ, ꝙ tenetur, etiã ſi extractio nõdum ſit cõſumata, quia ſufficit eſſe repertum in via non recta, licet nondũ exierit de territorio. vt per Alberi. de Roſa. in tract. ſtatu. in. 2. parte. q. 3. & Bar. in. d. l. qui fiſcales. C. de naui. li. 11. ¶Sed hoc intelligit. d. Bertachi. ſi ſtatutũ dicat de extrahente, ita, ꝙ loquatur per verbũ præſentis temporis, vel præteriti imperfecti, vt dictum eſt. Secus ſi per verba præteriti imperfecti, putà extraxerit, quia tunc ſtatutum non habet locũ, ſed requiritur actus perfectus, & conſummatus. ſecundum Bald. & Iacob. Butri. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis. & cleri. col. 2. & in d. l. ſi fugitiui. & idẽ tenet Bal. & Alex. in. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbo. obliga. vbi etiam notãt, ꝙ dicitur proficiſci, qui arripit iter. ¶Tamen eſt notãdum, ꝙ in iſto caſu eſt minor pœnã imponenda. ſ. arbitraria, vt dictũ eſt ſcđm Bal. in. d. l. ſi quis non dicã rapere. & in. d. l. ſi fugitiui. videlicet dimidia pœna eius quę ab ſtatuto ſit impoſita pro actu conſummato, ſecũdùm Bal. ſignantur in. d. l. 3. C. naut. ꝙ fœnor. ſed fuit originale dictũ Specul. quem Bal. non allegat in tit. de conſtitutio. §. 1. verſi. pone ergo ſtatutum nu. 8. in fine. & ibi dicit, ꝙ pœna debet mitigari. vt ſi pœna ſit dupli, ſimplũ amittat, ſi ſimpli, tunc medietatem. Et hanc doctrinã tradit etiam Saly. in. l. prima. verſi. ex prædictis infero. C. de rapt. virgi. quod dicit Bertachi. vbi ſuprà notandum perpetuò, quia pauci ſciunt, & eſt cotidianum. ¶Sed ſi repertus in via non recta cũ rebus prohibitis confiteatur ſe velle extrahere pœna cõmittitur. vt dictũ eſt. & tenet. d. Bertachi. vbi ſuprà nu. 20. ¶Et etiam conuincitur de fraude, ſi probatur per teſtes, quib⁹ ipſe dixit. ſe velle extrahere contra deuentum, vel per alias coniecturas ex qualitate perſonarũ, & rerum, ex arbitrio iudicis. quod dicit bene notandum Bertachi. ibi allegando Flori. in. d. l. arboribus. §. idem tracta.

& ideò

& ideò dat cautelam ſecũdũ Bar. in. l. 1. C. de iti. cuſto. lib. 12. ꝙ volẽs portare frumentũ, vel alias res prohibitas vadat ad officiales, & eis notificet locum, ad quem iturus erit, & de extractione accuſari nõ poſsit. ¶Idẽ dic ꝙ tenetur, ſi eſt reper-
23 tus in limine † territorij, ſeu in confinibus illius ciuitatis, vt vix ipſum negare ſufficit. vt in. l. ꝗ ſententiam. ff. de pœnis. & iudex, qui de hoc debet cognoſcere, debet circunſpicere qualitatem perſonæ, & attenta illa, vel molendinum. ad qđ dicit ire ſint vicinia vel non, ſecundum Gandi. vbi ſuprà. in. d. tit. de rebus portan. nu. 11. & Bal. in. d. l. qui fugitiui. nu. 4. & l. 42. §. 1. & 2. tit. 9. libr. 6. in ordi. rega. vbi probatur, ꝙ ſi intra vnam leucam, vel duas leucas quis deprehenditur iuxta alium territorium, præſumitur extrahere. Et
24 (vt dixi) idem tenetur, ſi reperiatur † cum argento, frumento, vel cum alijs rebus vetitis portare extra territorium in aliqua via non recta, nec cõſueta, quia eſt ſuſpectus, quod ea vellit extrahere extra territorium contra deuentum. facit. l. eos. in fine. ff. ad. l. Corne. de falſ. & tenet Mont. in gloſ. ordi. in parte, extrahens à regno. quem vide. & Hippol. de Marſil. in. l. de minore. ff. de quæſtio. nu. 29. allegando Bar. in. d. l. qui fiſcales C. de nauicula. lib. 11. & ſequitur Ioan. de Anna. in. c. ſignificauit. fi. col. de Iudæis. verſi. in contrarium. vbi dicit, ꝙ minor pœna imponitur, quam ſi portaſſet. vt Butri. & Bald. in. d. l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugi. ſed omnino dicit ponderanda eſſe verba ſtatuti & ſic remanet cum Angel. & Bald. ¶Facit quod tenet Pla. in. l. præſidibus. C. de curſu publi. lib. 12. vbi ait ꝙ itinerantes non debent recedere à recta via publica conſueta, aliàs eſt præſumptio contra eos. quod dicit notari cõtra volentem portare bladum, oleum, & aliud prohibitum, vt ſit præſumptio contra eos, quòd cõtra deuentum portent. & ideò poſſunt arreſtari, donec excutiatur veritas.

¶Et idem dicit eſſe in eo, qui ingreditur, vel egreditur ciuitatem aliunde, quàm per portam publicam, & conſuetam. vt in lege fina. ff. de rerum diuiſi. Quod fallit in præſide ſuperiori, vel gubernatori, ſi aliquãdo per deuiam mittit, quia contra eum non eſt mala ſuſpicio, ſed ꝙ iuſta ratione & cauſa faciat. vt Plat. ibi per tex. ibi. ¶In tantum habent locum ſupradicta, quæ extendũtur contra eum, qui recedens de loco commiſsi maleficij, ſi non vadit per viam rectam conſuetã ſed per deuiã, eſt enim præſumptio contra eũ de maleficio commiſſo, vt ſit ſufficiens iuditium ad torturam ſimul cum alijs iudicijs, niſi ſubſit iuſta cauſa eundi. tenet dictus Platea. in lege ſi quis. C. eod. tit. de curſu publico.

¶Sed quid ſi alicui eſt data licentia extrahendi
25 ſine pręfinitione † tẽporis, an duret perpetuum? Dic ꝙ non, ſed ſolummodo talis licentia data extrahendi res vetitas, durat per ſeptem dies: & ſi extrahit elapſis iſtis ſeptem diebus punitur. vt Bar. & Io. de Pla. in lege prima. C. de tractoribus. & ſtatu. libro. 12. ¶Et adde, quòd ſi gabellarij portarum dederunt mihi licentiam exportãdi res vetitas extra ciuitatem & diſtrictum potero tradere mulioni literam licentiæ, in qua ego ſolus & non ipſe deſcriptus eſt, & illam licitẽ portauit ſine me. tenet Pla. per tex. ibi in lege parſi pium. C. de curſu publi. lib. 12. & Bar. in lege corpus. eod. titul. & Fran. Luca, in tracta. de fiſco. 4. parte. nu. 7. tomo. 6. tracta. folio. 15. ¶Item nota, quòd ſi iudex, ſeu poteſtas, ſeu gabellarius, ſiue
26 Publicanus dedit licentiam † extrahendi cõtra talia ſtatuta, talis licentia non excuſat à pœna, ſicut nec poteſtas excuſatur. vt in lege. 1. C. de commeat. lib. 12. & ibi docto. & tenet Gandi. vbi ſupra. nu. 9. verſi. hoc tamen quæro. & poteſtas debet illi, cui dedit licentiam extrahendi reſtituere omne damnum. vt in. l. per hanc. §. non dãda. &. §. ſciant vero. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. & tenet Montal. in glo. ordi. in parte, pœna per ſententiam. Et ꝙ puniatur officialis, qui permittit apportari rem cõtra deuentum, tenet Bal. per. tex. ibi in lege mercatores. C. de cõmer. & mercato. & vide quæ latè poſui ſuprà in capi. primo. in glo. Salario. fi. col. & vide Parid. de Puteo. in tracta. ſyndicatus. in parte. licentia officia
28 lis. foli. 164. ¶An ſtante tali lege, vel ſtatuto † ꝙ nullus forenſis poſsit emere, & extrahere extra territorium, an ſi emit, perdat talis forenſis pretium exburſatum? Dic quòd non vt eſt textus in lege prima. C. non licere habitatori metracomie loca ſua ad extrane. trãsfer. lib. 11. & tenet ſingulariter Bal. in lege fi. §. fi. nu. 2. C. communia. delega. & dicit, quòd poteſt retinere rẽ emptam donec ei reſtituatur ſuum pretium. per tex. in. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de conditi. indebiti quod ſequitur Fran. Cremen. in ſingul. 95. & Feli. in. c. cùm cauſa. de re iudicata. 9. col. Barb. in. c. audientiam. de rebus eccleſi. non alienan. in fin. Quod intelligo verum, niſi lex, ſeu ſtatutum dicat, ꝙ perdat pretium, quia tunc perdit vt Bal. in dicta lege fi. §. fin. C. cõmunia. de legatis. & facit tex. ibi. in quantum dicit, ꝙ habet actionem ad pretium. & facit quod tenet Bal. in lege tutor. §. curator. ff. de minori. vbi tenet, ꝙ reſciſſo cõtractu, pretium debet reſtitui ab illis, ad quos peruenit. ¶Sed Innoc. in. c. ſi quis ꝑsbyterorũ. de rebus eccleſi. non alienam. dicit. ꝙ. d. §. fi. l. ſi duobus. eſt caſus ſpecialis, in quo emptor recuperat

pretiũ,

pretium, re euicta.& Ang.ibi in dicto.§.fi.idem tenet regulariter contra: quia faciens contractũ à lege prohibitum, perdit pretiũ.vt tenet Pla.in l.nemo.C.de fundi.rei priua.& ſalti diui Dom. lib.11.& idem Plat.in.l.prima.nu.2.C.de prædi. curia. ſine decret.non alien. lib.10.vbi tenet ꝙ quãdo cõtractus eſt nullus à lege interdictus, emptor, poſsidens non lucrabitur fructus,& rẽ reſtituit emptori,& perdit pretiũ. & idem tenet Ang.in.l.1.C.đ præſcrip.30.vel 40.anno.dicendo, ꝙ quãdo res aufertur ab emptore mercãte contra iura, nõ debet ſibi reſtitui pretiũ. vide gloſ.in.l.3.C.ꝙ metus cauſ. & Plat.in lege tẽperent.C.de veſtib.& olobe.lib.11.in fine.vbi tenet, ꝙ qui mercatur contra legem, perdit pretium. & vide Ab. in dicto cap.cùm cauſa.de re iudi.in fine. nu.17. & ibi Feli.& Io.Fab.in.§.loca.Inſtit.de emptio. & venditio.Et non ſolùm perdit pretium ſolutum, ſed etiam ſoluendum.vt Pla.in lege quemadmodũ.C.de agricol.& cenſi.lib.11.& applicatur fiſco, nec agit contra venditorem de euictione, niſi fuerit ſtipulatus.vt ibi quod fallit in caſibus vt ibi per Plat.num.11.&.14.

por ella hã ſacado[e] moneda y cauallos fuera de nueſtros reynos. Y en los q̃ hallaren que los ayan ſacado, executen las penas contenidas en las leyes del ordenamiento de Toledo[f], y en las otras leyes ſe haze mencion. Y de las penas de los bienes de los culpados ſe de la quarta parte a quien lo denunciare, ſi pareciere que es verdad, y lo reſtante lo applique a quien las dichas leyes lo dan. Y faga pregonar eſto en la tierra de ſu corregimiento. Y qualquiera que lo ſupiere, y no lo deſcubriere a la juſticia, que incurra[g] por el miſmo hecho en las penas que caen y incurren los que ſacan moneda, o cauallos fuera del rey no ſin nueſtra licẽcia, contra el tenor y forma de las dichas leyes.

*S V M M A R I V* M.

1 *Faciens tranſitum cum rebus vetitis per aliũ regnum, ſeu ciuitatem, non incidit in pœnam, ſi res vetita portari non ſit de illo regno, ſeu ciuitate.*

e **Y por ella han ſacado.**[e] Dũmodo moneta, & equi ſint de iſto regno Hi
1 ſpaniæ, quia ſi ſunt de alio regno, & tranſitũ † faciũt per regnum iſtud ad alium, non incidit in pœnã.vt tenet Andre.de Iſernia.in tit. quę ſint regal.fi.col.in vſibus feudo. dicendo, ꝙ ſi aliquis veniret de vltra mare, cũ equis & armis vadẽs Romã, & trãſiret per regnũ Siciliæ, vnde equi & arma nõ poſſunt extrahi ſine regis mãdato, libere ſine pœna tales equi đ vltramare portati extrahebũtur ſine regis mãdato, & ad hoc allegat text.in.l. ſi quis poſt hac ca. de ædificijs priua.vbi dicit, ꝙ & ſi quis nõ poſsit marmores de ciuitate ad rus deducere, ſi tñ de vno rure ad aliud traducere voluerit, poterit etiã per medium ciuitatis.ꝓut tenet Pal.Rub.in repeti.rubricæ đ donatio.§.38. fo.21.nu.3.& tenet Saly.in.d.l.ſi qs poſt hãc quẽ vid.& ibi eſt gl.& gl.in.c.cùm apoſtolica.đ his, quæ fiũt à prælat.ſine cõſen. capi. & per docto.in.l.ſenatus.§.marcellus.ff.de legatis prim. Facit in ſimili qđ tenet Bar.Ang.& Pau.đ Caſt. in lege cætera.§.ſed & ſi qs.ff.de legatis.1.nu.3.& 4.vbi ait.ꝙ ſi eſt ſtatutũ in ciuitate, ꝙ nullꝰ poſſit extrahere victualia đ territorio ſub certa pœna, & aliqs facit trãſitũ ꝑ territoriũ alicuius ciuitatis ad aliud territoriũ cũ victualia nõ incidit in pœnã: quia debet intelligi de illo, q originaliter extraheret đ iſto territorio, nõ de faciẽte trãſitũ. Et idẽ tenet Pau.de Caſt.ibi.ꝙ ſi eſt ordinatũ in ciuitate, ꝙ pãni forẽſes nõ mittantur in ciuitate ſub certa pœna, đbet intelligi de illis, q intromitterẽtur, vt ibi operarẽtur: ſecꝰ ſi cũ illis faciãt trãſitũ ad aliũ locũ.qđ nota, & vid.idẽ tenet Gãdi. in.d.tracta.malefi.in parte, đ rebꝰ portã.cõtra đuẽt.verſi.ſed pone ſtatutũ eſt Cremonæ. n.8.& 9.verſic.ſed quid ſi bladum ciuitatis, & Ioanne. de Imol.in capitulo primo de cleric. non reſi. ¶ Quinimo Ioanne. de Imola in dicta lege. cætera.§.ſed & ſi quis. extendit etiam ſi ſtatutum diceret, quòd nemo poſsit portare, ſeu deferre frumentum vel alias res vetitas per diſtrictũ extra territorium: quia etiã illa verba non intelligerẽtur de blado, frumẽto, vel moneta, ſeu de equis, qui fuerunt portati de alia ciuitate ad locũ ſtatuẽtiũ, vt ab alio cõduceretur. quia de portatiõe bladi extracti ab initio de alio loco nõ videtur intereſſe ciuitatis ſtatuẽtiũ, ꝓut refert, & ſequitur Alex. in conſi. 86.in.4.libr.n. 2.&.3. quẽ vid. ¶ Vbi quoque dicit de ſtatuto Bononiæ, vt nullus cõducat ſal ad ciuitatẽ, vel comitatũ, quia faceret præiudiciũ conductoribus datij ſalis, ad quos ſolum ſpectat vendere ſal. quod debet intelligi de ſale ibi remanſuro, non de eo, qui facit tranſitum, quia tũc ratio ceſſat, quando ſal conduceretur cauſa portandi ad alia loca, ergo debet ceſſare diſpoſitio.vt in lege adigere.§. quanuis. ff.de iure patro.capi. cũ ceſſante.de appella.ſecundùm Alex. vbi ſuprà nu. tertio.& tenet ſingulariter Berthachi.in tractatu gabella.in octaua parte. in primo membro. numero ſecundo.tomo ſexto tractatu.foli. 64. quem vide.

f **De Toledo.** f Quæ eſt lex.23. titulo nono.libro ſexto. in ordination.regali.cum alijs legibus eiuſdem tituli.

*S V M M A R I V M.*

1 *Non reuelans crimen punitur.*

2 *Quid de muliere pandente marito quòd ab aliquo viro requiritur vt adulterium committat ¶ Et quid de caſtellano qui requiritur de proditione. Et iudice qui eſt pars vult corrũpere.*

g **Incurra.** g Et ſic eſt caſus, in quo non re
1 uelans crimen, punitur † eadẽ pœna. Alium habes in.l.quiſquis.§.ſanè.C.ad.l. Iulia maieſta. quia qui non detegit crimẽ commiſſum ab alio, cõſcius eſt cũ illo.vt in.l.2.C.de commer.& tenet Pla.in.l.1.C.de priuileg.ſcholari.lib.12.in.fin. De quo vi.quæ poſui in.c.1.ſuprà eod.in gl. *Ni conſentira*.verſi.idẽ dico in nõ reuelãte de materia vi.Bar.& ibi Alexã.in.l.vtrũ. ff.ad.l.Põpe.de parri. Fel.in.c.quante.de ſentẽ. excõ.quaſi in fin.Ioa.de Anna.in rub.de his qui fili.occide.in fin.Anto.Fran.in additio.ad Abb. latè in.c.intimauit.de teſti.in additione prima. quaſi in medio.Philipp.Decius in regula.culpa caret.ff.de regul.iuris.Ange.in tracta.maleſi.in parte.& ha tradito la tua patri.verſic. ꝙ crimen læſæ maieſta.nu.10.& ibi Auguſt.in additio.Feli.in.c.de cætero.de re iudi.Bart.in.l.1.§. occiſorũ.ff.ad ſenat.conſul.ſeleni.Dy.in.d.regula non eſt.ſine culpa.de regul.iur.in.6. Vi.text.expreſſum in.l.ſciendum.ff.ad.l.Aquili.& ibi gloſſa.* Et.l.2.titulo.28.partit.2.* ¶ Et vi.Guido papam ſingula.504.§.quid ſi ſcias.vbi tenet ꝙ ſi ſciam, ꝙ alius vult te interficere, non teneor tibi reuellare, nec punior, dum tamen aliàs non eſſet conſcius, vel particips. l.prima.ff.ad.l.Pomp.de parr.&.l. ſequenti & conſueuit notari in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& vi.Abb.& docto.in cap. Petrus.de homici.* Et in propoſito reuelatiõis facit quod tenet Pau.in.l.ſi quis ſeruo.C.đ furt. nu.2.quòd ſi vxor alicuius requiritur per aliquẽ vt adulterium committat quæ hoc marito pandet, & maritus vxori ſuæ iniungit quòd ſingat aures ſe præbere & dari ſibi tempus & horam vt ad ſuam domum veniat, & ob hoc culpã aliquã non incurrit quanuis ex poſt facto maritus hũc capiat & male tractaret quod dicit valde notandum Pala.Rub.in rep.c.§.29.foli.73. & idem inquit quando aliquis fortalicium habet in cuſtodiam & requiritur de proditione poteſt dare aures & duplicem tractatum facere & non delinquit imo commendatus eſt, dummodo prius denuntiauerit domino caſtri.& idem dicit in iudice quando altera partium vult pecunia corrũpere: nam poteſt licitè aures præbere & ponere ſecretè teſtes qui audiant corruptionem & coram eis pecuniam recipere & poſtea partem caſtigare & ſic de ſimilibus cauſis habentibus ſimilem rationem & ſimilem ęquitatem ſecundum eund.*

## Prætor. Cap. L I I. finis.

## Sequitur Cap. L I I I.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diuinare, eſt futura prædicare.*

Por venir

a **POr venir.** a Eſt enim diui natio, velle Dei
poteſtatem recipere ad futura præ-
1 ſciēda†. vt eſt text. in. l. 1. tit. 23. Par-
tit. 7. quæ eſt duplex. Vna, quæ fit per artem li-
beralem aſtro-
logię, & iſta nō
poteſt vetari
peritis, quia ꝓ
cedit ſecūdum
curſum natura
lem planetarū.
Alia eſt augu-
riorū, ſortiū, fi-
ctionum, & ſi-
milia, & iſta eſt
prohibita, pu-
tà, quando diui
natio fit in terra, vel in aqua, in aere, in igne & in
alijs rebus. vt in. d. l. Par. verſic. la ſegunda. & ex
ercentes, in regno habitare non debent, nec ali
quis eos in domo ſua recipere debet. vt ibi. & eſt
text. ſingula. in. l. 3. in libro pragmat. folio. 2. vbi
magis latè diſponitur & vide infra.

*Prætor. Caput. LIII.*

OTroſi ſe informen, ſi alguna perſona dize en la dicha ciudad, o ſus comarcas coſas đ por

### *SVMMARIVM.*

1 *Diuinatio quid ſit.*
2 *Sortiligium quid ſit.*
3 *Omnis diuinatio, & omnis ſors, & omis phantaſia, eſt prohibita.*
4 *Diuinationes, an faciant iuditium.*

b **Adeuinos.** b Quæ diuinatio ꝓprie
1 eſt † indebita pronuntia
tio futurorū; qua ꝓnūtiatur indebito modo fu-
tura cū inuocatiōe dæmonū expreſſa, vel tacita.
¶ Diuinatio, aūt propriè loquēdo ſemper in ma
lū ſonat. c. nūquā. 1. q. 1. & omnis diuinatio pro-
prie loquendo de ipſa qualitercūq; fiat, & quo-
modocū q; vocetur, eſt prohibita, & dānata. 27.
q. 2. per totū in quibus omnibus expreſsè diabo
lus vocatur, vel pręter inuocationē nominis dia
bolus ſe occultè ingerit, & interponit ad pronū
tiādū futura. Quædā, quæ omnibus ſunt incog-
nita. Et ſunt decē ſpecies, in quibus omnibꝰ, vel
diabolus expreſſè vocatur, vel pręter inuocatio
nē hominis ſe occultè diabolꝰ interponit, vel in
gerit ad pronūtiādū futura quædā, quæ homini
2 bus ſunt ignota. ¶ Et ſortilegiū †, ſiue ſors, ideſt
quôd ars diuinandi, ſecundū habitū. Et iſto mo-
do differunt ſicut magis coē, & minus coē, vel ſi
cut ſpecies, & genus: quia ſors, vel ſortilegiū, eſt
quædā ſpecies diuinatiōis, & ipſa diuinatio eſt
genus, & iſto modo loquitur. c. illud. 26. q. 3. in fi
ne. & illo modo loquendo dicimus, ꝙ omne ſor
tilegiū eſt diuinatio, ſicut omnis homo eſt ani-
mal, ſed nō om
nis diuinatio
eſt ſortilegiū,
ſicut nō omne
animal eſt ho-
mo, quia ſic aſi
nꝰ eſſet homo.
Et ſic patet, ꝙ
ſortilegiū idem
eſt qđ diuina-
tio. vnde quæ-
dā apoſtilla. 26
quæſt. prima,
dicit ſortilegi. i. diuinatores, vel ꝙ ſors, ſiue ſorti
legium eſt ars, qua proponuntur, vel pronuntiā
tur futura. vt in. c. 1. in fin. 26. q. 1. ¶ Sed iſta pro-
nuntiatio futurorū, quæ fit per ſortes, vel ſortile
gia, non fit cum inuocatione dæmonum, vel cū
conſilio, vel auxilio, ſed fit ex quadam conſyde
ratione eorum, que veniunt ex quibuſdam, quę
ſunt ab hominibus ſerioſè, & ſecretè ad aliquid
occultum inquirendum ſiue per proiectionem
punctorum, quæ pertinent ad actum, ſeu ad ſciē
tiam, vel artem geometriæ, ſiue per cōſyderatio
nem figurarum, quæ fiunt ex plūbo liquefacto,
& in aqua proiecto, ſiue ex quibuſdam ſcedulis
ſcriptis, ſiue non ſcriptis in occulto loco poſitis
& conſyderatur quā quis accipiat, & ſic de mul-
tis alijs, quæ omnino ſortes ſunt & ſortilegia vo
cantur, in quibus nulla eſt inuocatio, nec familia
ritas cum dæmone, nec conſilium, nec auxilium
eius. de quibus habetur in titul. de ſortileg. & in
c. primo. 26. q. 2. ¶ Ex quibus apparet, ꝙ ſortes, ſi
ue ſortilegia non ſonant in malum de ſui natura
nec prohibentut propter ſe, ſed propter ſequelā
vt ibi notatur in glo. & nō accipiūtur in malum
vt tenet Federicus de Semni. conſilio. 284. licet
in fine conſilij dicat, quòd hoc dicit ſub corre-
ctione melius ſentientis. quam diſtinctionem
ſequitur Ioann. de Anna. in. d. rubr. de ſortil. 1.
columna verſiculo vtrum autem & ſic noſter
text. videtur facere differentiam inter ſortile-
gia & diuinationes, in quantum dicit. A *y perſona que dize coſas de por venir, y otras coſas ſemejantes.* & in quantum dicit, *O ſi ſon adeuinos.* quod ac-
3 cipitur in malum. ¶ Et omnis diuinatio †, & om
nis ſors, & omnis phantaſia eſt prohibita, quia
ad ſolum deum pertinet notitia, futurorum,
vnde appetens talia, peccat non modicum
quia vult videri ſimilis deo, propter quod Luci
fer à cælo cecidit, Adā paradiſum amiſit & pro
hoc etiam facit per dæmonem fallatiam, illa di-
citur curioſitas humana, quando homines impe
dientes ſcire appetunt, ꝙ nulla eis ratione cōpe
tit inueſtigare.
vt in. c. nimirū
26. q. 5. pē. col.
vt Io. de Anna.
in. c. fi. in fin. de
ſortile. & dicit
tenere Hoſti.
in ſumma. Pro
quo etiam fa-
cit ꝙ papa nō ſuſtinet, ꝙ aliquis attentet ea quę
ſibi reſeruauit priuilegio ſpeciali. vt in capi. 1. de
tranſla. de quo per ſummā Syluestri. in parte: ſu
perſtitio. & latiſsimè. 26. q. prima. & 26. q. 2. cum
ſequētibus cauſis: & ſingulariter per Bonifa. de
Vital. in tract. malefi. in parte, de ſortileg. & ma
themā. & vide Paulū Grillandi. in tracta. de ſor
4 tilegijs. ¶ Quinimo iſte diuinationes † non fa-
ciunt iudiciū ad torturā, nec probāt, vt tenet An
gel. in. l. item apud labeonem. §. ſi quis aſtrologꝰ
ff. de iniurijs, & ideo dicit ꝙ iudices debent caue
re ne errent, moti ex prædictis diuinationibus
ad ponendum ad torturam. concordat. l. verbū
precibus. C. de falſis. & vide. Hipp. de Marſil. in
ſua practi. crimi. §. diligenter. nu. 181. vbi de hoc.
& dicit, ꝙ licet talis diuinatio, non ſufficiat ad
torturam, ſufficit ad faciendam inquiſitionem.
vt ibi per eum. & per Fran. Brun. in tracta. de iu
dicis & tortura. in. 4. charta. 2. column. verſicul.
quæro an diuinatio.

venir[a] o otras coſas ſemejātes. O ſi ſon adeuinos [b]: y los que hallaren culpantes legos, los prendan los cuerpos, y tengan preſſos y caſtigue[c] los. Y ſi clerigos lo notifiquen a ſus prelados y juezes



### *SVMMARIVM.*

1 *Iudex ſecularis an poteſt procedere contra diuinatores.*
2 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis, an poteſt ſe intromittere de diuinatoribus, & ſortilegijs.*
3 *Diuinatores, qua pœna puniuntur.*
4 *Salarium an detur pro incantationibus.*

c **Caſtiguen los.** c Et ſic iudex ſe
1 cularis † pōt pro
cedere contra diuinatores, & ſortilegos. Idē te-
net Abb. in. ca. cūm ſit generale. de foro cōpe. n.
26. per tex. in. l. 3. C. de male. & mate. & per cap.
rex debet. 23. q. 5. idē tenet Abb. in. c. 1. de ſortile
gijs. num. 3. vbi dicit, qa cū ſit crimē eccleſiaſticū
vt in. c. contra idolorum. 26. q. 5. eſt locꝰ præuen
tioni inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularē,
quia vtroq; iure hoc crimē eſt damnatum, & a-
cerrime punitur per ius ciuile. vt Abb. in. d. ca. 1.
nu. 3. quia non eſt merè crimen eccleſiaſticū. vt
2 ibi. ¶ Inquiſitor autem hæreticæ † prauitatis de
his ſortilegijs, & diuinationibus intromittere ſe
non poteſt. tex. eſt in. c. accuſatus. §. ſanè. de hæ-
reti. libr. 6. ſed ſuis iudicibus hoc relinquatur. vt
ſunt epiſcopi, & legati, & iudices ſeculares. ſecū-
dum Io. And. ibi. ¶ Quod intellige, niſi ſaperet
hęreſim manifeſtam. vt Abb. in. d. c. 1. de ſortile.
num. 4. & dicit, ꝙ ſapit hæreſim manifeſtā hu-
iuſmodi ſortilegia, & diuinationes, quandò con
ſuluūtur dæmones, & ſpectantur eorū reſpōſa,
& fiūt eis preces & ſacrificia, nā cōmittitur ido-
lolatria. Idem vbi fiunt cum hoſtia conſecrata,
ſeu rebaptizādo aliquem. Secus autē vbi iſta vel
ſimilia non occidunt. & idem tenet ibi Ioan. de
Anna. finali col. in fine. ¶ Sed quid ſi dæmones
inuocarentur, vt promouerent, putà, animū mu
lieris ad impudititiā? Dic ꝙ licet iſtud ſit grauiſ
ſimū peccatum in ſe, non tñ ſapit hæreſim, quia
propriū dęmonis eſt tētare creaturā, vt habetur
in Euāgelio, Et accedens tētator. &c. vt patet in
c. viſis. 16. q. 2. vi. glo. in. d. c. accuſatus. & ſanctus
Thom. ſecunda ſecundæ. q. 92. c. de ſuperſtitio-
nibus. & idem tenet Iaſ. in. l. huiuſmodi. §. fi. qui
incipit. ſi is cui. ff. de lega. primo. vbi ait, ꝙ ſorti
legia ſimplicia, & imagines, quæ fiunt ad prouo
candum amorem mulierū, & ſimilia, licet ſunt
illicita, & ab eis ſit abſtinēdū, non tñ ſapiūt hęre
ſim manifeſtā, & ſunt magis ſuperſtitioſa, quam
hæretica, allegando Auguſti. & S. Tho. & ideò
inqſitor nō debet ſe intromittere circa ea vt ibi
Iaſ. nu. 13. & ſic inquiſitor non pōt ſe intromitte
re, etiam ſi ſapiat hæreſim nō manifeſtā, nec po
teſt cognoſcere an ſapiat hæreſim, qa iuriſdictio
eſt ſibi tributa, exiſtente illa qualitate notoriera
tis. ſcđm gloſ. in. d. c. accuſatus. §. ſanè & bene ſe-
cundū Abb. in. d. ca. primo. Secus dicit, ſi vellet
cognoſcere an ſapiat manifeſtā hęreſim. & ita di
cit intelligendū. c. fi. de officio delega. in. 6. quæ
iura ſunt contraria illi glo. in dict. c. accuſatus. đ
quo per Abb. in. c. ſi clericus laicū. de foro cōpe
tē. 7. col. & Feli. in. c. ſup literis. col. 13. đ reſcrip.
3 ¶ Sed qua pœna ſunt puniēdi † iſti diuinatores
& ſortilegij, quia tex. hic dicit. *Caſtiguen los.* Dic
ꝙ de iure Canonico ſi eſt peccatum occultū, im
ponitur pœnitētia. 40. dierū, vt in. d. c. 1. đ ſortili
ſi vero ſit notoriū, & euchariſtia negatur. vt i. c.
ꝓ deletiūe. de cōſecra. diſt. 2. & infames ſunt, &
etiā qui ad eos cōcurrūt. vt in. c. quiſquis. 2. q. 8.
& c. teſtimoniū. de teſti. & ſi ſit clericꝰ, deponē-
dus eſt; & in monaſterio detrudēdus: ſi laicꝰ, ex
cōmunicādus, ſi renuit agere pœnitētiā, vt in. c.
non

nõ oportet.26.q.5.&.ca. ſi quis eṗs.& vltra iſtas
pœnas poteſt eṗs, vel iudex iſtos falſos ſortile-
gos,& diuinatores dehoneſtare,vt putà mitran-
do,vt fit in quibuſdã locis,vel ponendo ad ſcalã
cũ vituperio,& eiicere eos extra diœceſim. Vi.
bonũ tex.in.c.
epi.26.q.5. &
qđ notatur in
c.de beneficio.
32.q.1.prout te

ecclesiaſticos, para
que los caſtiguen[d].

net Abb.in.d.c.1.de ſortilegijs.nu.2.& tenet Lu
do.Rom.in ſing.660.incipiente.tu ſcis. vbi quo
q; dicit,ꝙ poſſunt fuſtigari,cum iſta pœna ſit iu
ris ciuilis,& canonici,& de iure canonico puniũ
tur,dummodo non ſint hæretici,pœna fuſtiga-
tionis,ſi eſt vilis perſona:ſi aũt eſt nobilis,debet
damnari perſonà perpetui carceris, & dicit eſſe
tex.ſingula.& non alibi in.c. contra ſortilegos,
aliàs incipit contra idolorum.26.q.5. Et ſic ego
video,& ego aliquando iuſsi mulieres verberari
cũ mitris,quia erant veneficę.i.*hechizeras*. ¶Sed
ſecũdũ leges tales malefici,& diuinatores capite
plecti debent.Et ſi ad domũ alterius accedãt,de
bent cremari.l.nullus.&.l.nemo.&.l. culpa.C.
de maledi.¶De iure huius regni Hiſpanię dicit
lex.1.tit.4.lib.8.in ordi.reg.ꝙ iſti diuinatores,&
malefici,puniantur pœnis legum Partitarũ.quę
leges ſunt in.7.Partit.tit.23. & ibi in.l.fi.dicitur
ꝙ iſti malefici mori debent: & ſic concordat cũ
legibus iuris coĩs.& ibi Montal.dicit,ꝙ eſt pœ-
